6 Platonici, eam elementaris aquæ partem, quæ per refrigerationem ex aëre concrescat, dulcem; alteram vero, quam terra æstu et ardore succensa exhalet, salsam esse.

7 Hactenus etiam de mari. At vero, qui sese orbis universi, rerum-

περὶ τοῦ παντὸς κόσμου οὐρανίων τε πέρι καὶ αἰθερίων καὶ τῆς τῶν ὅλων καταλήψεως φυσιολογεῖν ἐπαγγειλάμενοι οὐδὲ τὰ καθ᾽ ἑαυτοὺς ᾔδεσαν, μάθοις ἂν ἐξ ὧν καὶ περὶ τούτων ὧδέ πως διαπεφωνήκασιν.

60 Περὶ μερῶν τῆς ψυχῆς. d

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

Πυθαγόρας, Πλάτων, κατὰ μὲν τὸν ἀνωτάτω λόγον, διμερῆ τὴν ψυχήν· τὸ μὲν γὰρ ἔχειν λογικὸν, τὸ δὲ ἄλογον. Κατὰ δὲ τὸ προσεχὲς καὶ ἀκριβὲς, τριμερῆ· τὸ γὰρ ἄλογον διαιροῦσιν εἴς τε τὸ θυμικὸν καὶ τὸ ἐπιθυμητικόν.

2 Οἱ Στωϊκοὶ ἐξ ὀκτὼ μερῶν συνεστάναι, πέντε τῶν αἰσθητικῶν, ὁρατικοῦ, ὀσφραντικοῦ, ἀκουστικοῦ, γευστικοῦ, ἁπτικοῦ· ἕκτου δὲ φωνητικοῦ, ἑβδόμου δὲ σπερματικοῦ, ὀγδόου δὲ αὐτοῦ τοῦ ἡγεμονικοῦ, ἀφ᾽ οὗ ταῦτα πάντα τέτακται διὰ p. 852 τῶν οἰκείων ὀργάνων, προσφερῶς ταῖς τοῦ πολύποδος πλεκτάναις.

3 Δημόκριτος, Ἐπίκουρος, διμερῆ τὴν ψυχὴν, τὸ μὲν λογι-

d 6. προσεχὲς] π. δὲ καὶ B. π. καὶ C. Viger. Cum Steph. E. 8. οἱ στωϊκοὶ...πλεκτάναις om. B. 9. συνεστᾶναι] συνιστάναι E. πέντε] πέντε μὲν F. αἰσθητικῶν] αἰσθητῶν D.E.

p. 852. 2. τέταται] τέτακται C. 2. ταῖς τοῦ] τοῦ om. F.G. 3. Ἐπίκουρος] καὶ Ἐπικ. B.

que omnium ætheriarum etiam, atque cœlestium naturam atque rationes, explicando comprehensuros esse jactabant, ii quam ne intestina quidem ac propria noverint, ex ipsorum hoc etiam in genere dissidio plane cognosces.

60 *De partibus animi.*

p. 898 e. Pythagoras et Plato, si a summo capite divisionem arcessere libeat, partes animi esse duas, ratione præditam alteram, alteram omnis rationis expertem: sin propius enucleatiusque spectetur, tribus eum partibus contineri: alteram enim illam, quæ ratione careat, in irascendi, et concupiscendi vim partiuntur.

2 Stoici ex partibus illum octo constituunt, quarum quinque sensuum facultates numerantur, videndi, odorandi, audiendi, gustandi, atque tangendi; tum loquendi sexta, septima seminandi, octava postremaque princeps illa moderatrixque cæterarum, quæ suis singulas instrumentis regit, quemadmodum suis polypus cirris ac brachiis uti solet.

3 Democritus et Epicurus, partes ei duas attribuunt, ratione præditam, in

κὸν ἔχουσαν ἐν τῷ θώρακι καθιδρυμένον, τὸ δὲ ἄλογον καθ' ὅλην τὴν σύγκρισιν τοῦ σώματος διεσπαρμένον. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

3 Ὁ δὲ Δημόκριτος πάντα μετέχειν φύσει ψυχῆς ποιᾶς, καὶ τὰ νεκρὰ τῶν σωμάτων· διότι ἀφανῶς τινὸς θερμοῦ καὶ αἰσθητικοῦ μετέχει, τοῦ πλείονος διαπνεομένου.

61

Περὶ τοῦ ἡγεμονικοῦ. b

1 Πλάτων, Δημόκριτος, ἐν ὅλῃ τῇ κεφαλῇ.

2 Στράτων, ἐν μεσοφρύῳ.

3 Ἐρασίστρατος, περὶ τὴν μήνιγγα τοῦ ἐγκεφάλου, ἣν ἐπικρανίδα λέγει.

4 Ἡρόφιλος, ἐν τῇ τοῦ ἐγκεφάλου κοιλίᾳ, ἥτις ἐστὶ καὶ βάσις.

5 Παρμενίδης, ἐν ὅλῳ τῷ θώρακι.

6 Ἐπίκουρος, οἱ Στωϊκοὶ πάντες, ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ.

7 Διογένης, ἐν τῇ ἀρτηριακῇ κοιλίᾳ τῆς καρδίας, ἥτις ἐστὶ c πνευματική.

8 Ἐμπεδοκλῆς δὲ, ἐν τῇ τοῦ αἵματος συστάσει.

a 4. ἔχουσαν] ἔχουσα B. 7. διεσπαρμένου F. μετέχειν] μετέχει D. 8. φύσει] φησὶ Plut. ποιᾶς] $\overset{\mu\iota}{\pi}$οιᾶς C. 9. ἀφανῶς] ἀεὶ διαφανῶς Plut. b 3. Ἐρασίστρατος—λέγει om. B. Mox τὴν om. C.F. 5. Ἡρόφιλος] Ἡρόφυλος B. Ἡκόφ. Viger. typ. errore, ni fallor, etsi Ecophilus exstat in versione. 6. ἥτις—πνευματικὴ om. B. ἔστι καὶ] καὶ om. F.G. 7. τῷ om. F. et 8 om. τῇ. c. δὲ ἐν] δὲ om. C.F.G. 2. αἵματος] αἵ. κοιλίᾳ B. qui om. seqq. usque ad καρδίαν. συστάσει om. D.E.F.G.

pectore collocatam, et rationis expertem, tota passim corporis mole diffusam.

3 Porro Democritus idem, cuncta suapte natura certam animam habere putat, etiam cadavera: propterea quod manifeste caloris semper ac sensus aliquid retineant ipsa quoque, maxima licet parte jam dilapsa.

61

De principe animi facultate.

1 Plato et Democritus, toto eam in capite collocant.

2 Strato, superciliorum in medio.

3 Erasistratus, circa cerebri membranam, quam epicranidem ipse nominat.

4 Ecophilus in cerebri ventriculo, quo etiam veluti fundamento quodam innitatur.

5 Parmenides, toto in pectore.

6 Epicurus, ac Stoici omnes, in corde toto.

7 Diogenes, in cordis arteriæ concavo, quod spiritu in primis abundat.

8 Empedocles, tota sanguinis in mole.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

9 Οἱ δ' ἐν τῷ περικαρδίῳ ὑμένι· οἱ δ' ἐν τῷ διαφράγματι. Τῶν νεωτέρων τινὲς διήκειν ἀπὸ κεφαλῆς μέχρι τοῦ διαφράγματος.

10 Πυθαγόρας, τὸ μὲν ζωτικὸν, περὶ τὴν καρδίαν· τὸ δὲ λογικὸν καὶ νοερὸν, περὶ τὴν κεφαλήν.

11 Τοσαῦτα μὲν δὴ καὶ τὰ περὶ τῶνδε. Ἆρ' οὖν οὐκ ἐν δίκῃ σοι δοκοῦμεν κρίσει καὶ λογισμῷ τῆς τούτων ἁπάντων ἀνωφελοῦς καὶ πολυπλανοῦς ματαιοπονίας ἀνακεχωρηκέναι, καὶ τῶν μὲν εἰρημένων μηδὲν πολυπραγμονεῖν, (μηδὲ γὰρ ὁρᾶν ἐξ αὐτῶν τὸ λυσιτελὲς, καὶ d αὐτόθεν συντεῖνον πρὸς ὠφέλειαν καὶ ἀγαθοῦ κτῆσιν ἀνθρώποις,) μόνης δὲ τῆς ἀμφὶ τὸν πάντων δημιουργὸν Θεὸν εὐσεβείας ἔχεσθαι, καὶ διὰ σώφρονος βίου τῆς τε ἄλλης κατ' ἀρετὴν θεοφιλοῦς πολιτείας ἀρεσκόντως ζῆν

12 σπουδάζειν τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ; Ἀλλ' εἰ καὶ σὺ βασκανίᾳ καὶ φθόνῳ τὴν ἀληθῆ μαρτυρίαν ἡμῖν προσέσθαι δι' ὄκνου φέρεις, φθάσει γέ σε πάλιν ὁ πάντων Ἑλλή-

c 3. διαφράγματι τῶν νεφρῶν Steph. mss. 7. τὰ περὶ] τὰ om. B. qui mox om. ἆρ' οὖν—φθάσει γέ σε πάλιν. d 2. δὲ τῆς] καὶ τῆς F. 3. τὸν πάντων] τῶν παίδων C. 7. βασκανίᾳ] Addit C. καὶ φθόνῳ τὴν ἀληθῆ. quæ om. Steph. E. 9. γέ σε] γε δὲ C. σε om. F. ὁ πάντων] ὁ δέ γε πάντων B.

9 Alii quidam, in membrana quæ cordi oppanditur. Alii vero in diaphragmate. Nonnulli ex recentioribus, a capite ad transversum illud septum pertinere.

10 Pythagoras, vitalem in corpore, ratione præditam atque spiritalem in capite constituit.

11 Atque hactenus philosophorum nostrorum hoc etiam rerum in genere dissidia. Numquid ergo tibi, certo judicio, magnaque cum ratione videmur, a tam inani, errorumque plena illorum omnium curiositate merito discessisse? non jure superiora omnia habere susque deque, qui fructum ex iis nullum, nihil quod per sese homini utilitatem ullam, bonique possessionem afferat, existere videamus? sed unam illam potius, erga rerum omnium molitorem Deum pietatem colere, castæque vitæ, ac totius Deo cari, virtutemque complectentis

12 instituti rationibus, eidem præpotenti Deo placere conari? Quod si malevolentia quadam invidiaque correptus, ad verum illud nobis testimonium ferendum ægre nimis ac moleste adduceris, iterum te

νων σοφώτατος Σωκράτης τὰς ὑπὲρ ἡμῶν ψήφους φιλαλήθως ἐξενηνεγμένος. Τοὺς γοῦν μετεωρολέσχας ἐκείνους μωραίνοντας ἀπεδείκνυεν, καὶ μηθὲν μαινομένων διαφέρειν ἔλεγεν, ἀπελέγχων αὐτοὺς διαρρήδην οὐ μόνον p. 853
ὡς ἀνεφίκτων ὀρεγομένους, ἀλλὰ καὶ περὶ ἄχρηστα καὶ ἀνωφελῆ τῷ βίῳ κατατριβομένους. Ταῦτα δέ σοι καὶ ὁ πρόσθεν μαρτυρήσει Ξενοφῶν, Σωκράτους ἑταίρων
[497] γνωριμώτατος, ὧδέ πῃ γράφων ἐν Ἀπομνημονεύμασιν·

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

62 Οὐδεὶς δὲ πώποτε Σωκράτους οὐδὲν ἀσεβές, οὔτε ἀνόσιον, c
οὔτε πράττοντος εἶδεν, οὔτε λέγοντος ἤκουσεν. Οὐδὲ γὰρ περὶ τῆς τῶν ἁπάντων φύσεως ἢ περὶ τῶν ἄλλων, ὡς οἱ πλεῖστοι, διελέγετο, σκοπῶν ὅπως ὁ καλούμενος ὑπὸ τῶν σοφιστῶν κόσμος ἔχει, καὶ τίσιν ἀνάγκαις ἕκαστα γίνεται τῶν οὐρανίων· ἀλλὰ καὶ τοὺς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα μω-
2 ραίνοντας ἀπεδείκνυε. Καὶ πρῶτον μὲν αὐτῶν ἐσκόπει, d
πότερά ποτε νομίσαντες ἱκανῶς ἤδη τὰ ἀνθρώπινα εἰδέναι,

d 10. τὰς ὑπὲρ—ἐξενηνεγ. om. B. ult. μηθὲν] μηδὲν B.
p. 853. 2. ἀλλὰ καὶ] ἀλλ' ὡς B. 4. καὶ ὁ] καὶ om. B.E. Ξενοφῶν] Ξενοφῶντι B. c 4. ἁπάντων] πάντων C.F.G. ἢ περὶ τῶν ἄλλων ὡς οἱ πλεῖστοι D. ἢ περὶ τῶν ... ὡς οἱ E. Cum D. conveniunt C. F.G. Steph. Mutavit Vigerus ex Xenoph. ed. 8. τὰ τοιαῦτα] περὶ τῶν τοιούτων B.I. 9. περὶ αὐτῶν] περὶ om. B.C.D.E.F.G.I. d. πότερά ποτε—εἶναι δοκεῖν om. B.I.

sapientissimus ille Græcorum Socrates antevertet, qui sincere caussam hanc nostram suo dudum suffragio comprobavit. Istos enimvero rerum superiorum garrulos scrutatores, insanire planissime, nec a furiosis quicquam differre ostendebat: eos palam aperteque coarguens, non modo quod suis longe viribus majora tentarent, sed etiam quod in rebus inanissimis, et ab omni humanæ vitæ fructu vacuis, studium operamque contererent. Hujus tibi rei auctorem dabo jam laudatum supra Xenophontem, Socratis amicorum longe notissimum, qui suis in Memorabilibus hoc ipsum verbis totidem consignatum reliquit:

Xenoph. Mem. I. 1, 11.

62 Socratis, inquit Xenophon, nemo unquam impium aliquod et improbum, aut factum vidit, aut verbum audivit. Nec enim is, ut plerique omnes, de natura rerum universa, disputabat; quemadmodum hic sese, uti a sophistis vocatur, mundus habeat, aut quibus necessitatis legibus cœlestia quæque fiant, curiosius investigans. Imo vero, qui hoc in quæstionum
2 genere anxie versarentur, eos plane insanire ostendebat. Ac primum quidem in illis hoc spectabat, utrum se rerum humanarum abunde peritos

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ἔρχονται ἐπὶ τὸ περὶ τῶν τοιούτων φροντίζειν, ἢ τὰ μὲν ἀνθρώπινα παρέντες, τὰ δαιμόνια δὲ σκοποῦντες, ἡγοῦνται τὰ
3 προσήκοντα πράττειν. Ἐθαύμαζε δὲ, εἰ μὴ φανερὸν αὐτοῖς ἐστὶ, ὅτι ταῦτα οὐ δυνατόν ἐστιν ἀνθρώποις εὑρεῖν, ἐπεὶ καὶ τοὺς μέγιστα φρονοῦντας ἐπὶ τῷ περὶ τούτων λέγειν οὐ ταυτὰ δοξάζειν ἀλλήλοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς μαινομένοις ὁμοίως
4 διακεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους. Τῶν τε γὰρ μαινομένων τοὺς μὲν οὐδὲ τὰ δεινὰ δεδιέναι, τοὺς δὲ καὶ τὰ μὴ φοβερὰ φοβεῖσθαι· καὶ τοῖς μὲν οὐδ᾽ ἐν ὄχλῳ δοκεῖν αἰσχρὸν εἶναι λέγειν ἢ ποιεῖν ὁτιοῦν, τοῖς δὲ οὐδ᾽ ἐξιτητέον εἰς ἀνθρώπους εἶναι
δοκεῖν· καὶ τοὺς μὲν οὔθ᾽ ἱερὸν οὔτε βωμὸν οὔτ᾽ ἄλλο τῶν p. 854
θείων οὐδὲν τιμᾶν, τοὺς δὲ καὶ ξύλα καὶ λίθους τοὺς τυχόντας καὶ θηρία σέβεσθαι. Τῶν τε περὶ τῆς τῶν πάντων φύσεως μεριμνώντων, τοῖς μὲν δοκεῖν ἓν μόνον τὸ ὂν εἶναι, τοῖς δὲ ἄπειρα τὸ πλῆθος· καὶ τοῖς μὲν ἀεὶ πάντα κινεῖσθαι, τοῖς δὲ οὐδὲν ἄν ποτε κινηθῆναι· καὶ τοῖς μὲν ἅπαντα γίγνεσθαί τε καὶ ἀπόλλυσθαι, τοῖς δὲ οὔτ᾽ ἂν γενέσθαι ποτὲ οὐδὲν οὔτε

d 3. φροντίζειν] νομίζειν D. 5. πράττειν om. D.E. 6. δέ ποτε] δὲ om. C.D.E.F.G. ποτε om. Viger. 7. δυνατὸν] ἐστιν addit C.F.G. 11. τῶν τε γὰρ] τῶνδε περὶ F. 12. καὶ τὰ] τὰ om. F. καὶ om. G. 14. ἢ ποιεῖν] καὶ π. C.F.G.

p. 854. ξύλα καὶ λ.] λ. καὶ ξ. B. qui pergit τὰ τυχόντα. λίθους καὶ φύλα τὰ τυχόντα I. 2. τῶν τε] τε om. I. 3. μεριμνώντων] μεριμνόντων B. 7. γίγν.] γίν. C. ἀπόλλυσθαι] ἀπολλύεσθαι D.

esse rati, ad superiores illas studium curamque transferrent; an vero, cum neglectis humanis divina rimarentur, suo sibi munere officioque fungi
3 viderentur. Deinde mirabatur etiam, ab istis ne hoc quidem videri, genus id cognitionis ab hominibus obtineri non posse: cum illi ipsi, qui disputationibus hujusmodi tantopere intumescunt, non jam inter sese conveniant,
4 sed potius furiosorum utique more dissideant. Ex furiosis enim, alii ne gravissima quidem reformidant, alii quæ nihil etiam habeant periculi extimescunt. Nonnullis vel in media turba, quidlibet aut loqui aut facere, turpe non videtur: alii contra sibi ne hominum quidem in societatem veniendum esse persuadent. Sunt, qui non templum, non aram, non divinum omnino quicquam venerentur: sunt etiam, qui lignis, qui obviis quibusque lapidibus, qui ipsis quoque feris cultum exhibeant. Sic istorum e numero, qui naturam rerum universam explorant, alios videas, quibus id omne quod est, unum modo quid esse placeat; alios, qui res multitudine infinitas esse velint. Quidam moveri semper omnia, moveri nihil unquam posse quidam arbitrantur. Sunt, qui et nasci universa dicant, et interire: sunt contra, qui nihil aut ortum unquam, aut unquam interiturum esse

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

5 ἀπολέσθαι. Ἐσκόπει δὲ περὶ αὐτῶν καὶ τάδε· ἆρ᾽ ὥσπερ οἱ τἀνθρώπινα μανθάνοντες ἡγοῦνται τοῦθ᾽ ὅ τι ἂν μάθωσιν ἑαυτοῖς τε καὶ τῶν ἄλλων ὅτῳ ἂν βούλωνται ποιήσειν, οὕτω b καὶ οἱ τὰ θεῖα ζητοῦντες νομίζουσιν, ἐπειδὰν γνῶσιν αἷς ἀνάγκαις ἕκαστα γίγνεται, ποιήσειν ὅταν βούλωνται καὶ ἀνέμους καὶ ὕδατα καὶ ὥρας καὶ ὅτου ἂν ἄλλου δέωνται τῶν τοιούτων; ἢ τοιοῦτον μὲν οὐδὲν οὐδ᾽ ἐλπίζουσιν, ἀρκεῖ δ᾽
6 αὐτοῖς γνῶναι μόνον ᾗ τῶν τοιούτων ἕκαστα γίγνεται; Περὶ μὲν οὖν τῶν ταῦτα πραγματευομένων τοιαῦτα ἔλεγεν· αὐτὸς δὲ περὶ τῶν ἀνθρωπείων ἀεὶ διελέγετο, σκοπῶν τί εὐσεβές, τί c ἀσεβές· τί καλόν, τί αἰσχρόν· τί δίκαιον, τί ἄδικον· τί σωφροσύνη, τί μανία.

7 Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Σωκράτης. Μετὰ δὲ αὐτὸν οἱ περὶ Ἀρίστιππον τὸν Κυρηναῖον, ἔπειθ᾽ ὕστερον οἱ περὶ Ἀρίστωνα τὸν Χῖον ἐπεχείρησαν λέγειν, ὡς δέοι μόνα τὰ ἠθικὰ φιλοσοφεῖν· εἶναι γὰρ δὴ ταῦτα μὲν δυνατὰ καὶ ὠφέλιμα· τοὺς μέντοι περὶ τῆς φύσεως λόγους πᾶν τοὐναντίον, μήτε καταληπτοὺς εἶναι, μήτ᾽ εἰ καὶ ὀφθεῖεν,

a 9. ἐσκόπει—γίγνεται om. B.I. περὶ αὐτῶν—μανθάνοντες om. C. F.G. cum lacuna. b 2. ζητοῦντες] ποιοῦντος C.D.F.G. 6. τοιοῦτο] τοιούτῳ C. 11. διέλεγκτο F. c 4. ἔπειθ᾽—ὠφέλιμα om. B.I. 7. μέντοι περὶ τῆς] μέντοι et τῆς om. B. μέντοι om. I. 9. εἰ καὶ] καὶ εἰ B.C.F.G.I. μήτε καὶ ὀφθ. E.

5 defendant. Qua de hominum natione quærebat illud præterea; num ut qui humanis artibus operam navant, cujus operis modum rationemque didicerint, id cum sibi, tum alteri cuilibet perficere se posse confidunt; ita qui divinarum in rerum inquisitione versentur, postquam ipsi qua quæque necessitate fiant, optime cognoverint, tum ea se quotiescunque libuerit, ventos, pluvias, tempestates, et si quo ejusmodi alio opus habuerint, efficere posse existiment: an potius id ne sperent quidem, qua solum quidque fiat
6 rationem tenere contenti. Hæc ille cum de rerum istarum exploratoribus diceret, tum humanis ipse de rebus perpetuo disserebat, et quid pium aut impium, quid honestum aut turpe, quid justum aut injustum, quid sanum aut stolidum foret, inquirebat.

7 Hactenus Socratis mentem atque orationem habemus. Eum Aristippus Cyrenæus, ac deinde Aristo Chius sequuti, non nisi de moribus philosophandum esse docuerunt. Unum enim hoc scientiæ genus, et posse comprehendi, et plurimum utilitatis afferre: illas de natura quæstiones, et humanum superare captum, nec ut perviderі

8 ὄφελος ἔχειν τι. Μηδὲν γὰρ ἡμῖν ἔσεσθαι πλέον, ἀλλ' οὐδ' εἰ μετεωρότεροι τοῦ Περσέως ἀρθέντες

Ὑπέρ τε πόντου χεῦμ' ὑπέρ τε Πλειάδα, d

αὐτοῖς τοῖς ὄμμασι κατίδοιμεν τὸν πάντα κόσμον, καὶ
9 τὴν τῶν ὄντων φύσιν, ἥτις δή ποτέ ἐστιν. Οὐ γὰρ δὴ διά γε τοῦτο φρονιμωτέρους ἢ δικαιοτέρους ἢ ἀνδρειοτέρους ἢ σωφρονεστέρους ἡμᾶς ἔσεσθαι, καὶ μὴν οὐδὲ ἰσχυροὺς ἢ καλοὺς ἢ πλουσίους, ὧν χωρὶς οὐχ οἷόν τε
10 εὐδαιμονεῖν. Ὅθεν ὀρθῶς εἶπε Σωκράτης, ὅτι τῶν ὄντων τὰ μὲν ὑπὲρ ἡμᾶς εἴη, τὰ δὲ οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. Εἶναι γὰρ τὰ φυσικὰ μὲν ὑπὲρ ἡμᾶς, τὰ δὲ μετὰ τὸν θάνατον οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, μόνα δὲ πρὸς ἡμᾶς τὰ ἀνθρώ-
11 πινα. Ταύτῃ δὲ καὶ χαίρειν αὐτὸν εἰπόντα τῇ Ἀνα- p. 855 ξαγόρου καὶ Ἀρχελάου φυσιολογίᾳ ζητεῖν

[498] Ὅττι οἱ ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται.

12 Καὶ ἄλλως δὲ εἶναι τοὺς φυσικοὺς λόγους οὐ χαλεποὺς

c 11. ἀλλ' οὐδ'—πλειάδα om. B.I. μετεωρότεροι] μετεωρότερον C.F.G. d. ὑπέρ γε Πλ. D. 3. αὐτοῖς] ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς B.I. qui addunt ἡμῶν post ὄμμασι. 4. ἥτις] εἴτις C.F. δή] δὲ I. 9. Σωκράτης] καὶ λίαν καλῶς addunt B.I. Tum διότι C.F.G. 11. εἶναι γὰρ —ἡμᾶς om. B.I. 12. θάνατον] τὸν θ. C.F.G.
p. 855. ταύτῃ δὲ—τέτυκται om. B.I. 4. ὅττι τοι] ὅτι οἱ C.F.G. Vid. Davis. ad Ciceron. Tusc. V. 4. τἀγαθόν] ἀγαθὸν C.F.G.

8 aliquando possint, compendii quicquam habere. Nihil quippe nobis accessurum, si vel altius, quam Perseus ipse, raperemur, atque adeo

Pontique fluctus, atque Pleiadas supra,

mundum universum, nudamque rerum naturam omnium oculis cerne-
9 remus. Nec enim prudentiores inde, justiores, fortiores, temperatiores nos futuros, imo ne robustos quidem, aut formosos, aut divites,
10 quibus si rebus careas, beatus esse non possis. Quocirca recte illud Socrates dicere solitus erat, e rebus alias supra nos esse, alias nihil ad nos pertinere: physicas enim captu nostro superiores esse, quæ vero mortem consequantur, a nobis omnino disjunctas: proinde
11 nostra tantummodo humanas interesse. Ergo valere jussa tam Anaxagoræ, quam Archelai physiologia, hoc se unum quærere,

Od. δ'. 392. Quid lætum, quid triste domi sors propria verset.

12 Enimvero physicas illas disputationes, non molestas esse duntaxat, et

οὐδὲ ἀδυνάτους μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσεβεῖς καὶ τοῖς νόμοις
ὑπεναντίους. Τοὺς μὲν γὰρ ἀξιοῦν μὴ δ' εἶναι θεοὺς
τὸ παράπαν· τοὺς δὲ, τὸ ἄπειρον, ἢ τὸ ὂν, ἢ τὸ ἕν· καὶ
13 πάντα μᾶλλον ἢ τοὺς νομιζομένους. Τήν τ' αὖ διαφω-
νίαν παμπόλλην οὖσαν· τοὺς μὲν γὰρ ἄπειρον ἀπο- b
φαίνειν τὸ πᾶν· τοὺς δὲ, πεπερασμένον· καὶ τοὺς μὲν
ἀξιοῦν ἅπαντα κινεῖσθαι· τοὺς δὲ, καθάπαξ μηδέν.
14 Καὶ μὴν εἴ τι καὶ ἄλλο πάντων ἄριστά μοι δοκεῖ περὶ
τούτων αὐτῶν ἐν τοῖς Σίλλοις καὶ ὁ Φλιάσιος Τίμων
εἰρηκέναι τάδε,

Τίς γὰρ τούσδ' ὀλοῇ ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;
Ἠχοῦς σύνδρομος ὄχλος. Ὁ γὰρ σιγῶσι χολωθεὶς,
νοῦσον ἐπ' ἀνέρας ὦρσε λάλην, ὀλέκοντο δὲ πολλοί. c

15 Ὁρᾷς ὡς ἤδη καὶ ἀλλήλους σκώπτουσιν οἱ γενναῖοι;
Τὴν γοῦν πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίαν αὐτῶν τάς τε

a 7. εὐσεβεῖς] ἀσεβεῖς C.I. Viger. 8. ὑπεναντίους] Addunt B.I. καὶ μηδὲν πρὸς ἀνθρωπίνον ἦθος καὶ κόσμον βίου τοῦ καθ' ἡμᾶς συντείνοντας τοὺς μὲν γὰρ. τοὺς γὰρ] τοὺς μὲν γὰρ C.F.G. 10. τὸ ἄπειρον F.G. b. οὖσαν] ὅσον B.I. ἴσ. εἶναι Vigeri margo. 4. καθάπαξ] καθάπερ C. D.E.F.G. εἴ τι] εἴ τοι D. ἤ τοι E. 5. αὐτῶν om. I. 6. σίλλοις] ἄλλοις I. φλιάσιος] φλισιάσιος C.F.G. 8. ὀλοῇ] ὅλη B. D.E. ὅλλη C.F.G. ὅλη—ξυνέστηκε I. 10. σιωπῶσι] σιγῶσι Clem. Strom. V. p. 651. Scaliger. c 3. σκώπτουσιν] κόπτουσιν B.I. 4. φιλον.—μάχας] κόπτουσιν οἱ γενναῖοι I.

humana facultate majores, sed impias etiam, legibusque contrarias. Alios quippe nullos plane deos admittere; alios aut infinitum, aut id quod est, aut unum, aut alia quælibet pro diis habere, quam qui vulgo
13 recepti sunt. Atque hos inter magnam præterea dissensionem esse.
14 Alios enim universum infinitum ponere, alios certis finibus comprehensum: itemque alios omnia moveri statuere, alios omnino nihil. Mihi vero, si quicquam aliud, hoc sane optime ab illo Timone Phliasio in Sillis dictum videtur,

Ecquis eos diro pugnæ inflammavit amore?
Concurrens linguæ fremitus. Namque ille silentum
Impatiens, morbi contagia fœda loquacis
Immisit: sævo multi periere veneno.

15 Vides, quemadmodum sese invicem homines egregii vellicent? Mutuas quidem illorum contentiones, pugnas, atque dissidia, idem ipse

μάχας καὶ τὰς διαστάσεις ἔτι πρὸς τοῖς εἰρημένοις ὁ δηλωθεὶς ἀνὴρ τοῦτον ὑπογράφει τὸν τρόπον,

> Φοιτᾷ δὲ βροτολοιγὸς ἔρις, κενεὸν λελακυῖα,
> νείκης ἀνδροφόνοιο κασιγνήτη καὶ ἔριθος,
> ἥ τ' ἀλαὴ περὶ πάντα κυλίνδεται, αὐτὰρ ἔπειτα d
> ἔς τε βροτοὺς στήριξε κάρη, καὶ ἐς ἐλπίδα βάλλει.

16 Ἀλλὰ γὰρ καὶ τῆς τῶνδε πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ἀποδε-
δειγμένης στάσεώς τε καὶ μάχης, τῆς τε μηδὲν ἡμῖν
προσηκούσης περιττῆς δὲ ἄλλως καὶ οὐ γνωστῆς παι-
δείας τε καὶ μαθήσεως τῶν λοιπῶν ἁπάντων, ἐν οἷς
εἰσέτι νῦν ἀποσεμνύνονται φιλοσόφων παῖδες, ἀπελη-
λεγμένων οὐχ ἡμετέραις ταῖς δ' οἰκείαις αὐτῶν ἀπο-
δείξεσιν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς αἰτίας εἰς φανερὸν τεθεί-
σης, δι' ἣν τὰ τῶνδε ἀποστραφέντες τὰ Ἑβραίων λόγια
προτετιμήκαμεν, τὰ μὲν τῆς Εὐαγγελικῆς Προπαρα- p. 856
17 σκευῆς ἐν τούτοις ἡμῖν περιγεγράφθω· τὰ δὲ τῆς

c 5. ἔτι] ὅτι I. 8. κενὸν] κενεὸν D.F.G. Clemens. λελακυῖα] λελαηκυῖα C.D.E.G. λελαλυῖα Vigeri margo. 10. νείκης] νίκης B.I. ἔριτος] f. ἑταίρη Jortinus. Sed Clemens recte ἔριθος cum D. 12. ἀλαὴ] ἀλλὰ ἣ B.D.F.G.I. ἀλλὰ C.E. d 2. ἐς βρίθος] ἐς βροτοὺς B.C.D.F.G.I. Dedi ἔς τε βροτοὺς στήριξε cum Clemente. 4. τῆς σφᾶς] τῆς τῶνδε πρὸς σφὰς B.C.F.G.I. ἀποδεδεγ.] ἀποδεδειγ. C.E.F.G.I. Tum τε καὶ B.C.F.G.I. 5. τῆς τε—προτετιμήκαμεν om. B. et nescio an I. 6. γνωστὸς E. 7. λοιπῶν] τε λοιπ. C.F.G. ult. προτετ.] προσ-τετ. D.E.

p. 856. 2. περιγράφθ.] περιγεγραφ. B.G.I.

Timo præter superius illud, sequentibus versibus adumbravit,

> Dira lues hominum, contentio, vanaque jactans,
> Mortiferique soror belli, pugnæque ministra,
> Invadit, cæcoque diu rapta impete, tandem
> Confirmat gravitate caput, spemque objicit ultro.

16 Verum enimvero, cum hactenus et mutuas hominum istorum alter-
cationes, et illam non minus alienam a nobis, quam inanem per sese,
nullique parabilem cæterorum omnium, quibus hodieque philosophi
gloriantur, cognitionem, non jam nostris, sed domesticis illorum
ipsorum clarissimisque testimoniis, abunde coarguerimus: cumque
præterea caussam illam omnibus spectandam protulerimus, quæ nos
cum ad repudiandam ipsorum doctrinam, tum ad complectenda He-
bræorum oracula impulerit: Evangelicæ huic Præparationi finem ali-
17 quando imponamus. Nam quæ ad perfectiorem illam Demonstra-

ἐντελεστέρας πραγματείας, τῆς κατὰ τὴν Εὐαγγελικὴν
Ἀπόδειξιν, ἤδη λοιπὸν ἐπισκεπτέον ἀφ' ἑτέρας λόγων
ἀρχῆς, τῆς δὴ λειπούσης τῷ προβλήματι, τὴν διδασκα-
18 λίαν ποιησομένοις. Λείπει δ' ἄρα πρὸς τοὺς ἐκ περι-
τομῆς ἐπιμεμψαμένους ἀποκρίνασθαι, τί δή ποτε ἀλλό-
φυλοι ὄντες καὶ ἀλλογενεῖς ταῖς αὐτῶν βίβλοις ἀπο-
χρώμεθα, μηδὲν ἡμῖν, ὡς ἂν αὐτοὶ φαῖεν, προσηκούσαις·
ἢ τί δὴ τὰ παρ' αὐτοῖς ἀσπαζόμενοι λόγια, οὐχὶ καὶ τὸν
βίον ἀκόλουθον τῷ παρ' αὐτοῖς παρέχομεν νόμῳ.

a 5. λοιπούσης D. 6. τὴν διδ. ποιησ. om. B.I. λείπει] λείπειν B.I. 7. δ' ἄρα] δὴ ἄρα D. 11. προσηκούσαις—λόγια om. F. 12. ἀσπαζόμενοι] ἀσπαζόμενα C.

tionis Evangelicæ tractationem pertinent, novum disputandi prin-
cipium requirunt; quod quidem non aliunde, quam ab ea quæ sol-
18 venda nobis superest quæstione ducemus. Restat autem id unum, ut
eorum, qui circumcisionem retinent, criminationi respondeamus; cur
tandem, externi et alienigenæ cum simus, eorum libris, utique nihil
ad nos, (ut ipsi quidem objiciunt,) pertinentibus abutamur: aut cur
ipsorum oracula literasque complexi, minime tamen vitæ nostræ
rationes eorundem ex lege moderemur.

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

DOMINO D. JOAN. FRANCISCO DE GONDY,

PRIMO LUTETIÆ PARISIORUM ARCHIEPISCOPO.

OPTANDUM in primis erat, Archipræsul illustrissime, ut quantum in convellendis profanæ superstitionis erroribus eruditionis ac diligentiæ noster hic Eusebius afferebat, tantum idem Christianæ pietatis in caussa, vel integritatis, vel constantiæ retineret. Sed fuit ille nimirum in eligendo tam infelix et iniquus, ut cujus per sese jactura mediocris erat ac tolerabilis futura, ejus sibi possessionem omni contentione defenderit; quæ omni pretio major est, cum ejus luce atque dignitate nudi et vacui nominis umbram ac speciem compensarit. Quem igitur alioquin ecclesia sanctissimorum et doctissimorum virorum in numero censere voluisset, eum, quod ipsemet maluisse visus est, inter Origenes, Tertullianos, Bardesanes, Tatianos, et si qui præterea miserabili dissidio ingenii doctrinæque laudem a religionis et fidei gloria sejunxerunt, numeravit. In quo quidem id providit suo more sapienter, ut quorum ex morbi contagione pericula cavere posset, eorum industriæ fructu non careret. Et vero, sive timiditatis hoc fuit sive fraudis, tectius hic aliquanto quam cæteri ac verecundius insanire conatus est, ut suis ipse libris Arianæ perfidiæ maculam aspergere potius, quam inurere videatur. Atque ut de aliis hoc loco taceamus, equidem hunc se se mihi potissimum obtulisse gaudeo, in quo labis ac veneni parcissimus fuerit, exquisitas eruditionis opes liberali plenaque manu congesserit. Sane vero, quicquid hoc in genere lævum ac flagitiosum Eusebii manus alleverat, id omne Trapezuntii pietas molliore vel stylo induxerat, vel spongia deleverat: sed in interprete fides magis commendari solet,

quam pietas. Quanquam nec tanti certe dissimulatio ista fuit, cum præsertim non doceat, ut cæteri, non probet, non urgeat, sed mentem modo furtim indicet innuatque suam: quasi non sine pudore aliquo catholicæ frontis pudorem exueret. At quantum hic ex locuplete penu rerum atque locorum, et quanta cum varietate protulerit, suavius, ut opinor, legendo sentiri potest, quam dicendo uberius explicari. Qui quidem sensus literatorum omnium communis adhuc idemque fuit, qui et hujus in operis cognitione non mediocri diligentia studioque versati sunt, et in eo non minus Eusebium de antiquitate ipsa, quam de universa posteritate meruisse judicarunt. Atque hoc judicium veritatis est, non gratiæ. Nam ut eos scriptores omittam, quorum monumenta nobis superiorum ætatum nec incuria eripuit, nec invidit injuria, quibus tamen hic novo quodam et illustri usu auctoritatis plurimum et splendoris accessit; quis non hunc ejus laborem, et prisco illi ævo salutarem, et nostro huic jucundissimum ac fructuosissimum esse intelligat, per quem superstites nec paucas nec exiguas vetustorum, hoc est vel tempore ipso pretiosorum, ingeniorum reliquias, sic tanquam servatas ex fœdissimo naufragio tabulas habeamus? Atque ut obiter beneficii partem aliquam degustemus, ejus in primis opera Sanchoniathonem illum, hominem Phœnicium, et Trojanis, si plerisque fides, temporibus supparem audimus, Philonis Bybliensis ore, de antiquissima Phœnicum theologia disputantem; quæ Hebræorum ex fontibus, sed obliquo ac devio flexu derivata, in Ægyptios postea Græcosque redundavit. Audimus et Œnomaum, acrem, Superi! pugnacemque philosophum, qui ab Apolline in fraudem impulsus, quam ingeniose totam illam oraculorum vanitatem illudit? quanta vi dictionis bilem ac stomachum in profani numinis caput erumpit? Quid graves et eruditas commemorem Origenis, Diogeniani, Bardesanis concertationes adversus impiam siderum fatique necessitatem pro humanæ libertatis defensione susceptas? Quid Dionysios Alexandrinos, quid Maximos, inveteratam illam multorum philosophorum de materiæ æternitate ac prope divinitate sententiam, pulcherrimis ac firmissimis rationibus evertentes? Dat ille nobis Porphyrium ex intimo veterum oraculorum sinu novum reconditæ philosophiæ genus eruen-

tem. Producit Numenium, Platonicæ Academiæ sectas atque divortia non minus diligenter et enucleate quam jucunde ac suaviter explicantem. Ejusdem ex Academiæ spatiis Atticum, Aristoclem sistit ex Lyceo, quorum ille sic Aristotelem a Platone divellit, ut omnem inter eos philosophiæ societatem commerciumque tollat: hic autem Aristotelis sui defensionem, cum longa et accurata eorum maxime philosophorum, qui sensibus aut nihil aut omnia crederent, reprehensione conjungit. Debet huic Africanus Chronologiæ suæ fragmentum sane luculentum. Debet Plotinus egregiæ disputationis auctarium, qua immortalium animorum purissimam divinamque naturam ab omni corporeæ molis concretione sejungit. Debet Philo, Judæorum eloquentissimus, pulcherrimam, si unum aut alterum inde nævum sustuleris, providentiæ divinæ prædicationem: cui tamen si quid deerat, id totum amplissima ex Dionysii Alexandrini opere tam pietatis quam eruditionis omnis accessione cumulavit. Debet postremo, quæ pars est Præparationis hujus perinsignis, Hebræorum illa natio memoriam generis rerumque suarum vetustissimam: cujus ad celebritatem qui non ejus voce ductuque convenere? Græci, barbari, oratores, poëtæ, historici, Berosi, Megasthenes, Abydeni, Eupolemi, Hecatæi, Demetrii, Choerili, Ezechieles, Artapani. Cujus in laudis ac diligentiæ partem ut Josephus etiam veniat, longe tamen est Eusebii gratia liberalior: et eo quidem æstimanda pluris, quod ex illis profanorum hominum testimoniis ad sacræ historiæ notitiam plurimum sæpe lucis hauriamus.

Hoc igitur Eusebius tam frequenti ac tam nobili comitatu septus ad te venit, Archipræsul illustrissime, ut quod per sese non posset, tot eruditorum clientium, quos, ne toti nobis sibique morerentur, singulari studio prohibuit, conjunctis vocibus graviorem ab humanitate tua temeritatis suæ pœnam deprecetur. Non es, ut spero, in eum durior et inclementior futurus, quam summos pontifices eadem in caussa jam senserit. Mihi forte verior metuendi caussa restat, ne gravioribus tuis sanctioribusque curis molestus interpellator adveniam, ignotus præsertim ac novus homo, tam mihi tenuitatis et inopiæ meæ conscius, quam tuæ conscius dignitatis. Quanquam, ubi te penitus moresque tuos recognovi, ne hunc

quidem metum sine aliqua offensione injuriaque tua retineri posse intelligo. Rara sane laus et eximia voluntatis indolisque tuæ, in tanta divini muneris amplitudine cavere diligenter, ne quisquam aditu se congressuque tuo ac ne benevolentiæ quidem tuæ beneficio indignum arbitretur. Utar igitur hoc naturæ tuæ bono, si tuum illud tamen est, quod acceptum a majoribus, et novis per te incrementis auctum, tam commune cum omnibus esse voluisti. Nec vero solam hanc facilitatis aliarumque virtutum gloriam in clarissimæ Gondiorum familiæ stirpem fontemque refudisti, novus ad eam per te splendor accessit, ita tibi proprius, ita singularis, ut socium in eo quemquam nec habeas, nec habere possis. Illustria sunt nec laudis ullius egentia nominis ac generis tui decora, fateor: ac ne tanta in luce quæreretur vivum etiam ac spirans Christianæ demissionis exemplum, frater ille tuus, se ipso nunc, quæ summa prædicatio est, fortior atque nobilior, Gallia tota mirante perfecit. Sed ejusmodi tamen omnia sunt, quæ tecum et cum aliis communicari potuerint. Nam, ut cætera modo non attingam, summus ille profecto est dignitatis honorisque gradus, ad quem illustrissimus Cardinalis Henricus, frater item tuus, non minus virtutum suarum quam Ludovici Justi suffragio evectus ascenderat. Sed illum ipsum tamen, quantuscunque est, qui certe maximus est, quamplurimi et antea consequuti sunt, et postea consequentur: atque ut de te ipso non nisi modeste loquar, tu quidem ex illis unus esse potes. At primus Parisiorum, hoc est urbis urbium omnium principis, Archiepiscopus, nec alius abs te quisquam tot retro sæculis fuerat, et omnibus deinceps ætatibus, præter unum te, alius esse non poterit. Cujus tibi cogitationis eo suavior gustus esse debet, quo jam et communi sensu populorum, et longo sæculorum usu, hac prærogativa dignitatis et ordinis lætissimum quoddam sanctitatis eximiæ vel auspicium vel præjudicium continetur. Itaque abs tuo nomine, Archipræsul reverendissime, novus in posterum, ac priori longe nobilior, majorum antistitum ordo seriesque ducetur: et quoties non tantum amplissima Gondiorum tuorum familia, sed etiam Lutetia regni caput, de maximis honoribus titulisque suis recordabitur, toties utraque Francisci sui memoriam, a quo novum hunc auspicetur sanctissimi

sacerdotii principatum, suavissima et ornatissima gratulatione celebrabit. Verum, ut ad me revertar, nec tamen abs te discedam, mihi quidem, si aliud nihil fiduciam aleret foveretque meam, vel eo tamen egregie sperandum putarem, quod ea me societas in suis numeret, cui ex animo bene velle, tam prope hæreditarium familiæ tuæ est ac solenne, quam nomen. Qui sensus quam alte animo insideat hæreatque tuo, jam ultro sæpius non tantum amantissime, sed etiam amicissime declarasti. Cujus voluntatis ne te unquam pœniteat, societas vicissim nostra omnibus observantiæ gratique animi officiis cum amoris tui beneficio studioque certabit. Ego vero, ut omnium novissimus, animo tamen omnibus obsequioque simillimus, cum aliud mihi nunc ad manum esset nihil, hunc, cuicuimodi sit, laboris nostri fœtum amplitudini tuæ offerendum et consecrandum putavi : ut quem in medio Lutetiæ tuæ sinu quotidianas inter docendi curas natum atque susceptum hactenus educavi, is tuo in complexu deinceps non modo feliciter adolescat, sed omnes etiam vel temporis injurias, vel petitiones invidiæ, tuo patrocinio tectus ac defensus eludat. Vale. Lutetiæ Parisiorum, anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, quarto Calendas Octobris.

Illustriss. ac Reverendiss. Amplitudini T.

Deditissimus,

FRANCISCUS VIGERUS,

SOCIET. JESU PRESBYTER.

Ad Christianum et candidum Lectorem.

CUM in eo esset Eusebius, ut sanctissimum Christianæ religionis auctorem perspicuis et evidentibus argumentis Christum illum esse ostenderet, quem divina Hebræorum oracula tanto ante cecinissent; ne quam Gentilibus interea lacessendi atque interpellandi sui occasionem relinqueret, eorum sibi os frenandum prius atque obturandum putavit. Itaque alterum illud opus, quod præcipue ac proprie animo designabat, Evangelicam Demonstrationem appellavit; huic autem, quo ad facilem susceptæ disputationis cursum planam sibi expeditamque viam muniebat, Præparationis Evangelicæ nomen imposuit. Est quidem hoc argumenti genus, tam Græce, quam Latine, sanctissimorum et sapientissimorum hominum opera studioque tractatum. Sed illi tamen vel altera duntaxat in parte laborarunt, vel utramque strictim et obiter attigerunt. Ita Noster hic, ut cæteris laudibus inferior sit, alios tamen utriusque complexione, alios scribendi ubertate superavit. Verum hoc loco Demonstrationem prætereo, cujus pro integro justoque corpore informis ad nos truncus sine capite cruribusque pervenit. Hac quidem in Præparatione ita versatus est, ut in Græcorum vel erroribus illustrandis, vel refutanda superbia, non tam suo vel suorum, quam popularium ac domesticorum testium ore loqueretur, quorum nec suspectam ipsi fidem habere possent, nec prudentiam desiderare, nec alienam existimare voluntatem. Tametsi nostrorum etiam interdum, hoc est Christianorum hominum, pugnavit armis. Prorsus, ut hujus in operis molitione, sedulitatis potius ac diligentiæ, quam facultatis et ingenii quæsiisse laudem, nec tam suis ipse viribus cum adversario congredi, quam ex peregrino et conductitio milite aciem instruere, imo cum hoste hostem committere videatur. Cæterum, quem ille ordinem hac in pugna modumve tenuerit, ipso libri decimi

quinti exordio tam enucleate diserteque complexus est, ut ejus verbis addi nihil possit præter auctoris injuriam.

Sequitur ergo potius, Christiane lector, ut quam de illo bene mereri studuerimus, hoc est, quid in nova Præparationis hujus editione conati simus, breviter accipias. Extitit ante hos centum annos Trapezuntius, homo et natione Græcus, et Latinis insuper literis non mediocriter informatus: qui, si horum ad librorum interpretationem, quantum eruditionis ac solertiæ afferebat, tantum a curis gravioribus temporis et otii conferre potuisset, nobis utique legendi voluptatem, non alterius operæ necessitatem reliquisset. At dum, (quod ipsemet vel excipit vel excusat,) cum eorum a quibus urgebatur desiderio vertendi celeritatem æquare gestiret, Eusebium Eusebio suffuratus est; itaque suo ex sensu vultum ei speciemque finxit, ut ab eo Trapezuntium verius, quam Eusebium haberemus. Ita capitum ordinem numerumque mutat; ita sententias, periodos, paginas nonnunquam integras modo interpolat, modo, quod longe gravius est, expungit ac resecat. Librum certe decimum quintum ne attigit quidem. Id quod viris etiam doctissimis fraudi fuit, qui quum Eusebii Græca non legissent, postremum hunc librum periisse crediderunt. Ostenderat Grynæus quidam, homo, ut aiunt, hæreticus, velle se tam inveterato morbo medicinæ aliquid facere: sed ostendit re ipsa tantum, quippe qui labes hiatusque nonnullos sparsim duntaxat ac sæpe novis erroribus impleverit.

Quocirca justum ambo nobis integrumque pensum reliquere: de quo nihil admodum ab Hoppero, qui extremum librum Trapezuntii Latinis attexuit, detrahi potuisse, invitus nemo fatebitur, qui hanc in lectionem horas ex otio suo aliquot derivare voluerit. Novam ergo a capite interpretationem aggressi, duos ex Bibliotheca Regia, (quod D. Rigaltii doctissimi atque honestissimi viri beneficium est,) Manuscriptos Codices accepimus, quorum altero Stephanus in Græca editione usus videtur, alterum ei sæpe dissimillimum reperi. Accesserunt variæ lectiones ex Richardi Montacutii libro descriptæ, quarum mihi copiam aliquanto serius fecit D. Morellus, ὁ μακαρίτης, bibliopola regius; usu cum in aliis non contemnendo, tum in lacunis quibusdam explendis fere præcipuo. Verum præter communem illam interpretandi mole-

stiam, quæ sapientissimis hominibus tam gravis semper ac spissa visa est, quam sæpe necessaria; laborem insuper, et huic scriptionis generi proprium, et altero illo vix minorem exhausimus. Cum enim, ut ante diximus, alienas toto hoc opere linguas Eusebius mutuetur, quorum adhuc rivorum fontes haberemus adeundos imprimis omnes ac studiose lustrandos putavimus: quorum autem exaruerant, horum tamen, ubicunque subodorari licuit, vel tenuissima vestigia persequuti sumus. Et quamvis alienæ manus ope ac subsidio, quod sese tum ultro præsens obviumque dabat, uti licuerit; studio tamen utcunque nostro diligentiaque niti, quam precariam hinc inde stipem corrogare maluimus: partim, quod et delicati nimis et parum liberalis ingenii videretur, ubi per te ipsum tentare aliquid et experiri possis, alieni laboris fructu otiose pasci; ac fæcem illam mendicorum imitari, qui levius egestatem ferunt quam sudorem, quosque aliena crumena vivere non tam necessitatis est quam voluptatis; adeo publica benignitate non ad sublevandam inopiam sed ad fovendam inertiam abutuntur: partim, ne si tantam scriptorum varietatem nihilo minor interpretum diversitas exciperet, non fœtus aliquis vultu coloreque uno, sed deforme monstrum existeret dissimillimis ex partibus formisque conflatum. Utrum enim ex hoc nostro cultu membris quoque singulis ad speciem aliquid ac nitorem accesserit, æquitatis est prudentiæque tuæ, lector optime, statuere, non modestiæ pudorisque nostri.

Porro, in librorum et capitum lemmatis atque indicibus præfigendis, membranarum facem ductumque sequuti sumus, nisi quod fidenter, quæ in alterum vitia nonnunquam irrepserant, alterius integritate beneficioque sustulimus. Et quoniam indices illi nec tituli præ se nec capitis nec aliud ejusmodi nomen ferebant, solas iis numerales, ut vocant, notas addidimus: sic tamen ut simul paginarum ad oram et prioris editionis Græcæ paginas, et Trapezuntianæ versionis capita notaremus: quod utrumque ad nonnullam quoque tum legendi tum nostra cum aliis componendi facilitatem pertinere videbatur.

Superest, ut de Notis, quæ ad calcem adjectæ sunt, unum aut alterum moneamus. Eæ triplici potissimum genere

continentur. Aut enim, sicubi necesse est, Græcæ dictionis vim ac proprietatem expendunt: aut varias locorum illorum, quæ ab Eusebio passim afferuntur, modo lectiones modo interpretationes excutiunt, in quo dici vix potest, quantum ex mutua nostri hujus aliorumque opera lucis in omnes fructusque redundarit: aut denique, si quid ad loci alicujus intelligentiam perstringi potius quam explicari potuit, breviter expediunt. Quæ vel sanctorum patrum illustratione, vel uberiori tractatione digna videbantur, ea certis observationum capitibus comprehensa dare statueram: sed quoniam alio me interim susceptæ vitæ rationes vocant, affectumque opus ducere nonnihil ac proferre cogunt, uti jam non semel gravibus justisque de caussis et interpretationis et ipsius editionis cursum inhibuerunt, hanc mihi dare veniam humanitatis est tuæ, ut bibliopolarum nostrorum fides, exteris jam provinciis obligata, sine hoc justi, ni fallor, operis auctario ad tempus liberari possit. Ne tamen ipso statim in limine dubitare te patiar, cuinam Theodoto Præparationem hanc suam Eusebius inscripserit; hunc ego non alium arbitror, quam Laodicenum episcopum, qui Marcello summo pontifice, sub annum Constantini magni tertium, Stephano in episcopatu successit, Arianæ impietatis fautorem acerrimum, quo de legendus noster Eccles. Histor. lib. vii. cap. ult. et Theodoretus ejusd. Histor. lib. i. cap. 5.

Ad extremum, quoniam homines sumus nec humani quicquam a nobis alienum existimare debemus, qui nobis errores exciderint, eos abs te non alia quam hominis et Christiani hominis censura castigari velim, nec ante saltem gravius duriusque configi, quam aut erratorum in classem rejectos, aut in Notis ipsis indicatos non esse cognoveris.

FRANCISCI VIGERI

NOTÆ

IN LIBROS EUSEBII

DE PRÆPARATIONE EVANGELICA.

LIBER I.

1 a 8. θεῖον Ἐπισκόπ.] Ut est in altero MS. Biblioth. regiæ. Id autem malui quam θείων, ut habet prior editio, quod ἑλληνικώτερον putarim. Dicere potuisset θεῖον Ἐπισκόπου χρῆμα, potuit et Ἐπισκόπων. Sic Aristophan. Νεφελ. Act. 1. [v. 1.] Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον ἀπέρατον; *Quid istuc noctis est, quamque infinitum?* Idem Βατραχ. Act 5. [v. 1311.] Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν κόπων ὅσον; *Quanta laborum moles?* Quod si retineretur θείων, sensus videretur, *hoc operis operæque genus ad episcopos maxime pertinere.* At infer. p. 26. d 5. Plato, οὕτως ἐμαυτῷ ἔδοξα πρὸς ταύτην τὴν σκέψιν ἀφυὴς εἶναι, ὡς οὐδὲν χρῆμα. Id est, *tam ineptus, quam qui maxime.*

3 a 3. Post ἥκειν Mont. leg. σπουδῇ τε πάσῃ καὶ προθυμίᾳ.

— b 5. pro ὁ Χριστοῦ λόγος, Mont. leg. Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος: melius, ut videtur.

— d 3. pro πέφηνεν, Mont. leg. πεφοίτηκεν.

4 c 7. οἰκονομίας.] Trita vox apud SS. Patres, ἀντὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως καὶ σαρκώσεως τοῦ Λόγου καὶ τῶν πρὸς αὐτήν.

6 c 6. αὐτόθεν.] Budæo τῷ πάνυ observata jam hujus adverbii significatio, *in promptu, e re nata.* Sed infra p. 10. l. 2. αὐτόθεν πρὸς εὐζωΐαν, &c. *per sese, suapte vi, suis non alienis opibus.* et p. 13. b 9. τὸ αὐτόθεν ὑπερέχον, &c. eod. sensu. Apud B. Chrysost. Ser. de S. Babyla, τότε δὲ αὐτόθεν ἐδείκνυτο, ὅτι δαιμόνων ἦν ἔργα τὰ τελούμενα, &c. omissum interpreti. Id est, *res per sese loquebatur, opera esse dæmonum.* Plutarch. comparat. Solonis et Publicolæ p. 111 b. ὁ δὲ αὐτόθεν ἀναρρίψας τὸν ἐπὶ μεγίστων κίνδυνον, ἐπανέστη Ταρκυνίῳ, *confestim in apertum sese rerum maximarum discrimen conjiciens:* opponit enim illud αὐτόθεν Solonis τῷ προσποιήματι, et παιδιᾶς τινι τρόπῳ, cum Publicola sine larva et simulatione Tarquinium peteret.

6 d 9. πάντας ἀνθρώπους.] Est qui legere malit, εἰς πάντας ἀνθρ. Mihi nihil mutandum videtur; frequens enim usus est

verbi εὐαγγελίζεσθαι cum accusativo tam rei quam personæ. Ita p. 7. d 4. Noster, πάντας ἀνθρώπους τὴν ἔνθεον καὶ οὐράνιον ζωὴν εὐαγγελιζομένη: et p. 13. b 8. τὰ μέγιστα καὶ ἀληθῶς ἀγαθὰ πάντας ἀνθρώπους εὐαγγελίσασθαι τὸν ἡμέτερον λόγον: et alibi sæpe. Quod in aliis quibusdam verbis receptum est, ut in ποιεῖν, ἐργάζεσθαι, et similibus.

8 a 1. βεβηκυῖαν.] Nihil est, meo judicio, cur præstet ἐπεμβεβηκυῖαν, quod tamen προαιρεῖται non nemo. Est enim hæc propria et quasi ἔμφυτος significatio τοῦ βεβηκέναι, cum ἐπεμβαίνειν et ἐμβαίνειν sint potius *ingredi*, vel *conscendere*, vel *insultare*, quam *firmiter et constanter inniti*. Plutarchi locus est observatione dignus, in comparat. Fabii Max. et Periclis, p. 190 c 4. ubi de Fabio, ἐν τῷ καθ' ἑαυτὸν ὁρμωμένῳ καὶ βεβηκότι τὴν πόλιν ἀντιλαμβανόμενος καὶ ὑπερείδων: ubi τὸ ὁρμώμενον, peculiarem ejus quandam et propriam agendi rationem; τὸ βεβηκὸς δὲ, arrepti semel instituti atque consilii firmitatem constantiamque significat. Aristides in Panathen. τὸ ἐμβεβηκέναι, κομψῶς που καὶ γλαφυρῶς suo more usurpavit, ubi de situ Athenarum et Acropoleos longe pulcherrimo [p. 171. extr. ed. Cant.]: ὥσπερ γὰρ, inquit, ἐπ' ἀσπίδος κύκλων εἰς ἀλλήλους ἐμβεβηκότων πέμπτος εἰς ὀμφαλὸν πληροῖ διὰ πάντων ὁ κάλλιστος, εἴπερ ἡ μὲν Ἑλλὰς ἐν μέσῳ τῆς πάσης γῆς, ἡ δὲ Ἀττικὴ τῆς Ἑλλάδος, τῆς δὲ χώρας ἡ πόλις, τῆς δ' αὖ πόλεως ὁμώνυμος. Hic κύκλους εἰς ἀλλήλους ἐμβεβηκέναι est *alios aliis impositos esse*, tametsi doctissimus interpres verterit, *circulis in se invicem incurrentibus*. Quod sequitur, εἰς ὀμφαλὸν πληροῖ, id est, *in justum et perfectum umbilicum desinit*, aut *illum perfecte implet*. Sic Herodot. lib. ii. p. 103 a. ἡ δὲ (ὁδὸς) ἐς Ἡλιούπολιν ἀπὸ θαλάσσης πληροῖ ἐς τὸν ἀριθμὸν τοῦτον, *juste ac perfecte hunc stadiorum numerum implet*, ἀκριβῶς ἀποπληροῖ. Εἴπερ autem hic apud Aristidem novo more pro οὕτως, respondet enim τῷ ὥσπερ γάρ. Postremo inter πόλεως et ὁμώνυμος inserendum videtur ἡ, Acropolim enim ipsam intelligit, quæ, ut ipsemet paulo ante dicebat, πάλαι μὲν πόλις, νῦν δὲ ἀκρόπολις.

9 b 1. εὐαγγελιζομένην.] Verti perinde ac si haberetur εὐαγγελιζομένων, ut referatur ad Προφητῶν. Atque ita leg. etiam Mont.

— c 1. Κύριε ὁ Θεός μου.] Vulgata sic habet, *Domine fortitudo mea, et robur meum, et refugium meum in die tribulationis. Ad te gentes venient ab extremis terræ, et dicent, vere mendacium possederunt patres nostri; vanitatem, quæ eis non profuit.* Septuaginta, quos habemus, ψευδῆ εἴδωλα etiamnum retinent, et voces Hebraïcæ שקר, et הבל, passim in scriptura pro idolorum vanitate sumuntur.

11 d 8. Τιβαροί.] Existimavi legendum Τιβαρηνοί· quam lectionem in Mont. postea deprehendi; de quibus uti et de aliis populis, consule, si placet, Observationes.

12 a 1. Βάκτριοι.] Legebatur Βάκριοι: sed prætuli alterius MS. lectionem.

17 d ult. Ὑάγρου.] Certum videtur legendum Οἰάγρου, uti habet Mont. Οἴαγρος enim, non Ὕαγρος, Orphei pater. Stat. Theb. 5. v. 344.

Œagrius illic
Acclivis malo mediis intersonat Orpheus
Remigiis.

Virg. 4. Georgic. v. 523.

caput a cervice revulsum
Gurgite cum medio portans Œagrius Hebrus
Volveret.

Apollon. 4. Argon. Εἰ μὴ ἄρ' Οἰάγροιο πάϊς Θρηΐκιος Ὀρφεὺς, &c.

19 a. Locus extat apud Diodor. lib. i. p. 6. novæ edition.

— c 2. ἀποφάνσεις.] Diod. ἀποφάσεις.

— c 8. ἄφθαρτον.] Diod. φθαρτὸν, recte.

— c 9. Legendum videtur ἐκείνῳ, nempe τῷ κόσμῳ.

20 a 5. ἀναζεομένης. Diod. et Mont. ἀναζυμουμένης, quod est, *fermentatam quasi massam intumescere.*

— d 10. post θνητῶν paucula quædam Eusebius præterit. At lin. præcedenti, pro δένδρα, πτηνὰ, Diod. leg. δένδρη, πετεινὰ, ut versus exigit.

21 b. v. pen. ὑήσεως.] Reddidi perinde ac si legeretur οἰκήσεως, quam vocem apud Diodor. postea reperi.

22 a 4. Πλουτάρχου Στρωματέων.] Dubium est, utrum id opus Stromata Plutarchus inscripserit, an hoc ipsi nomen Eusebius noster indiderit. Aliud quidem est ab eo, quod extat, de Placitis Philosophorum, uti τῷ ἀντιπαραβάλλοντι perspicuum fiet. Ex quo seorsim etiam idem Euseb. infra lib. xiv. non pauca depromet. Quid si totum illud Moralium operum, ut vulgo nominantur, corpus, hoc titulo complexus est? Quid enim tam στρωματοειδὲς quam illa Plutarchi τά τε καθόλου καὶ τὰ κατὰ μέρος συντάγματα? Cujusmodi sua illa Clemens Alexandrinus esse profitetur lib. iv. Ποικίλα, ὡς αὐτό που τοὔνομά φησι, διεστρωμένα, ἀπ' ἄλλου εἰς ἄλλο συνεχὲς μετιόντα: licet quod sequitur, ἕτερον μέν τι κατὰ τὸν εἱρμὸν τῶν λόγων μηνύοντα, ἐκδεικνύμενα δὲ ἄλλο τι, minus, ut videtur, in ista Plutarchi opuscula conveniat.

24 d 13. Pro ἡγεμονικὸν legendum videtur αἷμα. Nam animi principatum Empedocles in sanguine collocabat, indeque opinioni suæ fidem conciliabat, quod ea parte homines præstarent, quæ sanguine abundaret.

25 d 10. ἢ περὶ τῶν ἄλλων, ὡς οἱ πλεῖστοι.] Apud Xenophont. lib. i. Memorabil. p. 710. legitur, ἧπερ τῶν ἄλλων οἱ πλεῖστοι: quam lectionem sequutus sum, et hic, et cap. ultimo libri xv. ubi eundem locum Eusebius protulit, sed pluribus.

26 b 4. Platonis locus est ex Phædone, p. 392. edit. Fic.

— c 5. τότε ἤδη. Plato leg. τότε δὴ, quod ἀττικώτερον videtur.

27 lin. 3. ante c. Diodorus lib. i. p. 10 c. nov. edit.

— c 2. εἶναι θεούς.] Diod. εἶναι δύο θεούς.

27 c 8. πάντι.] Diod. πάντῃ, ut conjeceram.

— d 2. Σείριον pro Σύριον, est enim inter Ὄσιριν ac Σείριον παρωνυμία.

28 a 3. διοικεῖν.] Hactenus Diodorus: quæ sequuntur, Eusebii sunt.

— c 5. Ἀνάριθμος.] Vide Porphyrium lib. ii. περὶ ἀποχ. non longe ab initio, p. 22. edit. Florent. at recentioris Græcol. p. 124. sub finem.

— c 8. ἤρξαντο οἱ πρῶτοι ἐφ' ἑστίας.] Porphyrius ἤρξαντο πρῶτον ἀφ' ἑστίας. Sed nostrum ἐφ' ἑστίας magis placet, ut focus significetur, ubi genus hoc graminis adolerent. Nam παροιμιῶδες illud ἀφ' ἑστίας quemadmodum hic conveniat, non satis video.

— d 1. καὶ πλάνης ἐρευνητὴς, &c.] Porphyrius legit καὶ ταῦτα, πλάνης κλιμακτὴρ, ὅτε ἄνθρωπος γ. τ. α. ζ. μ. π. π. κ. δακρύων, σταγόνας τούτων ἀπηρξ. Consule si placet Porphyrii interpretem. Eusebiana certe cum lectio, tum distinctio, correctior videtur et clarior: tantum vocem ἐρευνητὴς tanquam glossema libenter expunxerim; μαστὴρ enim id ipsum est quod ἐρευνητὴς, sed rarius. Hesychius agnoscit μαστεύειν et ματεῖν, μαστὴρ et ματὴρ, unde et ματηρεύειν τὸ ζητεῖν. Notandum vero quod de hujus vocis notatione tradit Clemens Alexand. Pædag. lib. i. cap. 7. Cum enim dixisset, infantibus nobis, ἀμέλγουσι τὸν λόγον τῶν οὐρανῶν, alimentum Christum esse, subjungit, Ἐντεῦθεν τὸ ζητῆσαι μαστεῦσαι καλεῖται, ὅτι τοῖς ζητοῦσι νηπίοις τὸν λόγον αἱ πατρικαὶ τῆς φιλανθρωπίας θηλαὶ χορηγοῦσι τὸ γάλα. Vox est Xenophonti familiaris. Inde Μαστῆρες, illi, quos Harpocratio conjicit ἀρχήν τινα fuisse ἀποδεδειγμένην ἐπὶ τὸ ζητεῖν τὰ κοινὰ τοῦ δήμου, qui apud Pellenios Μάστροι dicerentur, ex Aristotele in Pelleniorum rep. Ζητητὰς idem Harpocratio ante dixerat Athenis magistratum extraordinarium fuisse, εἴ ποτε τοὺς ἀδικοῦντάς τι δημοσίᾳ δέοι ζητεῖν. Cum Romanis quæsitoribus conferri possint.

— d 4. ante fin. καὶ τοῦ πυρός.] Porph. l. καὶ διὰ τοῦ πυρός: utrumque probari potest; sed posterius intellectu facilius videtur: potius enim per ignem illum ἄσβεστον, quam ipsiusmet ignis, sempiternos Diis honores tribuebant. Sed ἐφύλαττον retinendum est, licet Porphyrius legat φυλάττωμεν: nam paulo ante ἔκαιον, non καίομεν.

29 a 4. σημαίνοντα.] Vera, ut opinor, lectio: non ut apud Porphyrium ἐκβαίνοντα, quem locum vereor etiam ut interpres ἅλις ἂν ἐξακούσειεν. Hac ipsa de re idem Porphyrius sub lib. ii. fin. p. 230. et 231. nov. edit.

— c 8. τοῦ θεῖν.] Herodot. lib. ii. [c. 52.] Pelasgos ait θεοὺς προσονομάσαι, ὅτι κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πρήγματα καὶ πάσας νομὰς εἶχον. Theophilus lib. i. ad Autolycum non abludit, dum ita dictos ait, παρὰ τὸ θεῖναι πάντα ἐπὶ ἀσφαλείᾳ.

32 a 9. Post ἀλληγορίας inserenda conjunctio δὲ, ex Montac. codice. In aliis solicitandum videtur nihil.

33 a 1. ῥάβδους.] In versione pro *statuas*, (quod nescio quo pacto exciderit,) repone, *virgas*: de quibus consule, si placet, observationes.

— b 3. ἐκτιθέμενος.] Mont. ἐκτιθεμένου, quod fortasse rectius, ut ad Σαγχουνιάθωνος referatur.

— c 8. Μώτ.] Forte an conveniat cum Hebræo מוט, *declinare*, *labi*, &c. vel מות, *mori*: siquidem Phœnicibus corruptio est: quod tamen in illum Rheæ filium melius quadrabit, quem infra p. 38 d 10. Μοὺθ nominatum ait, ac pro morte vel Plutone sumptum. Porro notandum est eandem vocem μοὺθ, si Plutarcho credimus, matrem apud Ægyptios significasse. Sic enim ille in Iside et Osiride, p. 374 b 3. Ἡ δ' Ἶσις, ἔστιν ὅτε καὶ Μοὺθ, καὶ πάλιν Ἄθυρι, καὶ Μεθύερ προσαγορεύουσι. (f. προσαγορεύεται·) σημαίνουσι δὲ τῷ πρώτῳ τῶν ὀνομάτων μητέρα, τῷ δὲ δευτέρῳ, οἶκον Ὥρου κόσμιον· τὸ δὲ τρίτον σύνθετόν ἐστιν ἔκ τε τοῦ πλήρους καὶ τοῦ αἰτίου.

— b 1. Ζωφασημίν.] Clarum est, τὸ Σημὶν esse Hebr. שמים, *cœlos*, Ζωφὰ vero, צפה, *contemplari*.

34 c 10. παρεκδοχὰς τῶν ὀνομάτων accipio, *nominum alias ex aliis significationes*: quemadmodum paulo post, d 1. ἐκδέχεσθαι, pro simplici δέχεσθαι, interpretari, *accipere*. Suidas ἐκδέχῃ explicat, νοεῖς, ὑπολαμβάνεις, proferens illud Polybii, οὐκ ὀρθῶς, ὦ στρατηγὲ, τοὺς ἡμετέρους ἐκδέχῃ λόγους, i. e. παρακούεις. Gallice, *vous ne prenez pas bien nos parolles*. Hic obiter idem lexicographus emendari possit, ubi exponens ἐκδέξασθαι, τὸ παρ' ἑτέρου λαβόντα ἐγχειρεῖν τὸ δεύτερον, subdit, ἐπισκεπτέον δὲ τὸ ἐν τῷ ε' Φιλιππικῷ ληφθὲν, Καὶ τὸ δοκεῖν ἐκδέχεσθαι τῶν ἐκείνῳ πεπραγμένων. Est enim legendum ἐκδέχεσθαί τι τῶν ἐκείνοις πεπραγ. Locus est Demosthenis in illa de Pace, quam ipse quintam Philippicam vocat, quod in ea, quemadmodum in aliis 4. Philippum orator insectari pergat. Εἰ γὰρ Ἀργεῖοι μὲν, (inquit Demosthen.) διὰ τὴν πρὸς Λακεδαιμονίους ἡμῖν ἐπικηρυκείαν, ἐχθρῶς σχήσουσι, καὶ τὸ δοκεῖν ἐκδέχεσθαί τι τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων. quæ postrema verba sic reddit Wolphius, *et propter acta quædam sua impedita*. Malim sic, *quodque nonnulla jam ab illis ante gesta succedendo excipere videamur*, ut Suidas intelligit: nisi aut legamus ἐνδέχεσθαι, hoc est *probare*, aut ipsum ἐκδέχεσθαι pro ἐνδέχεσθαι accipiatur. Nam quod ibidem ἐκδέχεσθαι Suidas exponit ἀπείργειν et κωλύειν, Wolphium, opinor, juvat nihil. Est enim interdum κωλύειν, sed excipiendo tantum atque sustinendo, ut patet hoc ejus exemplo, γέρρα παρατεταγμένα ἦν εἰς τὸ ἐκδέχεσθαι τὰ τῶν βαρβάρων τοξεύματα. Id quod in illum Demosthenis locum nullo modo convenire potest.

35 c 8. διαμίχιον.] Mont. leg. Δία μειλίχιον, quod rectius vide-

tur: nisi forte malis Δία μύχιον. Si enim Chysor iste Phœnicius idem et Vulcanus erat et Jupiter, quidni etiam Ζεύς τις μύχιος? Antris enim illis bonus faber ἐμφιλοχωρεῖ.

35 d 10. βιβλίοις.] Forte reponend. Βυβλίοις, ut Byblios populos, non libros intelligat.

36. a 1. Μισὼρ, καὶ Συδύκ.] Hebræa sunt, מישור *rectitudo;* et צדיק *Justus.*

— a 4. Θωώρ.] Mont. leg. Θὼθ, melius, ut arbitror: tametsi permutata hic Ægyptiorum et Alexandrinorum nomina videri possint: supra enim p. 32. l. 1. Thoyth Ægyptiis, Thoth vero Alexandrinis tribuerat: hic contra.

— c 3. δαγών.] Hebræum est דגן *frumentum:* nam et hic σίτων explicatur: et דגון ille Philistæorum Deus, *frumenti præses.* Infra noster Sanchuniathonis ore, p. 37 d 8. ὁ δὲ Δαγὼν, ἐπειδὴ εὗρε σῖτον καὶ ἄροτρον, ἐκλήθη Ζεὺς Ἀρότριος: plura in observationibus.

37 ult. Παραίᾳ.] Forte[a] leg. Περαίᾳ, quo nomine aliquot vel regiones vel urbes extiterunt etiam in Syria, cujus Phœnicia pars.

39 d 6. καὶ τοῖς προκοσμήμασι.] Mont. εἶτα τοῖς προκ. Forte melius, εἶτα καὶ τοῖς προσκοσμήμασι: tametsi προκοσμήματα esse possint *prævius quidam orationis fucus,* et quasi sequentibus fabulis προοδοποιῶν.

— 3. ant. fin. ἰδίας καὶ ἐκτ.] Malim καὶ ἰδίας ἐκτ. ut per ἐκτομὰς partes quasdam ac veluti frusta intelligat ex toto illo rerum Phœniciarum corpore decerpta.

40 a 10. ὡς ἀληθῶς.] For. ὡς ἀληθοῦς.

— c 1. Hic locus iterum laudatur p. 156 d.

41 b 10. Ἐθωθιῶν.] Forte an Chronica: ut derivetur ab Hebræo עת, quod est *tempus.* Cujus plurale etiam fœmininum est עתות. At in Mont. leg. ἠθικῶν: quæ si vera lectio est, de vario ac multiplici animantium ingenio scriptum opus illud fuerit: cujus hic specimen aliquod in serpente.

— c 6. Ἐπήεις.] Mont. Ἔπειος.

LIB. II.

45 a 4. φασί.] Diodori locus est, sed plane συντόμως ex lib. i. descriptus, p. 9. l. 6. ante fin.

46 b 5. παραλαβεῖν.] Sic enim Diodor. quod longe rectius quam καταλαβεῖν, quod in al. editione.

47 a ult. Ἆπιν, &c.] V. Observationes.

48 a 2. ὑπὸ τοῦ Διός ποτε.] Diodor. ὑπό του δή ποτε: longe melius, quia paulo post significat Jovem in illa veri patris ignoratione a Cadmo Bacchi parentem celebratum esse.

[a] Hoc ipsum Περαίᾳ legitur in ed. Steph.

49 a 3. ἀφιερωμένων ζώων.] Sequentia de animantium apud Ægyptios consecratione Diodorus fuse lib. i. p. 74. et seq.

52 d et seq.] Locus alius est Diodori, ex lib. iv. p. 210 b. at subinde decurtatus.

— d pen. Σεμέλην ἐγκύμονα.] Leg. videtur, Σεμέλην καὶ ἐγκυμ. Apud Diodor. plenius, τὴν δὲ Σεμέλην, ἔγκυον οὖσαν, καὶ τὸ μέγεθος τῆς περιστάσεως οὐκ ἐνέγκασαν, τὸ μὲν βρέφος ἐκτρῶσαι, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς αὐτὴν τελευτῆσαι. Eadem, sed cum aliqua tamen varietate, lib. iii. p. 198 a. ubi Junonis fraude totum id factum esse scribit.

56 a 2. Λεῷ.] Diodor. p. 239 d. Ἀλεῷ, recte: vide Pausaniam in Arcadicis p. 239. ubi de hoc Herculis flagitio pluribus. Alei filiæ nomen, Αὔγη.

— a 8. παροινεῖ.] Verti, *apud Œneum*, Diodorus enim leg. παρ' Οἰνεῖ, quem tribus ante lineis nominavit.

57. b pen. φασὶ τοίνυν.] Diodor. lib. iii. 189 d. ex quo nonnulla strictim Eusebius.

— c 4. Τεπαίας] Legi Τιταίας cum Diodoro p. 190 b. ubi etiam ait octodecim illos Titææ liberos ἀπὸ τῆς μητρὸς ὀνομάζεσθαι Τιτᾶνας. Quæ notatio quam recta sit, mythologi viderint, vide p. 192 a pen.

— c 11. μητέρα.] Diodor. μεγάλην μητέρα.

58 b 6. συμπλανηθῆναι.] Ita enim Diodorus, quod rectius visum est quam συμπλακῆναι, ut ante legebatur: licet hæc etiam lectio ferri possit.

59 c 11. Post εὐεργεσίας Mont. add. ἀθανάτου.

61 c 7. Ἄδυτα.] Clementis locus exstat in Protreptico, p. 7 a. edition. Græcol.

— c ult. Θεσπρώτειον.] Clem. Θεσπρωταῖον. Mont. Θεσπρώτιον, quæ omnia probari possunt. De hoc lebete, idemne fuerit ac Dodonæum æs, vid. in Observationibus.

— d 1. Κιρραῖον.] Modo a Græcis Κύρραν scriptum reperias, modo Κίρραν. *Cirrham* sæpius Latini dixere. Plinius lib. iv. c. 3. *Ultra,* inquit, *Cirrhæi Phocidis campi, oppidum Cirrha.* De Cirrhæo tripode vid. Observation.

— d 2. γεράνδρυον.] Ita reposuimus ex Clemente, cum perperam ante legeretur γεράνδρειον. Nec dubium videtur, quin Libycum illud ac Dodonæ prope geminum Ammonis oraculum intelligat. Sed mirum est apud scriptores omnes de quercu illa, vel alia quavis arbore pervetusta, quod γεράνδρυον hic nominat, silentium. Arrianus quidem, et Curtius lib. iv., qui omnium uberrime oraculi situm solumque describunt, opacissimum ei nemus circumfundunt, nullam tamen alias inter arborem signant aut vetustate aut cultu eximiam. Plinius autem lib. xii. c. 23. ubi de Hammoniaci, sive Ammoniaci, lacryma loquitur, ita scribit: *Æthiopiæ subjecta Africa,* inquit, *Hammoniaci lacrymam stillat in arenis suis: (inde et nomine etiam ab Hammonis oraculo, juxta quod gignitur arbor, quam Metopion vocant:) resinæ*

modo, aut gummi. Verum, opinor, genus arboris innuit, non singularem aliquam indicat, nec ullam aut vetustatis aut cultus notam adjungit. Theodoretus lib. x. [p. 136, 2.] de Græc. affect. qui totus de Oraculis est, inter cætera, καὶ τὴν ἱερὰν δρῦν commemorat, continuoque subdit, καὶ τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον. An ἱερὰ δρῦς nostrum hoc γεράνδρυον est?

61 d ult. τὸν Ἀπόλλω.] Forte glossema est. Quorsum enim post Clarium, Pythium, Didymea, quæ omnia sunt Apollinis cognomenta, ejusdem Apollinis nominatim meminisse?

62 a 2. τοὺς ἀνιέρους.] Clem. expuncto articulo leg. ἀνιέρου, significantius, ut videtur, et gravius.

— a 9. καὶ πλάνης ἀκράτου κυβευτήρια.] Hæc in Clemente non legimus, nec in Montac. codice: quæ tamen, ni fallor, plane Clementis ex genio.

— b pen. ἐγκεκλήσθω.] Facilis erat conjectura legend. ἐγκυκλήσω, ut est in Clemente.

— c 3. τῶν φόρων.] Clem. τῶν φόνων, ut et Mont. meo quidem judicio rectius. Arnobius tamen lib. v. legisse visus est τῶν ἐρίφων, *hœdos* enim reddidit: quod etiam magis placet; nam et illud, κρεανομία φόνων, admodum insolens; et hœdis optime cum illis Bacchi sacris convenit.

— d 11. μυθήρια.] Ficta vox est ἀπὸ τοῦ μυεῖν καὶ θηρεύειν, quasi etiam initiando venentur. Nihil ergo est, quamobrem μαστήρια reponatur, præsertim cum subjungat, θηρεύουσι γάρ: dicendum enim potius fuisset, μαστεύουσι γάρ. Nunc τῷ μυθήρια cum τῷ θηρεύουσιν optime convenit.

64 a 3. καὶ μὴ γελασείουσιν ὑμ.] Clem. leg. κἂν μὴ γελάσαι ἔπεισιν ὑμῖν, pleniore et illustriore sensu[b].

— a 5. ἐκερνοφόρησα.] Ita Clem. non ἐκιρνοφήρησα, recte: κέρνον enim μυστικὸν ἀγγεῖον ἢ κρατῆρα nominabant. Hesychius, Pollux, Athenæus.

— b 5. Clem. δράκων δέ ἐστιν οὗτος διελκόμενος.

— c 2. ἐπικαλῶν.] Male apud Clem. ἐπιτελῶν.

— c 2. ὃν δὴ κάλων ἀναστρεφ.] Clem. ὃν δὴ κάλον, vel ut Hervet. καλόν: utrumque mendose. Montac. conjicit καλοὶ, ut conveniat cum Βάκχοι. Forte leg. διὰ κάλων: nisi ea vox a præcedenti ἐπικαλῶν proseminata est.

— d 1. Ἀρρητοφόρια.] Hanc vocem non habet Clemens, quæ tamen rejicienda non est; licet Grammatici Ἀρρηφορία potius quam Ἀρρητοφόρια vel Ἀρρητοφορία scripserint. Et festum hoc Minervæ alii, alii vero Cereri et Proserpinæ sacrum faciunt.

— d 2. ἐκτραγῳδοῦσιν.] Clemens, ἐκτραγῳδοῦσαι, melius.

— d 5. ὑποδύντων Τιτάνων, &c.] Brevius et clarius legeretur, ὑποδύντες Τιτᾶνες, καὶ ἀπατήσαντες παιδαριώδεσιν ἀθύρμασι, διέσπασαν, ὡς ὁ, &c. Nam si prius, εἰσέτι παῖδα ὄντα, quorsum

[b] Eusebianam lectionem præfert Leopardus Em. iv. 1. qui et de ἐκερνοφ. ibidem consulendus.

deinde ἔτι νηπίαχον ὄντα? Quid quod sententia post ὑποδύντων Τιτάνων omnino pendet? Et illa, οὗτοι δὴ οἱ Τιτᾶνες, superflua sunt. Sed eruditioni potius hic auctor servit, quam nitori.

64 d 11. παίγνια καμπεσίγυια.] Hæc Apuleius in Apolog. *sacrorum crepundia* nominat: plane τὰ παίγνια. Scaliger in Catull. Varronis (lib. viii. de ling. Lat. [p. 103.]) *serperastra* esse vult τὰ καμπεσίγυια: vereor ut persuadeat. Hic enim Orpheus crepundia enumerat, quibus infantes oblectari solent: at *serperastra*[c] puerorum geniculis illigabantur, quibus crurum pravitatem corrigerent. Lusus ergo fuere τὰ καμπεσίγυια, serperastra medicinæ.

65 c 1. ἀνακτοτελέστας.] Clemens ἀνακτοτελέτας, quod usitatius est. Hesychius, ἀνακτοτελέται, inquit, οἱ τὰς τελετὰς ἐπιτελοῦντες τῶν ἱερῶν. Itaque *reges sacrorum* verti. Huc referri potest locus ille Pausaniæ, τῶν Φωνικ. extremo [X. 38, 7.], Ἄγουσι τελετὴν Ἀμφισσεῖς Ἀνάκτων καλουμένην παίδων· οἵ τινες δὲ θεῶν εἰσιν οἱ Ἄνακτες παῖδες, οὐ κατὰ ταὐτά ἐστιν εἰρημένον. οἱ μὲν[d] εἶναι Διοσκούρους, οἱ δὲ Κούρητας, οἱ δὲ πλέον τι ἐπίστασθαι νομίζοντες Καβείρους λέγουσι.

— c 2. οἷς μέλον.] Ita Clem. non εἰς μέλλον.

66 a 3. φρέατι.] Puteum hunc Pausanias indicat in Attic. p. 36. [I. 38, 6.] dum scribit, Ἐλευσινίοις ἐστὶ μὲν Τριπτολέμου ναὸς, &c. φρέαρ τε καλούμενον Καλλίχορον, ἔνθα πρῶτον Ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χορὸν ἔστησαν, καὶ ᾖσαν ἐς τὴν θεόν. Nempe quod Ceres eo in puteo consedisset. Unde Callimachus Hymno de Cerere [v. 16.] (qui versus in Henrici Steph. editione omissus est,) Τρὶς δ' ἐπὶ Καλλιχόρῳ χαμάδις ἐκαθίσσαο φρητί. Cererem ipsam alloquitur. Et Nicand. in Theriac. [484.]

Τὸν μέντ' ἐρέει φάτις, οὕνεκ' Ἀχαιὴ
Δημήτηρ ἔβλαψεν ὅθ' ἄψεα σίνατο παιδὸς,
Καλλίχορον περὶ φρεῖαρ.

— a 8. Βαυβὼ, &c.] Horum etiam omnium, si Baubonem unam excipias, meminit idem Pausanias, partim in Attic. p. 13. et 36. partim in Corinth. p. 57.

— b 2. κηρύκων.] Recte: fuerunt enim Eumolpidarum et Præconum Athenis familiæ conjunctissimæ. Pausanias in Attic. p. 36. diserte, Τελευτήσαντος δὲ Εὐμόλπου, Κῆρυξ νεώτερος λείπεται τῶν παίδων, ὃν αὐτοὶ Κήρυκες θυγατρὸς Κέκροπος Ἀγλαύρου καὶ Ἑρμοῦ παῖδα εἶναι λέγουσιν, ἀλλ' οὐκ Εὐμόλπου. Præcipua utrique familiæ mysteriorum cura. Plutarchus in Alcibiade [p. 202 e.] accusatum eum scribit, quod ea mysteria domi simulasset, ὀνομάζων αὐτὸν μὲν ἱεροφάντην, Πολυτίωνα δὲ δᾳδοῦχον, κήρυκα δὲ Θεόδωρον, τοὺς δὲ ἄλλους ἑταίρους μύστας καὶ ἐπόπτας, idque παρὰ τὰ

[c] Varro: *Non sequitur ut stulte faciant qui puereis in geniculeis aligent serperastra, ut eorum depravata corrigant crura.*

[d] οἱ μὲν] ἀλλὰ Paus.

νόμιμα καὶ τὰ καθεστηκότα ὑπό τε Εὐμολπιδῶν καὶ Κηρύκων καὶ τῶν ἱερέων τῶν ἐξ Ἐλευσῖνος.

— c 5. Ὡς εἰποῦσα.] Totum hunc locum Daniel Heinsius in suis ad Clementem Annotationibus cum Arnobii versione componens, et emendat probabiliter, et copiose pertractat. Ego tamen vulgatam lectionem retineri posse crediderim, si γελῶν mutetur in γέλω, et post prius μείδησε virgula inseratur, ut prior ille risus Bauboni, posterior Cereri tribuatur.

— d 3. Κᾄστι τὸ σύνθημα] Ita sine dubio legendum, non κίστη, ut est apud Clement.

— d 12. Ἡράκλειος] Lege Ἡράκλειτος cum Clemente et Diogene Laërtio.

67 a 1. ἀνιερωστὶ μυεῦνται.] Clem. ἀνιερῶς μυοῦνται.

— a 2. Idem Clemens, νόμος γὰρ καὶ ὑπόληψις κενή.

— a 6. προτρεπομένων.] προστρεπομένη, quod rectius videtur. Sed hic, meo judicio, *colendi* ac *reverendi* significatio commodior sit quam *adhortandi*, quæ potius τῷ προτρέπειν convenit, quam τῷ προστρέπειν: quid quod præpositione quadam opus esset, ut ἐπὶ, πρὸς, aut simili?

70 b 2. Legendum putavi, ἐπὶ τοῖς πλημμελουμένοις.

71 a. Locus est Clement. Alexandr. ex Protreptico p. 22. Græcolatini: Herveti autem 47.

— a pen. Montac. leg. πολλὴ δὴ, rectius.

— c 4. Ἴσμαρος.] Clem. habet Ἴμμαρος. Quo de ac sequentibus vide pluscula in Observationibus.

— d 4. ἑπομένη.] Clem. ἑπομένους. Longe melius. Itaque vertendum erit, *si Zenonem Myndium auctorem sequamur*. Fuit is Grammaticus ex Myndo, urbe Cariæ pervetusta. Stephani Mutilat. in voce Μύνδος, ait, Ἀπολλώνιος καὶ Ζήνων Μύνδιοι γραμματικοί.

72 b 10. μετ' ὀλίγα.] Imo sane πρὸ πολλῶν, nam quæ sequuntur habentur p. 16 c. Clem. Græco-Latini.

73 d 2. ἁμαρτίας ἀπηωρημένης.] Verti perinde ac si haberetur, τιμωρίας ἀπηωρ.

74 a 8. θεραπεῦσαι.] Hoc est, opinor, quod Plutarchus Alexand. [p. 686 a.] eleganter dixit, τὸν μῦθον ἀνασώζειν πρὸς ἀλήθειαν: ubi naphtha delibutam Medeæ coronam fuisse nonnullos opinari tradit, eoque tam subito flammam concepisse. Εἰκότως οὖν, inquit, ἔνιοι τὸν μῦθον ἀνασώζοντες πρὸς τὴν ἀλήθειαν, τοῦτό φασιν εἶναι τὸ τῆς Μηδείας φάρμακον. Itaque nonnulli commode fabulam ad veritatem revocantes, aut vero ipso defendentes, *Sauvans la fable par la verité.*

— b 4. αὐτὸ, Mont. αὐτὸν, quæ lectio facilior.

75 fine. Hic idem locus infra citabitur, ubi Platonis errores pluribus exponentur.

76. c 4. Locus est ex 2. de Repub. p. 429.

— c 7. Τί δαὶ δή.] Plato, Τὰ δὲ δὴ, melius.

— d 3. ἀπόρρητον.] Pl. et MS. ἄπορον: recte, ni fallor: id est,

raram victimam paratuque difficillimam: ex quo etiam optime sequitur, paucos admodum hoc sermonis genus audituros.

76 d 4. ὅπως ἂν ἐλαχ.] Melius, quam ut Pl. ὅ τι ὅπως ἐλ. Forte scripserat, ὅπως ἂν ὅτι ἐλαχίστοις συμβαίη.

— d 5. ἦδ' ὅς.] Ita reposuimus ex Plat. pro ἦδ' ὅσον, quod perspicue mendosum erat.

— d 6. Καὶ οὐ λεκ.] Ita recte distinguit Pl. Loquitur enim Socrates. Imo etiam apud Platonem interponitur ἔφην, ante ὦ 'Αδειμ.

— d 7. δοτέον.] Pl. λεκτέον, quod facilius est: tametsi δοτέον optimo sensu dici potuerit.

— d 8. Hæc apud Platonem sic leguntur: ὡς ἀδικῶν τὰ ἔσχατα οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν ποιῇ. quæ lectio purior videtur.

— d pen. post μέγιστοι, Plato ita scrib. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἦδ' ὅς, οὐδ' αὐτῷ μοι, etc.

77 b 3. ὑπὸ Διός.] Pl. ὑπὸ υἱέως. Quæ vox quo modo abs me pro Jove filium expresserit, nescio. Jupiter quidem Iliad. ο'. [19.] sui tantum meminit, περὶ χερσὶ δὲ δεσμὸν ἴηλα Χρύσεον ἄρρηκτον. Forte an Vulcani quoque Junonis filii opera usus fuerit.

— b 8. ἄνευ ὑπονοιῶν.] Rationem subjungit Plato, summi philosophi cogitatione dignissimam: ὁ γὰρ νέος, inquit, οὐχ οἷός τε κρίνειν ὅ τί τε ὑπόνοια, καὶ ὃ μή. ἀλλ' ἃ ἂν τηλικοῦτος ὢν λάβῃ ἐν ταῖς δόξαις δυσέκνιπτά τε καὶ ἀμετάστατα φιλεῖ γίγνεσθαι. ὧν δὴ καὶ ἴσως ἕνεκα, περὶ παντὸς ποιητέον, ἃ πρῶτα ἀκούουσιν, ὅτι κάλλιστα μεμυθολογημένα πρὸς ἀρετὴν ἀκούειν.

78 initio. Locus hic extat lib. ii. p. 9. edit. Græco-Lat.

— b 8. Dion. κατεστήσατο, quam lection. præetuli. Ibid. legitur, τοῖς κρατίστοις τῶν παρ' Ἕλλησι νομίμων; utraque lectio probari potest.

— b penult. περὶ αὐτῶν.] Dionys. κατ' αὐτῶν, quod aptius videtur.

— c 3. τὰ κάλλιστα, Dion. κράτιστα.

— c 5. προσανάψας, Dion. προσάπτοντας. utrumque rectum.

— d 4. τελεῖται] Dion. ἄγεται.

— d 9. τῶν ἐθῶν.] Ita reponendum ex Dionys. pro τῶν θεῶν.

— d 10. post κορυβαντιασμοὺς, Dion. add. οὐκ ἀγερμοὺς, stipem diis hinc inde corrogatam. Forte hanc vocem omisit Eusebius, quod paulo post sequatur, Romæ, non a Romanis quidem, sed tamen Deum Matri hoc obsequii genus exhibitum.

— — βακχίας.] Dion. βακχείας, quod usitatius est.

79 a 8. ἐπεισῆκται, &c.] Dionys. hoc modo, ἐπεισηγάγετο ἱερὰ, τοῖς ἑαυτῆς αὐτὰ τιμᾷ νόμοις, ἅπασαν ἐκβάλλουσα τερθρείαν μυθικήν. Sane apud Eusebium pro νομίμως legendum fuerit νομίμοις, et ε ρθρείαν pro τερθρείας.

— a 11. ἱερᾶς θεᾶς.] Dion. tantum 'Ιδαίας, quæ propria vox est.

— b 3. μηναγυρτοῦντες.] Dion. μητραγυρτοῦντες, et paulo post, μητραγυρτῶν pro μηναγυρτῶν. Utraque lectio proba est. Sed τὸ μητραγυρτεῖν deam exprimit, cui stipem cogerent: τὸ μηναγυρτεῖν

vero, tempus: credo quod singulis mensibus id factitarent. Hesych. Μηναγύρτης: ὁ ἀπὸ μηνὸς συνάγων πανήγυρις. Quo loco mallem abesset postrema vox: quam etiam tollit Suidas, addens, Μηναγύρτης, ὁ τῆς Ῥέας ἱερεὺς, ὁ κατὰ μῆνα ἀγείρων καὶ συναθροίζων. Vide plura in Observationibus.

79 b 4. τύπους περικείμενοι τοῖς στήθεσιν.] Interpres Dionysii vertit, *pectora plangentes*. Ego, *imagunculas pectori alligatas gestantes*. Nusquam certe, τύπον στήθεσι περικεῖσθαι, τὴν στερνοτυπίαν significat.

— c pen. δείγματα.] Legi δείματα, ut apud Dionys. Quid si δήγματα legamus, quæ morsus illos calamitatum perturbationumque significent?

— d 12. πάσχει θάτερον.] Dion. πάσχειν δυοῖν θάτερον.

80 a 3. ἀσκοῦσιν.] Dion. ἀποτετμημένοις. utrumque rectum.

LIB. III.

83 a 1. Uterque MS. ita distinguit, τὴν δὲ Ἥραν, τὴν γαμήλιον ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συμβίωσιν. Quam distinctionem in versione sequutus sum.

— a 9. Crediderim legendum, ὁ Ζεὺς εἰς τὴν αἰθ. δυν. ἀλληγορούμενος.

— b penul. Ὅτι μέν.] Hoc Plutarchi opus non extat.

— c pen. οἷον, μή.] Mont. οἷον, ἵνα μή.

— d 5. Mont. post ἀλλήλαις inserit μὴ, unde commodus sensus elici possit, quod sibi sacerdotes illæ vel ipsum mutuæ consalutationis officium negarent.

84 a 3. Juvat exscribere similem ejusdem Plutarchi locum ex ipsius opuscul. de Conjugal. Præcep. p. 141 c. Sic habet: Οἱ τῇ γαμηλίᾳ θύοντες Ἥρᾳ τὴν χολὴν οὐ συγκαθαρίζουσι τοῖς ἄλλοις ἱεροῖς, ἀλλ' ἐξελόντες ἔρριψαν περὶ τὸν βωμόν· αἰνιττομένου τοῦ νομοθέτου, τὸ μηδέποτε δεῖν χολὴν μηδὲ ὀργὴν γάμῳ παρεῖναι. δεῖ γὰρ εἶναι τῆς οἰκοδεσποίνης, ὥσπερ οἴνου, τὸ αὐστηρὸν, ὠφέλιμον, καὶ ἡδὺ, μὴ πικρὸν, ὥσπερ ἀλόης, μηδὲ φαρμακῶδες.

— a 10. ἱστοροῦσι] Ægre alium reperias, qui fabulæ hujus meminerit.

— d 2. Ἥραν τελείαν.] Omitti non potest locus ille Pausaniæ in Arcadicis p. 253. ubi de triplici Junonis cognomento, puellæ, perfectæ seu maturæ, et viduæ. Ἐν τῇ Στυμφάλῳ, inquit, Τήμενόν φασιν οἰκῆσαι τὸν Πελασγοῦ, καὶ Ἥραν ὑπὸ τοῦ Τημένου τραφῆναι τούτου, καὶ αὐτὸν ἱερὰ τῇ θεῷ τρία ἱδρύσασθαι, καὶ ἐπικλήσεις τρεῖς ἐπ' αὐτῇ θέσθαι· παρθένῳ μὲν ἔτι οὔσῃ, Παιδί· γημαμένην δὲ ἔτι τῷ Διῒ ἐκάλεσεν αὐτὴν Τελείαν· διενεχθεῖσαν δὲ ἐφ' ὅτῳ δὴ ἐς τὸν Δία, καὶ ἐπανήκουσαν ἐς τὴν Στύμφαλον, ὠνόμασεν ὁ Τήμενος Χήραν. De ejusdem Junonis τελείας fano et simulacro apud Platæenses idem Pausan. in Bœotic. p. 283. ita breviter: Πλαταιεῦσι δὲ ναός ἐστιν Ἥρας, θέας ἄξιος, μεγέθει τε, καὶ ἐς τῶν ἀγαλ-

μάτων τὸν κόσμον· τὴν δὲ Ἥραν τελείαν καλοῦσι· πεποίηται δὲ ὀρθὸν μεγέθει ἄγαλμα μέγα, &c. ubi forte[e] delendum illud *μεγέθει*.

85 a 2. *Τὴν Ἄρτεμιν*.] An recta illa consequentia est? Diana est Latonæ filia, Diana Lucina cognominatur, ergo Juno et Latona duo sunt ejusdem deæ nomina. Hoc credo vult, Dianam Lucinæ cognomentum a matre accepisse: Junonem proinde, quæ Lucina vocatur, Dianæ matrem esse: quod si verum est, Juno Latona est, cum Dianæ mater Latona sit.

— a 9. *Ἄρης, ὡς ἀρήγων*.] Nova etymologiæ ratio, quæ nec Macrobio suboluit, cum Saturnal. I. 19. de unico Solis Martisque numine disputaret. Plato in Cratylo [p. 407 d.] *κατὰ τὸ ἄρρεν τε καὶ τὸ ἀνδρεῖον* dictum esse mavult. Clemens Alexandr. in Protrept. p. 32. *ἀπὸ τῆς ἄρσεως καὶ ἀναιρέσεως*: ubi *τὴν ἄρσιν* vel pro ferocia quadam et elatione militari, vel, quod mihi probabilius videtur, pro ipsamet *ἀναιρέσει* usurpavit.

— a 10. *Ἀπόλλων, ὡς ἀπαλλάττων*.] Vide Macrob. Saturnal. I. 17. ubi alias inter etymologias hanc quoque probat, ut *Ἀπόλλων* dictus sit, quasi *ἀπελαύνων τὰς νόσους*. Plato in Cratylo, quasi *ἀπολούων*, vel *ἀπολύων, ὡς ἰατρὸς ὢν τῶν κακῶν*. Clemens Deum unum hoc nomine indicari mavult, Strom. 1. [c. 24. extr.] Ubi, *Ἀπόλλων*, inquit, *μυστικῶς κατὰ στέρησιν τῶν πολλῶν νοούμενος, ὁ εἷς ἐστι θεός*. Quam notationem probat etiam Chrysippus apud Macrobium, ut Latine *Sol*, quasi *Solus*, vocetur. Porphyrius infra p. 112. b 4. *ἀπὸ τῆς ἀκτίνων πάλσεως* Apollinis nomen arcessit.

— b 9. *Αὐτὰρ ἐπειδή*.] Homer. Il. *π*'. v. 187. Sed in 2. versu leg. *προφόωσδε*. Quomodo autem *τῇ προθέσει τὴν σύνθεσιν ἔθλιψε*? Credo, quod particula *δὲ*, quæ vel sola, vel cum altera *πρὸ*, vulgaris propositionis vice fungitur, eo loco posita, suaviorem orationis collocationem et nexum impediat. Cæterum de vocis hujus compositione ita Eustath. Il. *π*'. [p. 1054=1069, 11.] *Ἐν τῷ προφόωσδε* inquit, *οὐ κατὰ τὸ παρέλκον ἡ πρόθεσις κεῖται, ἀλλὰ τὴν τοῦ βρέφους πρόοδον εἰς φῶς δηλοῖ· ἔνθα καὶ ἐφερμηνευτικὸν τῆς πρὸ προθέσεως τὸ φόωσδε*. At Il. *τ*'. [118.] ubi de Junone, quæ septimo mense Eurystheum in lucem excusserat, cum dixisset Homer. *Ἐκ δ' ἄγαγε προφόωσδε καὶ ἠλιτόμηνον ἐόντα*. Eustath. [p. 1175=1239, 26.] *Ἐν τῷ προφόωσδε*, inquit, *ἡ πρὸ πρόθεσις τὸ πρὸ καιροῦ τὸν Εὐρυσθέα γεννηθῆναι δηλοῖ*. Sane de Hercule suo tempore nascituro dixerat ante Jupiter, *σήμερον ἄνδρα φόωσδε μογοστόκος Εἰλείθυια*.

— c 8. *μηκέτι*.] Mont. *καὶ μηκέτι*, recte. Cæterum tota hæc fabula pertexitur etiam a Pausania in Bœotic. p. 284. qua de pluribus in Observationibus.

86 c pen. *κατεκάλυσε*.] Legendum videtur *κατέκλυσε*, vel *κατεκάλυψε*.

[e] Non mihi videtur delendum. Ita construe: *πεποίηται δὲ ὀρθὸν ἄγαλμα μεγέθει μέγα*.

86 d 5. ὁμονοίᾳ, &c.] Malim, ὁμόνοια καὶ διαλλαγὴ τῶν θεῶν ἐλέχθη.

87 a 4. ἀναστάσεως] Omnino legend. videtur ἀνατάσεως, ut infra p. 132 d 12., ubi de præstigiatorum carminibus ad speciem et ostentationem compositis ait, πολλῷ δὲ τῷ τῆς ἀνατάσεως κόμπῳ, τῷ τε πεπλασμένῳ τύπῳ τῆς θεοφορίας ἐσχηματισμένα. Vulgo quidem ἀνάτασις ἀντὶ τῆς ἀπειλῆς sumitur, ut ἀνατείνεσθαι ἀντὶ τοῦ ἀπειλεῖν. Sed tamen ut ἀνατείνεσθαι, sic et ἀνάτασις, ὑπερήφανόν τι, καὶ σοβαρὸν, καὶ ἀγέρωχον non minus eleganter significat. Porro, ubi ἀνάτασις pro comminatione usurpatur, vulgaris etiam hic error est, ut ἀνάστασις legatur. Athenæus IV. p. 157 c. Διὸ, πάντας εὐλαβουμένους τὴν τῶν κυρίων ἀνάστασιν, φοβεῖσθαι τοῦ ζῆν ἑκόντας (non ἑκόντες) ἐκβῆναι. *Ideoque omnes, uti dominorum (s. deorum) comminationem effugiant, voluntaria morte vitam abjicere formidare.* Ubi optime Casaubonus, (vir magnus, si catholicus fuisset,) legit ἀνάτασις, cap. 14. Animadvers. in eum lib. Quo loco aliquot alia similis erroris exempla suppeditat.

88 b. Τούτοις.] Diodorus Siculus lib. i. p. 11. novæ edit. antiquæ vero 7.

— c 2. πλείστην.] Alter ex MSS. πλεῖστα, recte meo judicio.

89 b 2. Τροφῆς.] Diodor. τροφὴν, quomodo Gallice dicimus, *Mere nourrice.*

— b 8. πρὸς ᾧ.] Forte legend. πρὸς οὗ. Certe πρὸς ᾧ ὑπάρξαι idem erit quod ᾧ ἀνατεθῆναι.

— c 12. Τριτογένειαν.] Plutarchus de Iside et Osiride, p. 381 e. longe aliter hoc cognomen ἐτυμολογεῖται ex Pythagoræorum symbolis, dum ait : τὸ μὲν γὰρ ἰσόπλευρον τρίγωνον ἐκάλουν Ἀθηνᾶν κορυφαγενῆ, καὶ τριτογένειαν, ὅτι τρισὶ καθέτοις ἀπὸ τῶν τριῶν γωνιῶν ἀγομέναις διαιρεῖται.

90 a 4. Καί τε.] Homerus Ὀδυσ. ρ΄. v. 486.

— c 7. Ἀπ' ἄλλης.] Plutarchus de Iside et Osiride, p. 363 d 2.

— c 9. δοκούντων.] Plutarch. δυναμένων.

91 a 5, 6. αὐτοί μοι.] Vertere non dubitavi quasi scriptum esset αὐτοὶ μὴ, quod sensus omnino postulat.

— a 9. Aut hoc σωμάτων, aut quod sequitur σώματος, delendum videtur.

— a pen. Ἱστοροῦσιν.] Hic mihi Plutarchi locus non occurrit, sed alii duo non absimiles eod. in lib. de Is. et Osir. quos vide in Observationibus. Cæterum γαλιάγκωνα reposui pro γαληάγκωνα : sic enim ubique scribitur, et vel brachio tantum vel etiam toto corpore breviorem significat. Qui tamen hanc vocem ἀπὸ τῆς γάλης arcessunt, iis magis τὸ η placeat, quam ι. Non absimiles, qui Latinis olim Anci dicebantur. Sic enim Festus ; *Ancus, qui aduncum brachium habet, ut exporrigi non possit.* Et Glossario veteri, *Ancus, Mancus est*, κυλλὸς, λορδός. Recte κυλλός. Is enim χωλὸς et καμπύλος Hesychio dicitur : at λορδὸς,

cernuum potius significat, ejusmodi fere quem Gallice vocamus *lourdaut*. Varro tamen *Ancum* Sabinam esse vocem putavit.

92 b. Hic Porphyrii locus non extat.

— b 1. πρὸ τῶν ὁρωμένων, &c.] Impressi codicis lectionem sequutus sum, quam etiam MSS. repræsentant, nisi quod pro ἐν ἀρχῇ λόγων habent ἐν ἀρχῆς λόγῳ, hoc est *in principii loco ac numero*. Mont. mutat præterea τῶν ὁρωμένων κόσμον in ὁρωμένου κόσμου. Sed Ægyptii plures invehebant mundos. Cæterum Eusebius noster infra p. 118 d pen. præsentem locum indicans, ita scribit, Ἀκήκοας γὰρ ἐν τοῖς πρόσθεν, ὅπως τὸν Χαιρήμονα καὶ πλείοις ἄλλοις ὡμολόγει μηδ' ἄλλο τι πρὸ τῶν ὁρωμένων κόσμων ἡγεῖσθαι, ἐν ἀρχῆς τε λόγῳ τίθεσθαι τοὺς Αἰγυπτίους. Quibus ex verbis loci hujus emendatio peti possit, hoc modo, πρὸ τῶν ὁρωμένων κόσμων ἡγοῦνται, ἐν ἀρχῆς τε λόγῳ τίθεσθαι τοὺς Αἰγυπτίους. Clarius tamen locutus esset, si pronomen αὐτοὺς (nempe κόσμους) ante τίθεσθαι addidisset.

— b 7. τιμάς.] Reponere visum est τομὰς, quæ conjectura facilis erat; eamque lectionem postea in duobus MSS. Regiis, et Mont. codice reperi. Vid. pluscula in Observationibus.

— d 12. ἀπόρρητος.] Ita MSS. ambo, non ἐπίρρητος, ut ante legebatur.

93 c 12. Locus est Porphyrii l. 4. περὶ ἀποχ. duobus fol. post initium: recent. autem editionis p. 372. Magna quidem ibi lectionum varietas est, eaque sæpe non improbanda, sæpius mendosa. Interpretem, si lubet, consule.

94 a 5. Κυνοπολίτην.] Excusus alter habet Λυκοπολίτην. Elige: utroque nomine præfecturas Ægyptus habuit: de quibus ac cæteris consule Ptolemæum, Strabonem lib. xvii., Plinium lib. v. c. 9. Non deest, in quo illi discrepent. Busirites quidem Ptolemæo Βουσιρίτης, ut hic: Straboni, et excuso Porphyrio, Βουσειρίτης per diphthongum. Notat etiam Strabo ex animantibus nonnullas esse, quas Ægyptii colant universi; bovem, canem, felem, accipitrem, ibim, lepidotum piscem, et oxyrynchum: alias quæ singulorum nomorum propriæ sint, ut lupum Lycopolitani, &c.

— a 6. Hic verborum facta videtur nonnulla trajectio. Itaque verti perinde ac si legeretur, δύναμιν, ἣν διὰ τῶν συννόμων ζώων ἕκαστος, &c. Sed typographorum vitio alterum *quas* in versionem irrepsit. Excusus tamen recentior, legit δύναμιν τοῦ θεοῦ, διὰ τῶν συννόμων ζώων, ὧν ἕκαστος τ. ο. π. ε. quæ mihi lectio non minus probatur.

— a 8. τὰ κάλλιστα.] Excus. recent. μάλιστα: nec istud male: ac fortasse Porphyrius scripserat τὰ μάλιστα, quod ἀττικώτερόν τι φαίνεται.

— b 2. ἑστὼς ἐπὶ τοῦ οὐδοῦ.] Longe, opinor, melius, quam ut in excuso utroque, ἀνεστὼς ἐπὶ τῆς ὁδοῦ.

— b 2. Ταῦτ' οὖν σέβονται, &c.] Ita hic locus in excuso legitur. Ταῦτ' οὖν σέβοντες, τὰ μέτοχα καὶ μάλιστα πλειόνων τούτων

ἐλείφθησαν, ὡς ἐπὶ πλέον τ. ι. μετ. Tum, Μετὰ ταῦτα δὲ πάντα τὰ ζῶα. Neutra lectio castigata satis videtur: nostra tamen vero propior est: in qua fortassis τὸ μάλιστα vel τὸ πλέον expungi queat.

— b 8. Ἄναβιν.] Excus. Ἄνουβιν, quæ vox sane apud Ægyptios notior. Sed infra 117. *Anamis* vocatur.

— b 9. τούτων.] Excus. τούτῳ: recte. Sequitur, κ. ε. τ. β. τ. ἱερεῖα κεῖται. ὃ δὴ μετ᾽ ὀλίγον φάγοιεν· τὰ δὴ καὶ αὐτῷ ὡς ἀνθρώπῳ παρεσκεύασται. Quæ postrema rectius, opinor, et clarius leguntur in nostro.

— c 3. περιττῆς σοφίας.] Interpres Porphyrii *ex sapientiæ impari discrimine et ex conversatione certorum animalium circa res divinas quædam quibusdam diis magis grata quam homines delegerunt.* Tu judica.

— c 6. ἱερὰ] Excus. ἱέρακα, quam lectionem sequuti sumus. Sane ex voce ἱέρακα, duæ hic perperam natæ sunt, ἱερὰ καί· nam istud καὶ prorsus expungi debet, ut in excus. Quod minus observatum effecit ut vir doctus hæc de scarabæis acciperet, atque hunc locum perperam explicaret.

— c 10. ἐπαμώμενα.] Excus. vetust. ἐπαμώμενον εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς, quæ vera lectio est: sequitur enim, quod Eusebius præteriit, ἐν οἷς τὸ ἡλιακὸν κατοικεῖν πεπιστεύκασι φῶς. Vid. Observationes.

— c 11. Κανθάρου δὲ,] Excus. Κάνθαρον, melius.

— d 6. Post ἐκδέχεται,] Excus. inserunt, εἰκοσιοκτώ.

95 c 1. προρρήσεως.] Alter e MSS. cum Montac. προσρήσεως, melius.

97 φθέγξομαι.] Hic Porphyrii locus non extat.

— d ult. ἀποτυπώσαντες, Mont. et alter MS. ὑποτυπώσαντες.

98 b 5. αὐτῶν.] Alter e MSS. αὐτοῦ, recte.

99 a pen. Ἡ δὲ,] Locus hic Plutarchi non reperitur, nec sequentes Callimachi versus.

— b 7. Οὔπω.] Prius hoc Callimachi distichum mihi quidem ἀνίατον. Ex eo tantum utcunque discimus rudem tabulam aut asserem hoc simulacrum fuisse. Posterius distichum facilius est: tantum loco Δαναὸν reponendum ex altero MS. Δαναός. Lindus autem urbs fuit in Rhodo insula. Sensus igitur est, *tum*, id est *olim*, *eo modo erectos fuisse positosque deos*, hoc est *ligneos: Danaumque Lindi, læve Palladis simulacrum*, hoc est, (ut quidem existimo) *lævigatum pro simulacro lignum posuisse.* Nisi dicamus, cum rudes prius informesque stipites erigerentur, primum a Danao Minervæ simulacrum, ex ligno illud quidem, sed lævi ac polito constitutum fuisse.

— b pen. Πείρας, &c.] De hoc, ejusque filia Callithyia, plura in Observationibus.

— c 7. χρώματα νοσώδη.] Hoc etiam asperius est, quam quod Bernard. habet Serm. 4. de Adventu: *Aurum et argentum*, inquit,

nonne terra est rubra et alba, quam solus hominum error facit, aut magis reputat, pretiosam?

99 c 10. τροφῆς.] Error manifestus pro τρυφῆς, ut habent manusc. licet Mont. annotet al. scriptum esse μορφῆς.

100 c 11. ἰδεῖν.] Forte legend. ἴδοις, hoc est, ἰδεῖν ἔνεστι. Porro Serapis apud Macrobium Saturn. I. 20. non absimilia sibi tribuebat, his versibus:

Εἰμὶ θεὸς τοιόσδε μαθεῖν, οἷον κἀγὼ εἴπω.
Οὐράνιος κόσμος, κεφαλή· γαστὴρ δὲ, θάλασσα·
γαῖα δέ μοι πόδες εἰσί· τὰ δ' οὔατ' ἐν αἰθέρι κεῖται·
ὄμματα τηλαυγῆ, λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

— d ult. Διὸς υἷα,] Quem? an ipsummet æthera? Si lectio integra est, vix occurrat alius. Quid si legatur Διὸς ὦτα;

101 c 1. παλυθέσκελα.] Quid sit nescio. Conjiciebam primum πολυθέσκελα, quasi Deo simillima, vel maxime consentanea. Occurrit jam παλιθέσκελα, quasi *denuo luci reddita*, Deo quoque denuo similia vel convenientia existerent. Quam lectionem alter etiam e MSS. exhibet.

102 a 4. οὐδὲ ἄλλο.] Unus ex manusc. οὐδὲ ἄλλον. F. οὐδὲν ἄλλο, ut p. 103 a 1.

105 b 1. καὶ ἀέρος.] Additum est ex alt. MS. At in versione præterita vox, *Aëris*; ubi etiam *fœtus* reponendum est pro *fœtum*. Quanquam, minus recte, ut videtur, elementa illa Eusebius materiæ fœtum vocavit, quæ nulla ex materia creata fuerint.

— d 11. τίς κατέδειξε.] Ita Septuag. quos habemus. Vulgata, *Quis creavit hæc?* ut in Hebr. מי־ברא· Videntur Septuaginta quod proprium creationis est, ut ejus vi, quod ante nullum erat, repente cernatur, innuere voluisse. Adde quod καταδεικνύειν, etiam *edere* est, *in lucemque proferre:* imo et fortassis, *efficere:* quemadmodum ἀποδεικνύειν, et ἀποφαίνειν, sed cum propriis casibus.

— c 7. καί τοι.] Uterque MS. καί τι, ἄγαλμα videlicet.

107 d 6. εἰ δή.] Uterque MS. εἰ δὲ, rectius.

108 c 4. νοῦς δ'.] Versus integritas postulat, ut supra, νοῦς δέ γε, vel δέ τε.

— c 9. ὑπερμενέα Κρονίωνα.] Melius ὑπερμενέος Κρονίωνος, ut supra.

109 d 10. κύων.] Mont. κύνα. E manuscr. alter, κύων, κύνα μέν. Alter κυνῆν, quæ vera mihi lectio visa est. Orci enim galeam intelligit, qua de in Observationibus aliquid. Sane paulo post addit canem aliud quoddam Plutonis symbolum fuisse.

110 a 7. ἡ χορηγός.] Si nihil omnino deest, legendum videtur, ᾗ χορηγὸς, i. e. *qua*, vel *quatenus vim eam suppeditat.* Plenius f. legi possit, παρὰ τὸ κυεῖν τὴν γῆν, ᾗ χορηγὸς, vel potius οὗ χορ. nempe τοῦ κυεῖν.

— a 11. τελεσιογονῆσαι.] Haud temere verbum τελεσιογονεῖν

reperias: sæpe τελεσσιγονεῖν. Forte tamen ο istud inseri aliquando possit, ut in εὑρεσιολογία, pro εὑρεσιλογία supra. Sane infra p. 119 ult. eod. iterum modo scriptum reperitur.

112 b 5. ἐννέα δὲ ἐπᾴδουσαι, &c.] Plutarch. Sympos. viii. q. 14. [p. 746 a] multa de novenario Musarum numero, ubi etiam hæc, a Porphyrianis minus aliena. Μοῦσαι δέ εἰσιν ὀκτὼ σφαίραις (F. ἔνεισιν) μία δὲ τὸν περὶ γῆν εἴληχε τόπον. Tum cœlestibus id muneris attribuit, ut πλανωμένων ἄστρων πρὸς τὰ ἀπλανῆ καὶ πρὸς ἄλληλα συνέχωσιν ἁρμονίαν. Nonæ autem illi, ut hominibus, quantum capere possint, χαρίτων, καὶ ῥυθμοῦ, καὶ ἁρμονίας ἐνδιδοίη, διὰ λόγου καὶ ᾠδῆς πειθὼ πολιτικῆς καὶ κοινωνητικῆς συνεργὸν ἐπάγουσα, παραμυθουμένην καὶ κηλοῦσαν ἡμῶν τὸ ταραχῶδες, καὶ τὸ πλανώμενον ὥσπερ ἐξ ἀνοδίας ἀνακαλουμένην ἐπιεικῶς, καὶ καθιστᾶσαν· male enim καθιστᾶσα.

— c 3. Ἡρακλέα.] Macrobius Saturnal. I. c. 20. hac de re pluribus, aliunde tamen Herculis etymologiam arcessens. Ἡρακλῆς *enim*, inquit ille, *quid aliud est, nisi* Ἥρας, *id est aëris*, κλέος, *quæ porro alia gloria est, nisi solis illuminatio?* &c. Hanc notationem, vulgarem licet atque contritam, Etymologicon magnum repudiat: sed minus recte, ni fallor. Alias tamen complures affert non minus exquisitas: in quibus præcipuæ duæ: altera, ut dictus sit παρὰ τὴν ἔραν καὶ τὸ κλέος, quasi ἐν τῇ γῇ ἔνδοξος: altera, παρὰ τὸ ἦρα καὶ τὸ κλέος, juxta illud Phœbi oraculum,

> Ἡρακλείαν (f. Ἡρακλῆ) δέ σε Φοῖβος ἐπώνυμον ἐξονομάζει·
> Ἦρα γὰρ ἀνθρώποισι φέρων, κλέος ἄφθιτον ἕξεις.

Ἦρα φέρειν, ἀντὶ τοῦ χαρίζεσθαι, notum ex Homero ejusque interprete Eustathio.

— d 1. τῆς δὲ σωστικῆς.] Macrobius I. Saturn. c. 20. multa in hanc sententiam.

113 a 1. Διόνυσος.] Vid. eundem Macrobium eod. l. c. 18. ubi hanc in rem Orphei loca duo profert admodum insignia: prior est,

> Διόνυσος δ' ἐπεκλήθη,
> Οὕνεκα δινεῖται κατ' ἀπείρονα μακρὸν Ὄλυμπον.

Posterior multa ex Bacchi ornamentis et insignibus eidem soli κατ' ἀλληγορίαν attribuit.

115 a 7. Κνήφ.] Non Eneph, ut est apud Pierium. Affinis Hebræa vox, כנף, id est, *ala:* quæ præcipuum a Porphyrio numinis hujus insigne ponitur.

— b 6. φθᾶ.] Ergo, qui Phœnicibus lib. i. tit. 10. p. 35. *Chrysor* dicebatur, Ægyptiis *Phtha*, dictus est *Vulcanus*. Hebræa vox פתח, hoc est, *aperire*, aut *solvere*, satis, opinor, et cum Ægyptiaca et cum ignis vi atque natura plane διαλυτικῇ convenit.

— c 6. φύσιν.] Mont. θέσιν, melius, ut videtur.

— c 7. Ἥλιον δέ.] Geminus est ille Clementis Alexandrini locus Strom. V. aliqua tamen ex parte dissimilis. Αἰγυπτίων,

inquit, οἱ μὲν ἐπὶ πλοίου, οἱ δὲ ἐπὶ κροκοδείλου τὸν ἥλιον δεικνύουσι. σημαίνουσι δὲ, ὅτι ὁ ἥλιος δι' ἀέρος γλυκεροῦ καὶ ὑγροῦ τὴν πορείαν ποιούμενος γεννᾷ τὸν χρόνον, ὃν αἰνίσσεται ὁ κροκόδειλος διά τινα ἄλλην ἱερατικὴν ἱστορίαν. Cæterum τὸ ποτὲ μὲν lin. seq. prorsus ἀναπόδοτον est.

116 b pen. Ἐλεφαντίνην πόλιν.] Urbem Ægyptiacam agnoscit Herodotus in Euterpe, ubi crocodilos urbis hujus incolis sacros non esse docet, eamque Thebis 20 supra 800 stadiorum intervallo disjungit. Agnoscit et in Thalia, indeque Ichthyophagos ad Cambysen venisse commemorat. Multi videlicet populi hoc nomine, licet præcipuos Strabo lib. xv. in Ariana collocet, quæ ad Carmaniam usque pertineat. Agnoscit Arianus lib. iii. de Exped. Alexand. Heliodorus Æthiopic. histor. viii. Ptolemæus insulam Nili esse tradit, quæ Plinio V. 9. *Elephantis* dicitur.

— c 2. ἀνδρείκελον.] Hoc de loco vid. pluscula in Observationibus.

— d 3. Ἱπποποτάμῳ.] Equum hunc fluviatilem Herodot. in Euterpe p. 131. edit. Græcol. [II. 71.] Papremitanæ tantum præfecturæ sacrum esse ait, eumque describit, quadrupedem, bifidis pedibus, bovinis ungulis, simum, equina juba, cauda, voce; χαυλιόδοντα, *laxis* et *exertis dentibus* maximi tauri magnitudine, cujus ex arefacto corio missilia fiant. Diodorus Sic. I. propemodum eadem. Cubitorum ei quinque magnitudinem tribuit, tres utraque ex parte χαυλιόδοντας apti dentibus majores, equinas aures: additque ἀμφίβιον esse, qui sub aquis interdiu delitescat, noctu segetem ac fœnum depascatur. Adi et Pausaniam Ἠλιακ. α΄. p. 159. et in Arcadic. p. 275. ubi ait Cyzicenos Μητρὸς Δινδυμήνης ἄγαλμα ex Proconneso habuisse, cujus vultus ἀντὶ ἐλέφαντος ἵππων τῶν ποταμίων ὀδόντες ἦσαν εἰργασμένοι. Numi veteres et oculati testes dissimilem ejus speciem exhibent, eamque bovi porcoque similiorem quam equo. Porro, quod Typhonem hippopotami specie figurarent, id, opinor, ad incestam animantis hujus impietatem retulerunt, qui patrem potiundæ matris cupidus interficiat, ut ait Plutarch. de Solert. animal. Imo et demortui carnibus vescatur, ut Ælian. VII. c. 19.

— d 13. περιπολοῦντας.] Quid si περιπλέοντας;

117 a ult. Ἄναμις.] Supra p. 94 b pen. legitur Ἄναβις· facilis mutatio τοῦ β in μ, aut μ in β, quomodo a librariis pingebantur.

— c 4. Ἐν ἡλίου πόλει.] Vide supra, 47 a 11. et 51 b 1. Itemque Observation. ad p. 47. Porro Herodot. II. a mari sursum ad Heliopolim usque intervallum esse ait σταδίων πεντακοσίων καὶ χιλίων.

118 c 5. χρῆν.] Alter e manusc. χρὴ, ut paulo ante.

120 a 8. φέρε.] Hanc vocem duabus inclusi virgulis, ac reddidi, *ut hoc præcipue seligam*. Sic enim haud dubie sumitur pro φέρε εἰπεῖν, hoc est, *verbi gratia:* quemadmodum μικροῦ et ὀλίγου, pro μικροῦ δεῖν, ὀλίγου δεῖν, passim usurpantur, ut alios

omittam ἐλλειπτικοὺς λόγους. Rarus tamen iste est hujus vocis usus: et subobscure tantum a Suida indicatus, dum ita scribit: Φέρε· οἷον ὑπόθου. ἄγε οὖν. Distinguendum, opinor, οἷον ab ὑπόθου· distinctæ enim, licet affines, duæ illæ acceptiones: οἷον, est, *exempli gratia*: ὑπόθου, *pone, finge hoc esse, vel dici*. Nec minus distinguendum videtur ἄγε ab οὖν: quia etiamsi τὸ φέρε pro utroque conjuncto sumi possit, potest tamen et pro utroque seorsim. Obiter etiam notandus est usus ille τοῦ φέρε εἰπεῖν, quem habet interdum initio periodi, pro *At enim*, *At forte*, *At vero*. *An vero?* ac fere cum ἀλλά. Dionys. Halicarn. IV. sic usurpat, ubi Servius Tullius, refutatis criminibus aliis, quæ sibi a Tarquinio objici potuissent, ita pergit, Φέρε εἰπεῖν, ἀλλ' ὑπερήφανός εἰμι, καὶ διὰ βαρυτῆτα ἐπαχθής. *At fortassis arrogans sum, et propter morum acerbitatem gravis ac molestus*: vel, cum interrogatione, *An vero? an forte?*

— b 8. Ἀλλοὶ, &c.] Deest omnino verbum aliquod, puta φασὶν, aut φήσουσιν, aut οἴονται, aut aliquid simile: alioqui pendebit sensus.

121 a 6. Ἔτραπε.] Sumptus hic locus est ex Pyth. ode III. antistr. 3. quem nunc emendatum habes, et suis versibus numerisque distinctum. Quos etiam in eo vertendo utcunque servavimus. Eundem laudat Cyrillus Alexandrinus in Julianum apostatam, lib. ii. tomi quinti, p. 118. Græci codicis manuscripti[f], quem accepi a R. P. Jacobo Sirmondo. Habetur lib. vi. codic. Latini, p. 621. [p. 201 a. ed. Spanh.] Sed cum ibi quoque Græci versus male distincti sunt; tum ver. 1. et 2. perperam legitur θυμῷ pro μισθῷ: ver. autem 5. vox ἀμπνοὰν male præteritur. ver. postremo ἐπέσκηψε legitur, pro ἐνέσκηψε. Reliqua vide in Observationibus.

123 c 7. Τρίκκη.] Thessaliæ oppidum est, quod alii Tricam, simplici c.

— d 7. ἔνδοθε. γρ. ἔνδοθι.

— d 8. μὲν γαῖα.] γρ. γᾶ. recte. Al. γῆ.

124 a 9. Ἑρμῆς.] Versus postulat inseri, ὅς.

125 a 6. Ὅτι δέ.] Alter e manuscr. καὶ ὅτι. Quod sane melius duos hosce versus, usque ad σημειώσεις, cum superioris capitis fine contexit. Nec mihi dubium est, quin sequens ab illis tantum vocibus Ποιητῶν μὲν οὖν inchoari debeat: nam et nullo sensu præcedentes lineas excipiunt; et φωναὶ illæ προκείμεναι Deorum responsa superiori capite allata significant.

126 b 6. δοχέα.] Vox, ni fallor, parum usitata; his tamen numinum ὑποδοχαῖς aptissima: quam paulo post c. 7. repetit, itemque p. 194 d. antep. et 195 ult.

— b 7. ἀπεφοίβαζεν.] Non minus rara vox, quam tamen omn. manusc. retinent. Τὸ φοιβάζειν, longe communius.

[f] Eundem codicem cum L. Holstenio communicavit Sirmondus. Vid. Comm. de vita et scriptis Porphyrii c. vii. p. 40.

126 c 1. οὐ δή.] γρ. οὐδ' εἰ. Non male.

— c 8. post αὐτὴν deest aliquid; puta, οὐκ ἂν δὴ ἁμάρτοιεν, aut aliquid simile. Tum legendum videtur ἀρχὴν γὰρ οὖσαν: nam alter e manusc. habet οὖσαν, licet ἀρχὴ, non ἀρχὴν, legat.

— d 1. ὡς κατὰ καιρὸν.] vide infra p. 173 et 174 initio.

— d 8. Ἀλλὰ γάρ.] Malim, (si ulla distinctione opus est) ab his vocibus novum ordiri caput, quod alioqui pendens hiansque sententia inchoabit.

127 c 1. Ἐπισκήψεις.] Credo θεηλάτους πληγὰς intelligit: quemadmodum et p. 130. c 1. ἐπισκήψεις κατ' ἀσεβῶν. Sequitur ὧν δὴ τὸ καί. Delendum videtur illud τὸ, nec habetur p. 130. c 1. ubi eadem repetit.

LIB. IV.

130 b 1. ὃ δὴ μυθικὸν, &c.] Paucula verba, sed valde necessaria, supplevimus ex altero manuscr. quæ etiam agnoscit Mont.

131 b 6. Ἄλλος.] Ita reposuimus ex alt. manusc. cum ante legeretur ἄλλως, quod male cum ὑπεστήσατο conveniret.

132 d 9. ἐκπλήττειν.] Illustrior fortassis oratio videretur, si τὸ ἐκπλήττειν præcedente versu post τοὺς πολλοὺς scriberetur. Levis tamen ista trajectio fuerit, si cum atticis conferetur.

133 c 1. Μηδαμῇ μηδενὸς ἐθέλοντες.] Ita omnes. Sed profecto saltem ἐθέλοντας reponendum videtur, ut cum præcedentibus accusativis et sequente περιφέροντας conveniat.

134 d 16. Δωδωναῖος.] Ita omnes, nec mutare sum ausus. An Dodonæum Jovem pluribus Apollinis cognominibus inserere voluit? An Apollo quispiam fuit cognomento Dodonæus? legere me non memini. Sane Διδυμεὺς potius legeretur, idem qui et Milesius, et Branchides, ut notissimum est. Et cognomenta ista vulgo conjungebantur. Clem. Alexandr. in Protrept. p. 7. διήγησαι ἡμῖν καὶ τῆς ἄλλης μαντικῆς, μᾶλλον δὲ μανικῆς, τὰ ἄχρηστα χρηστήρια· τὸν Κλάριον, τὸν Πύθιον, τὸν Διδυμέα. Quem locum supra laudavit Euseb. p. 61 d pen. Arnob. lib. i. *Delius Apollo, vel Clarius, Didymæus, Philesius, Pythius*, &c. Imo et Didymæus Jupiter potius dici potuit, quam Apollo Dodonæus. Ita enim Callimachus, Φοῖβέ τε καὶ Ζεῦ Διδύμων γενάρχα. Et uterque Didymæi præses oraculi. Stephan. Δίδυμα, τόπος καὶ μαντεῖον Μιλήτου, ἀφιερωμένον Διῒ καὶ Ἀπόλλωνι.

135 a pen. Πάνθεον.] Communior ac melior scriptura est, Πάνθειον: penult. diphthong.

— b 8. οἱ δὲ μηδὲ, &c.] Leve satis argumentum, cum et Judæorum et Christianorum templa non semel etiam conflagrarint; nisi addideris, quod lib. vi. pluribus, dæmones fati necessitate victos incendium ab iis depellere non potuisse.

136 b 4. οὐθ' ἕτερα.] Legendum videtur, οὐδετέρᾳ. Quæ vox tametsi *neutra* sonet potius quam *nulla*, per sese tamen reddi commode potest, *nullo modo*. Themist. Orat. 10. p. 236. καίτοιγε

προήγορον εἶχον οὐδετέρᾳ ληπτὸν, *quasi omni ex parte tectum patronum illum fuisse dicat.* Verum alt. ex manuscr. legit οὐ θάτερα, *Quomodo.* Noster Demonstr. lib. iv. c. 9. p. 101 ult. de dæmone loquens, δεινὰ δὲ κατὰ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἀπειλήσας, θάτερα ληπτοὺς τοῖς προβουλίοις ἀνθρώπους εὕρατο: ubi legend. videtur προβολίοις: i. e. *At gentibus omnibus gravia minatus cum esset, alia ratione suis ipse venabulis captu faciles homines reperit.* Intelligit autem voluptatis illecebram, de qua ibid.

— d 4. Διογενιανοῦ.] An Diogenianus ille, quem Suidas per ει scribit, et Heracleotem fuisse tradit, insignemque grammaticum? Hujus extant Græcæ Parœmiæ. Medicum ejusdem nominis clarissimum idem Suidas habet, itidem Heracleotem, sed ex Heraclea Cariæ, cum plerique grammaticum illum Heracleæ Ponti natum crederent. Plutarchus in opusc. de Pythiæ Oracul. et lib. de Conviv. alterum, sed Pergamenum, in colloquium adhibet. Theodoretus X. de Græcor. affect. p. 138. nostri hujus meminit.

137 a 10. αὐτῶν ἡ ἐνέργεια.] Pendet sententia. Quare post αὐτῶν addi possit μὴ ἀποβῆναι, vel ἀποβαίνειν.

— d 11. ὅτι μάλιστα μέν.] Forte melius μάλιστα μὲν ὅτι. Estque illud μάλιστα quod Latini vulgo dicunt *principio*, ut pridem Budæus observavit. Sequitur enim sub p. sequent. initium, Ἔπειτα.

143 c 6. Βέβαιος, &c.] Montacut. Argyropylum quendam laudat, qui capitis hujus initium ita legeret, βεβαίοις δὲ καὶ μονίμοις, ὡς ἂν ἐκ τῆς τῶν θεῶν ἀγαθότητος τ. ε. τ. σ. ἀρυτομένοις, μηδὲν ὑφαιρούμενος, μήτε μεταδιδοὺς, ταῦτα παραθήσομαι. Qua in lectione saltem μεταδιδοὺς mutandum videtur in προστιθεὶς, ut opponatur præcedenti ὑφαιρούμενος. Alioqui pugnabunt ista μηδενὸς μεταδιδόναι, et ταῦτα παρατίθεσθαι. Vulgatam lectionem retinere malim, cujus sententia, sic a superioribus, hoc loco prætermissis, pendet, ut tamen alterum quoque membrum ex hoc uno intelligi perfacile possit: tametsi reddiderim, perinde ut si βέβαιος δὴ, non βέβαιος δὲ, legeretur. Quod sequitur οἷς δὴ, nihil obstat quo minus βέβαιος legatur. Eleganter enim et graviter hic singularis quoscunque id genus homines complectitur.

145 d pen. δηΐω.] Quid sit δήϊον illud ἄλφιτον, nescio: nec versus constat. Forte legi possit, φυρήσας ἅμα, vel σὺν δίῳ: tuncque δῖον ἄλφιτον vocabitur, ut ἱερὸν ab Homero.

146 a 1. γλαυκὴν ἅλα χεύας.] Hæc in versione præterita sunt, quibus præcipitur, uti hostia, priusquam immoletur, marina perfundatur aqua. Ergo sic hemistichium concipe, si lubet,

Infuso glauci prius æquoris haustu.

Superiore autem versu muta epitheton *glauci* in *vitrei*: tum sequentem ita pertexe:

In caput excussam macta, totumque profundos, &c.

— a 5. κὰκ κεφαλῆς.] Non dubito, quin κακκεφαλῆς legendum

sit: quæ vox aut cum præcedenti χεύας, aut cum sequenti θυσίαζε, construi potest. Ego posterius sequutus sum, quod aptius cum sequentibus convenire videretur.

146 b 1. Λιμνάζει.] Alter ex manusc. λιμνάζοιο, alter λιμνάζοι. Præstat, opinor, λιμνάζειν: non modo quod in legibus sanciendis, quales sunt istæ sacrorum, infinitivus a Græcis eodem fere loco habeatur, quo apud Latinos imperativus; sed etiam quod tres infinitivi consequantur.

— d 3. καὶ ἐπιχθονίων.] Ita omnes. At sensus, meo judicio, postulat ὑποχθονίων. Hic enim versus ab eo profertur, ut probet, non χθονίων et ἐπιχθονίων (qua de re nemo dubitabat, cum χθονίους et ἐπιχθονίους promiscue usurpari paulo ante dixisset,) sed χθονίων et ὑποχθονίων communes esse quadrupedes. At non satis video, quamobrem χθονίοις iterum sequente versu inculcetur.

— d 12. Τοῖς δὲ,] Malim conjuncte, Τοῖσδε.

147 b 1. λοχεύει· μέλανα δέ.] Ita recte distinguit alter e manusc. Sed idem χολεύει pro λοχεύει perperam legit. Arietem porro, signorum in Zodiaco principem, innuit.

— b 3. τὰ τρία σύμβολα.] An quod ternarius numerus solidum aliquid communique vinculo nexum videatur?

149 b 4. Θεῷ.] Hic Porphyr. locus habetur 2. de animal. abstin. p. 185. novæ editionis: quem etiam laudat Cyrillus Alexandrinus tom. II. lib. i. cont. Julianum, fol. 36. cod. Græci; at Herveti 577. [p. 60 e. ed. Spanh.] et Euseb. noster repetit 3. de Demonstrat. c. 4.

— b 6. οὐδὲν γὰρ ἔνυλον, &c.] Vide quam bene interpres Porphyrii: *Quippe, inconcretæ, et sine materia naturæ, nihil inveniri potest, quod non sit impurum, et ejus majestatis indignum.*

— c 3. θρησκεύσωμεν.] Porphyr. θρησκεύομεν.

— c 5. αὐτῶν ἀναγωγὴν] Cyrill. ἑαυτῶν ἀγωγήν.

— c 7. ὕμνον οὖσαν.] Cyrill. ὑμνοῦσαν, male.

— d 4. Τοῖς δὲ, &c.] Continuanda hæc cum præcedentibus: sunt enim Porphyrii verba.

— d 6. ἀπαρχὴ, melius quam Porphyr. ἀπαρχῆς.

— d 8. Τὴν οὐσίαν.] Recte quod perperam apud Porphyr. εἰς τὴν θυσίαν.

— d pen. ἀκροδρύων. Ego *pomorum* verti, quo nomine ἡ ὀπώρα, genus omne arboreorum fructuum, maximeque autumnalium, intelligitur. Itaque δράγματα simul et ἀκρόδρυα conjunxit, quæ sub idem fere tempus colligantur. Ita Cantici Canticor. IV. 13. *Emissiones tuæ, paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus.* Septuag. μετὰ καρποῦ ἀκροδρύων. Expendendus Plutarchi locus, in Alexandro p. 678. Αὐτὸς μὲν οὖν καὶ ὄψων ἐγκρατὴς ἦν· ὥστε καὶ τὰ σπανιώτατα πολλάκις τῶν ἀπὸ θαλάττης αὐτῷ κομιζομένων ἀκροδρύων καὶ ἰχθύων ἑκάστῳ διαπεμπόμενος τῶν ἑταίρων, ἑαυτῷ μόνῳ μηδὲν καταλιπεῖν. Sunt qui testaceos pisces intellexerint, quod putamine quodam, uti nuces, ac cætera id

genus ἀκρόδρυα, tecti videantur. Liceat igitur, opinor, nuces, aliosque similes fructus, ὄστρεα nominare. Certe Plutarcho verba non deerant, quibus pisces illos, si pisces erant, appellaret, ὄστρεα, ὀστρακόδερμα, λεπυρώδη, sive λεπυριώδη, et si quæ alia. Quid quod si ἀκρόδρυα pisces essent, nunquam præmissa illa singulari piscium forma, genus ipsum, hoc est ἰχθύας, nude subjungeret? Ergo hic etiam retineatur propria vocis hujus acceptio: tantum, si cui nova hæc maris et ἀκροδρύων conjunctio videbitur, levi mutatione legat, κομιζομένων ἰχθύων καὶ ἀκροδρύων. Tametsi Amiotus quidem reddidit ἀπὸ θαλάττης, *des pays voisins de la mer:* crediderim tamen significari tantum fructus illos mari advectos esse, undecunque tandem adveherentur. Quod expressius p. 693. his verbis conceptum est, ἧκόν τινες, ὀπώραν Ἑλληνικὴν ἀπὸ θαλάσσης τῷ βασιλεῖ κομίζοντες· ὁ δὲ θαυμάσας τὴν ἀκμὴν, καὶ τὸ κάλλος, &c. En ὀπώρα, ἀντὶ τῶν ἀκροδρύων. Et ἀκμὴ quam eleganter, quod vulgo dicimus, *la frescheur?*

150 a 1. καλῶν εὐχαριστοῦντες.] Distingue sic, καλῶν· εὐχαριστοῦντες ὧν, &c. qui locus ita clarius et significantius reddi possit, *simulque gratius, cum pro rebus illis, quas eorum beneficio contemplamur.*

— b 4. οὕτως.] Hunc locum repetit lib. iii. de Demonstr. c. 5. [p. 105 b.]

— c 4. ἧπερ.] Melius quam in Demonstr. οἷπερ.

— c 6. ὃ μὴ, &c.] In Demonstr. sic, ᾧ οὐ πρόσεστί γε μίασμα.

— c 8. ἰόντι.] Demonstr. ἰέντι.

— c 8. καὶ παρὰ τοῦ καλλ.] Hinc emendandum in Demonstr. ubi vitiose legitur, παρὰ δὲ τοῦ καλλίστου τῶν ὄντων, διὰ τοῦ καλλίστου τοῦ ἐν ἡμῖν δόντι τὰ ἀγαθά.

151 a 1. Πόρρω.] Verba sunt Porphyrii, ex eod. 2. περὶ ἀποχ. p. 130. novæ edit. antiq. 22.

— a 2. προϊουσῶν.] Melius, quam ut Porphyr. προεχουσῶν.

— a 5. πρόσθεν ἡμῖν ἐλεγχθείσας.] Porphyr. πρόσθε λεχθείσας καθ' ἡμῶν. Alter e manuscr. προσενεχθείσας καθ' ἡμῶν. Quæ lectiones nostræ omnino præstant.

— a 9. Τοιγαροῦν τὸ δαιμόνιον. Quid sequutus sit Porphyrii interpres, non satis intelligo, dum ita vertit; *Proinde, ait Theophrastus, quia horum et illorum numini quidam succensuerunt, videtur conveniens pœna illis imposita.* &c.

— b 7. ἀψάμενοι θυμάτων.] His subdit Porphyrius, Thoas, populos ἐν Θράκης μεθορίοις οἰκήσαντας, quod nullis omnino sacrificiis uterentur, ἀναρπάστους ἐξ ἀνθρώπων γεγονέναι, quorum ne tenuissimum quidem vestigium superesset. Atque illi sunt, quos ἀθέους vocabat. Contra, Bassaros, (Bassara Lydiæ oppidum fuit, unde Baccho Bassarei cognomentum,) æstu quodam ac furore superstitionis abreptos, Taurorum immolationi καὶ τὴν τῶν ἀνθρωποθυσιῶν βορὰν addidisse; quos propterea κακόφρονας appellabat, quod pravam de diis deorumque sensu opinionem imbibissent. Hos mutuis inde vulneribus periisse tradit.

151 b 8. Ὧν δή.] Eod. loco p. 138. novæ edit.

— c 1. Καὶ μήν,] Porphyr. p. 140.

— c 5. ἀλλ' οὖν γε.] Porph. ἀλλ' ὅτι γε.

— c 7. οὖν ταῦτα.] Porph. delet οὖν, quia prius ὅτι γε, non οὖν γε.

— c pen. μὴ ἐθέλοντος.] Porph. μὴ ἐκ θέλοντος, quod rectius videtur. Quod sequitur, πῶς γὰρ ὅσιον, ἀδικουμ. emendatum a nobis est, cum in excuso Eusebio legeretur, πῶς γὰρ ὅσιον, οὐκ ἀδικ. quæ negatio sensum tollebat, nec in Porphyrio, nec in utroque manusc. legebatur.

— d 2. καρπῶν ὁ ἀψάμενος ἀλλοτρίων.] Porph. καρποὺς ὁ ἀφελόμενος ἄλλων.

— d 3. τιμιώτατα.] Porph. τιμιώτερα.

— d 5. αὐτὸ γίνεται.] Porph. οὕτω γίνεται.

— d 8. Ἀφεκτέον.] Porphyr. p. 142.

— d 11. ὥστε καὶ τῶν ζώων.] Porph. p. 162.

— d 12. τίνος ἕνεκα.] Legend. ex Porphyrio τούτων τινὸς ἕνεκα. Illud vero τούτων ad tria illa refertur, quæ tanquam solas immolandorum animalium causas paulo ante protulerat, quas ordine ac sigillatim hic refellit.

152 a 1. Ἄν τις τυγχάνειν ἡμῶν ἢ θεός.] Porphyr. delet τις et ἢ, recte.

— b 4. ὁ γὰρ ἀδίκῳ πράξει, &c.] Interpres Porphyrii sic: *Qui enim injuste agendo cavet supplicium, formidolosus est, neque bene meritus a quoquam gratiam habiturus est:* sensu, ni fallor, plane contrario.

— c 1. τούτων τινός.] Porphyrius τούτων non habet. Quæ tamen vox necessaria est, quia Theophrastus aliqua duntaxat ex illis tribus causis sacrificandum esse docuerat.

— c 4. Τοῖς μὲν γάρ.] Porphyr. p. 172. l. 1. Fructuum autem sacrificia intelligit, quæ sola primis illis temporibus in usu fuerant.

— c 7. Ταύρων.] Empedoclis versus isti sunt, ut diserte Porphyrius. Sed pro ἀκράτοις legit ἀκρίτοις, hoc est, vel *promiscuis*, vel *injustis:* quasi miseræ animantes indicta caussa damnatæ jugularentur. Ἄκριτος quoque *rigidum nimis austerumque* significat. Plutarch. Pomp. 674 b. ἥ τε σεμνότης οὐκ ἄκριτον, ἀλλ' εὔχαριν ἔχουσα τὴν ὁμιλίαν.

— c 9. ἀπορρέσαντας, &c.] Porphyr. ἀπορρέσαντας ἐέλμεναι: utique vitiosius. Conjiciebam ἀπορραίσαντας, quod postea in altero e manusc. et Mont. reperi. Posset etiam ἀπορρήξαντας. Sequitur ἤϊα γυῖα, quomodo legunt omnes. Vix tamen, credo, reperias ἤϊα, quod adjectivi loco sumatur: sunt enim τὰ ἤϊα proprie τὰ ἐφόδια, τὰ καθ' ὁδὸν βρώματα. Crediderim legi posse ἠέα, ab ἠΰς, hoc est, *bona*, quæ tamen *pinguia* dicere malui.

— c 10. Ὅταν δὲ νέος.] Porphyr. p. 232. sub libri 2. finem.

— d 1. πότ' ἂν ἑκών.] Melius quam Porphyr. πάντ' ἂν ἑκών. Legi possit, πῶς ἄν. Vereor ut interpres satis ad Porphyrii

mentem, *Quis modus animum volenti ad omnia sapienter adhibere?*

153 a 1. ὑπαναστάσεσι, &c.] Male enim excus. Porphyr. ἐπαναστάσεσι, καὶ κατακλήσεσι. et v. 2. δείσεσι pro δόσεσι. Quæ sequuntur, Eusebii sunt.

— c 3. Οἶδε.] Theologus ille videlicet, quem laudat eo loco Porphyr. l. 2. p. 189. ubi habetur ὅτι, pro ὁ τῆς, quæ lectio probari etiam potest, pro ἅτε δή.

— c 5. ἀλλ' ἤτοι.] Porphyr. καὶ ἄλλοις ἤτοι· mendose, ut videtur.

— c 6. καὶ τῶν ἄχρι τινὸς αὐτῶν δεομ.] Porphyr. αὐτοῦ, nempe θύειν. Forte legendum sit, καὶ ἄχρι τίνος, τῶν αὐτῶν δεομένων. Norat enim theologus, non modo quorum esset illis sacrificare, sed etiam ἄχρι τίνος, supple, τὸ θύειν ἐστίν. i. e. *quatenus progredi sacrificando debeant;* solos videlicet fructus offerendo, ab animatis abstinendo.

— c 7. Ὅτι δέ.] Porph. ib. p. 229.

— d 2. καὶ οὐκ ἐνοχλ.] Porphyr. οἳ οὐκ ἐνοχ. recte. Subdit autem, quod ad sensus integritatem pertinet, ἡμῖν ἀπαρχομένοις ἐκ μόνων ὧν ἐσθίομεν, καὶ τρέφομεν ἢ τὸ σῶμα ἢ τὴν ψυχήν.

155 a 8. Καὶ ὅτι ταῦτα.] Ex eod. l. 2. περὶ ἀποχ. p. 221. novæ edit. De quo plura in Observationibus. Eundem laudat Cyrillus Alexandrin. tomo 3. lib. ii. cont. Julian. p. 75. cod. Græci; Latini. a. l. 4. p. 598. colum. 2. [p. 128 d. ed. Spanh.] sed quædam subinde resecat.

— b ult. Κορωνείᾳ.] Cyrill. et Porphyr. Κορωνίδι. Stephani Epitom. Κορώνην Salaminis partem esse ait: Κορωνείας vero nomen aliis urbibus tribuit; ex quibus tamen unam in Cypro collocat, ubi et Salamis.

— c pen. Διΐφιλος] Alter ex manuscrip. Διάφιλος. Porphyr. Δίφιλος. Cyrillus ista præterit. Non dubito, quin legendum sit Δίφιλος, quod usitatissimum nomen est: Διΐφιλος rarum, Διάφιλος vix auditum.

— c ult. Σελεύκου τοῦ θεολόγου.] Ille ipse credo est, quem Suidas Alexandrinum grammaticum vocat ad distinctionem alterius Emiseni. Eundem Homerici cognomentum habuisse tradit, atque in omnes fere poëtas commentarios edidisse, ac præter alios plerosque, centum de diis scripsisse libros. Unde verisimile est, eum Theologi nomen accepisse.

— d 5. Ἄμωσις.] Hunc Ἄμωσιν plerique, Ἄμασιν nonnulli vocant. Georgius Syncellus Eusebiomastix addit Ἀμῶς Africano dici. Verum apud Eusebium nostrum infra lib. x. tit. 10. p. 490 b.c. Ἄμωσιν Africanus aliquoties nominat, ex Apione. Itemque Tatianus tit. 11. p. 493 d. ex Ptolemæo sacerdote Ægyptio. Ex utroque Clemens Alexandrin. tit. 12. p. 497 a.c. At Josephus ibid. tit. 13. p. 501 c. Θμούθωσιν appellavit ex Manethone, qui tamen hic Ἄμωσιν vocat. De hoc in Observationibus pluribus.

155 d 10. ἐπιτίθεσθαι,] F. ὑποτίθεσθαι, i. e. *suffici ac substitui vivorum loco.*

— d pen. Εὔελπις.] Qui sit, nondum liquet: Porphyrius Carystium facit. Est autem Κάρυστος oppidum in Eubœa.

— d ult. Λακεδαιμονίους.] Locus hic Apollodori non occurrit; sed opera ejus plurima perierunt.

156 a 8. Ἴστρος.] Istri hujus infra quoque meminit lib. x. Suidas, Macedo fuerit an Cyrenæus, dubitat: Callimachi servum ac discipulum facit, interpretem Athenæus. Multa versu et soluta oratione scripsit, ut refert idem Suidas. Clemens Alexandr. Strom. 1. p. 236 d. opus ei tribuit περὶ τῆς Αἰγυπτίων ἀποικίας. Et lib. iii. p. 326 d. alterum περὶ ἰδιότητος ἄθλων. Plutarch. opusc. de Pythiæ oracul. p. 403 d. Ἀλύριον, Ἡρόδοτον, Φιλόχορον, et Ἴστρον nominat, qui τὰς ἐμμέτρους μαντείας συναγαγεῖν μάλιστα φιλοτιμηθέντες, tamen ἄνευ μέτρου χρησμοὺς γεγραφότες ἦσαν.

— b 3. ἐπὶ Ἀδριανοῦ.] Idem infra p. 164 d 2. Et orat. de laudibus Constantini. Sed vide Observat.

— b 7. Ἰφικράτης.] Illene Atheniensis imperator, Pharnabazi Persæ, et Agesilai Lacedæmonii æqualis, reique militaris usu gloriaque clarissimus? Quo de multa inter cæteros Plutarchus, et Diodor. Sicul. lib. xvii. Verum, quid ipsi cum Carthaginiensibus negotii fuerit, non reperio. Sane hanc apud illos ἀνθρωποθυσίας κατάλυσιν Geloni Syracusano principi tribuunt, ut in Observationibus explicatur.

— b 7. Καὶ Δουμάτιοι δέ.] In priori edit. legebatur, ἣν Ἰφικράτης ἔπαυσε καὶ Δουμάτης. οἱ δὲ τῆς Ἀραβ. Quibus nihil depravatius. Veriorem ex Porphyrio lectionem repræsentavimus, quam etiam habet Montac. Nisi tamen Δουμάθιοι, cum aspiratione legendum potius est, vel Δουμάνθιοι. Quæ enim Stephani Epitomat. Δούμαθα est, eadem a Ptolemæo Δούμανθα vocatur, et in Arabia deserta collocatur. Glauco tamen apud eundem Stephanum urbis hujus πολίτας Δουμαθηνοὺς appellare mavult.

157 b 9. Ἀριστομένης τῷ Ἰθωμίτῃ.] Melius, vel Ἰθωμαίῳ, vel Ἰθωμήτῃ, ut Stephanus et alii, vel etiam, ut Pausanias, Ἰθωμάτῃ, aut Ἰθωμάτᾳ, quod Doricum planeque Messenicum est: ab Ithoma, Messeniæ monte, ubi oppidum ejusdem nominis situ opereque munitissimum. Vid. Observationes.

— c 9. Μόνιμος.] De hoc scriptore ejusque ἀνθρωποθυσίᾳ nihil legi. Forte in Achillis immaturo fato rapti memoriam Peleo ejus parenti et Chironi nutricio scelus hoc institutum fuerit.

— c 12. Λυκτίους.] Recte: perperam enim apud Clement. habebatur Λυκίους.

— ult. Ἀντικλείδης ἐν Νόστοις.] Suidas, Ἀντικλείδης (inquit) οὗτος ἔγραψε περὶ νόστων. consule Observationes.

— d 3. Δωσίδας.] Ignotus mihi est hic auctor. Tantum apud Suid. reperio Δωσιάδης ὄνομα κύριον. Ignotus et Pythocles, qui sequitur d 4.

157 d 3. Φωκαεῖς.] Hervetus *Phocenses:* credo operarum errore. Φώκαια *Phocæa*, urbs in Ionia, cujus cives Φωκαεῖς, interdum etiam Φωκαιεῖς, ut Πλαταιεῖς, *Phocaenses*, aut *Phocæi*. Horatius Epod. *Phocæorum velut profugit execrata civitas.* Φωκὶς, *Phocis* Achaiæ regio: incolæ Φωκεῖς, *Phocenses.* Thucydid. Scholiastes lib. i. p. 11. Φωκεῖς, inquit, οἱ τῆς Ἑλλάδος, ἀπὸ Φωκίδος πόλεως· Φωκαεῖς, οἱ τῆς Ἰωνίας, ἀπὸ Φωκαίας πόλεως. Haud scio num recte Phocidem urbem dixerit, quam cæteri omnes regionem agnoscunt: tametsi Pomponius Mela Phocidem Ioniæ urbem nominet, librariorum, opinor, vitio, cum Phocæam, ut Græci omnes, scribere debuissent.

— — ἀποπέμψομαι.] Clemens, παραπέμψομαι, quod malim.

— d 6. Ἐρεχθεὺς καὶ Μάριος.] Vid. Observationes.

— d 10. ὁ Μάριος.] Fallor, ni glossema est istud ὁ Μάριος. Nec vero ante dixit, ὁ μὲν τῇ Φερεφάττῃ ὁ Ἐρεχθεύς. Quid quod barbara est hæc loquendi ratio? Quid quod face opus non erat, ut posteriorem hunc Marium esse videremus, qui Dorotheum in rerum Italicarum libris citari audiremus?

— d 13. πῶς δὲ οὐκ ἀνόσιοι, &c.] Alter ex manusc. πῶς δὲ οὐκ ἀνόσιοι ἀλόγως. Clemens, πῶς δὲ οὐχ ὅσιοι ἀναλόγως. Forte, πῶς δὲ οὐκ ἂν ὅσιοι ἀναλόγως. Utraque interrogatio ironica est. Et bene ἀναλόγως, videtur enim quædam ἀναλογία dæmones inter ac disidæmones intercedere: cui ut quoquo modo servirem, δεισιδαίμονας hoc loco *dæmonum mancipia*, quam *superstitiosos* vertere malui.

158 a. ἡ ὀργῇ καὶ φιλαργυρίᾳ.] Hervetus, *quam iræ et avaritiæ, et aliis similibus dæmonibus*, &c. Pessimi sane dæmones, ira, et pecuniæ sitis. Sed aliam Clementis hoc loco mentem esse arbitror: alioqui scribendum fuit, καὶ ἄλλοις ὁμοίοις. Corruptus locus est; qui ut sanetur, primum ex Clemente ὁμοίοις pro ὁμοίως reponendum videtur: nam similibus quidem, non tamen similiter, in loco sacro pietatis caussa, et in triviis, impellente vel iracundia vel avaritia, homines jugularentur. Deinde, post ἄνθρωπον distinguendum. Postremo legi possit, ἀποσφάττοι ἂν τὸν ἄνθρωπον, ἱερὸν ἂν ἱερεῖον ἐπιφημίσαι. Quorum verborum sententiam reddidi: tunc enim ἐπιφημίσαι ἂν erit proprie, *appellare jure possit:* vel sola metathesi τοῦ ἂν, sic, ἀποσφάττοι ἂν τὸν ἄνθρωπον, ἱερὸν ἱερεῖον ἐπιφημίσας: ut ἀπὸ κοινοῦ intelligatur ἱερεῖον γίνεται ὁ φόνος.

— b 1. πεφεύγαμεν.] Rectius, opinor, Clemens, περιφεύγομεν. tametsi præteritum illud aoristorum more pro præsenti usurpari possit, vel per verbum *soleo* explicari.

— b 4. Ὡς δ' ὅτε τις.] Homer. Il. γ'. v. 33. Notum et illud Æneid. 2. *Improvisum aspris.* Sed malui Græcam sententiam fidelius reddere.

— b pen. οὐκ ἐντρέπεσθε.] Clemens, οὐκ ἐκτρέπεσθε: melius; nam et præcessit τὸ ἐκτρεπόμεθα, et sequitur, οὐδὲ ἀποστρέφεσθε. Quid quod minus erga dæmones convenit illa pudoris verecundiæque significatio?

158 c 10. *οὐδὲν δὲ οἷον.*] Vulgo, *nihil vetat:* malui tamen, *præstat.* Nam præterquam quod *οὐδὲν οἷον* sæpe *ὑποκοριστικὸν* est, ut *οὐχ ἥκιστα* pro *μάλιστα*: videtur etiam idem significare, quod Gallice dicimus, *Il ny à rien de tel, que, &c.* Demosth. in Midiam, *οὐδὲν γὰρ οἷον ἀκούειν αὐτοῦ τοῦ νόμου.* Quod reddere malim, *Nihil enim tanti fuerit, quanti legem ipsam audire,* quam ut vulgo, *Nihil enim vetat.* Gal. *Car il n'y à rien de tel, que d'entendre la loy mesme.*

— c. pen. Ὀλίγον δέ.] Locus extat lib. i. p. 18. edition. Græco-Lat.

— d 8. *πίνεσθαι σπουδαῖα.*] *Ad potum idonea;* quo modo *σπουδαῖος οἶνος, σπουδαῖον μέλι, σπουδαῖα σπέρματα.* Quod vulgarius, infra lib. x. p. 677. *πίνεσθαι χρηστὸν* dixit: *πίνεσθαί τε οὐκέτι χρηστὸν ἦν τὸ ἐκ ποταμοῦ κομισθὲν ὕδωρ.* Et hic, p. 159 a 1. *τρέφεσθαι χρηστὸν,* cujus loco, *τρέφεσθαι σπουδαῖον* dici quoque possit.

159 a ult. *καταθύσειν δεκάτας.*] Non absimile decimarum genus iis Dodonæus Jupiter imperarat, supra p. 16. eos ad petendum Latium cohortatus. Oraculi verba,

Στείχετε μαιόμενοι Σικελῶν Σατόρνιον αἶαν·

(ita legend. non Σατορνίαν. Eam vero Latii partem intelligit, quam Siculi jam insederant.)

Ἠδ' Ἀβοριγινέων κοτύλην, οὗ νῆσος ὀχεῖται.
Οἷς ἀναμιχθέντες, δεκάτην ἐκπέμψατε Φοίβῳ,
Καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ, καὶ τῷ Πατρὶ πέμπετε φῶτα.

Sed de hoc iterum in Observationibus.

— b 7. *τὴν δ' αἰτίαν.*] De causa illa pluribus disputat Dionys. p. 20. 21. 22. 23. Concludit meo judicio verissime, gentes fuisse duas, Pelasgos atque Tyrrhenos: sic tamen, ut cum Pelasgi ab Hellenibus patria pulsi Tyrrhenorum in solo consedissent, non tantum generis utriusque facta permixtio sit, verum etiam nominis ejusdem sequuta communio, ut Tyrrheni omnes ab aliis, ab aliis Pelasgi promiscue dicerentur. Sic ante, Phrygum, Teucrorum, atque Trojanorum fuerat; sic etiamnum viget Francorum Gallorumque commune nomen.

— b 9. *τὰ λεγόμενα συμβαλεῖν.*] Vid. Observationes.

— d 9. *ἐπαναστάσεις.*] Conjiciebam *μεταναστάσεις.* At uterque manuscr.[g] *ἀπαναστάσεις* habet, non modo hic, sed etiam pag. sequente a 10. Quæ vox et idem significat, et leviori mutatione sufficitur.

— 10. *θεοβλαβείᾳ ἀπελαυνομένων.*] Dion. *ἀπελαυνόμεναι,* quod duriusculum videtur. Genus hoc hominum iidem Græci *ποινήλατον* significanter vocare solent.

160 b 1. *Λέγουσι δέ.*] Idem Dionys. eod. lib. p. 30.

— 3. *τέως.* Melius quadraret *ἕως.*

— b 7. *ἐπὶ τῷ Σατορνίῳ.*] Collem Capitolinum intelligit, quem *Saturnium* antiquitus vocabant. Idem p. 27. diserte: *λόφον ἐπι-*

[g] Sylburgius: "Ferme asseverare ausim Dionysium scripsisse *ἀπαναστά-*" *σεις, emigrationes, secessiones.*"

τήδειον εὑρόντες, τρισταδίῳ δὲ μάλιστα μήκει τοῦ Παλαντίου διειργόμενον, ὃς νῦν μὲν Καπιτωλῖνος ὀνομάζεται, ὑπὸ δὲ τῶν τότε ἀνθρώπων Σατόρνιος ἐλέγετο, ὥσπερ ἂν εἴποι τις Ἑλλάδι φωνῇ, Κρόνιος. Porro de his Saturni ἀνθρωποθυσίαις et Argeis (infra d.) in Tiberim hominum loco projectis consule Observationes.

160 ult. Ἀγαθοκλέους.] Fuse Diodor. Sicul. lib. xix. ab initio, et lib. xx.

161 a 2. ᾐτιῶντο, &c.] Diodor. lib. xx. p. 756 d. edit. Græcol. post luculentam illam Agathoclis de Carthaginiensibus victoriam.

— b 8. συντιθέντα τ. π. ἀποκωλύεσθαι.] Facilis erat conjectura legendum esse ἐπιτεθέντα et ἀποκυλίεσθαι: quod utrumque postea in Diodoro reperi.

— d ult. ἐξάντεις κατέστησαν.] Id est, ὑγιαίνοντας ἀπέφηναν, εἰ τὴν ὑγίειαν ἀποκατέστησαν. Hesych. Ἐξάντης, ὁ τῆς νόσου ἔξω ὤν. Corrupta sunt quæ apud illum sequuntur: Ἐξαντῶν, ἀντιάζων τῆς κόρρης καὶ τὸ ὑπόγονον, οἷον ὑπογενειάζων, ἢ οὕτως ἐξάντων κατὰ τῆς ὑγείας αὐτοῦ, ἐξορκῶν, τὸν ὑγιαίνοντα γὰρ ἐξάντη ἔλεγον. Forte legi possit, Ἐξαντῶν, ἀντιάζων τῆς κόρρης καὶ τοῦ γενείου, vel τοῦ ὑπὸ γένειον· οἷον ὑπογενειάζων. ἢ οὕτως· Ἐξαντῶν, κατὰ τῆς ὑγείας ἐξορκῶν· hoc est, *per salutem aut sanitatem adjurans*: nam istud κατὰ terrentis est, διὰ obtestantis esset, &c. Zenobius centur. 3. parœm. 95. proverbialiter usurpari ait, Ἐξάντης λεύσσω τοὐμὸν κακὸν ἄλλον ἔχοντας, additque, Ἐξάντης τὸν ὑγιῆ δηλοῖ, καὶ τὸν ἔξω ἄτης. Eadem Suidas.

162 a 1. Ἀλλ' ἄνθρωπος.] Sup. p. 156 b. et infra 164 d. id sub Hadriano potissimum contigisse refert. Nos etiam hac de re plura in Observationibus.

163 d 13. Καθαίρειν.] Malim omnino καθαιρεῖν, *evertere, diruere*. Jussit enim Moses templa illa non purgari, sed everti. Atque ita leg. alt. ex manuscr.

164 c 3. πανέλλησιν Ἀθηναίοις, &c.] Ita manuscr. ambo, nisi quod habent ἔτι pro ἐπὶ, recte. Alter vero, παρ' Ἕλλησιν, pro πανέλλησιν. Montac. παρ' ἕλλησι, καὶ ἔτι τοῖς τούτων κορυφαιοτάτοις Ἀθηναίοις. Recte: malim tamen, καὶ παρά γε τοῖς Πανέλλησι, καὶ ἔτι τούτων τ. κ. Ἀθηναίοις. Istuc enim Πανέλληνες ad Phylarchum pertinet, qui paulo ante πάντας τοὺς Ἕλληνας hac impietate laborasse narrabat. Itaque vertendum erit, *Imo et apud Græcos universos, ipsosque adeo Athenienses, qui eorum principes*, &c.

— d pen. Τούτους δέ.] Alt. e manuscr. legit, Τούτους δὲ, καὶ οὐκ ἄλλους, τοὺς μεγίστους θεοὺς, ἀγαθοὺς, καὶ σωτῆρας ἀναγορεύουσιν. Recte.

165 b 7. Στρατηγὸς, &c.] Manuscr. alter, πολέμου στρατηγὸς τοὺς οἰκείους, παρὼν διασώσασθαι. Vera lectio, si παρὼν mutetur in παρόν.

— c 2. τρισμύριοι φύλακες. Mont. τρισμακάριοι. Utrumvis legatur, crediderim illos Hesiodi versus respici, quos vulgo Christiani etiam doctores, ut Lactantius Institut. 2. 15., ad

persuadendam angelorum tutelam afferre solent. Extant in Ἔργ. ver. 121.

Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι, Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς,
ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,
Οἵ ῥα φυλάσσουσί τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα.

Synesius l. de Provident. p. 99 d. Ἔστι μὲν γὰρ τῇδε καὶ ἡρώων φῦλον ἱερὸν, ἐπιμελὲς ἀνθρώπων, καὶ τὰ σμικρὰ ὠφελεῖν δυνάμενον, καὶ τὸ πρεσβύτερον ἀγαθόν. Consule P. Petavii notam, qui ex Platonis et Plutarchi verbis merito conjicit, aliter olim versus istos lectos esse quam vulgo concepti habeantur.

166 b 5. Διὸ συνετός.] Porphyrii locus est, 2. de Abstinent. p. 204.

— d 7. καὶ πρὸς αὐτὰ, καὶ κατ' αὐτὰ ζωῆς.] Porph. καὶ τῆς πρὸς αὐτὰ ταῦτα ζωῆς.

— pen. Ὃν δὲ ἡμεῖς.] Multa prætermittit Eusebius: quæ sequuntur, leges p. 218.

167 b 2. ὅλως. Malim ὅλος, cum Porphyr. et Manuscr.

168 c pen. ἀκυλαίων.] Me tantum legere memini ἄκυλος, vel ἄκυλον.

169 a 3. ποδαπός.] γρ. ποταπός. Sed perinde est. Hesych. ποδαπὸν, ποταπὸν, ὁποῖον.

— d 7. Πνεῦμα κυρίου.] Septuaginta, quos habemus, nonnihil variant; et post ἀπέσταλκέ με, legunt, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τῇ καρδίᾳ, κηρῦξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν.

— ult. Ἐξαγαγεῖν, &c.] Septuag. Ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους, ἐξ οἴκου φυλακ. &c.] Vulgata, *Educere de conclusione vinctum, de domo*, &c.

170 b 8. οὐχ ἤ.] Ita reposuimus ex altero manuscr. cui consentit Montac. cum ante perperam legeretur οὐχί.

— c 3. ἁγνείας.] Facilis erat emendatio pro ἀγνοίας, quod habet vetus editio.

— d 10. Ἐνοικήσω.] Locum hunc sumit Apostolus, partim ex Levitico, partim ex Ezechiele Propheta. Nam Levit. xxvi. 11. *Ponam*, inquit, *tabernaculum meum in medio vestri.* Septuag. Θήσω τὴν σκηνήν μου ἐν ὑμῖν. (pro quo brevius et ἑλληνικώτερον Apostol. Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς.) *Ambulabo inter vos, et ero Deus vester, vosque eritis populus meus.* Quæ cum litera tenus de tabernaculo fœderis eo loco dicerentur; Ezechiel xxxvii. 27. ad Christi ecclesiam allegorice referens, ubi de uno rege Christo multa præmisit: *Et erit*, inquit, *tabernaculum meum in eis: et ero eis Deus, et ipsi erunt mihi populus.* Ubi notandum obiter, quod in Levit. dictum erat, בתוככם, *In medio vestri;* apud Ezechiel. dici עליהם, quod proprie est, *super illos:* quasi novum quoddam et singulare tegendi simul et habitandi genus significare vellet. Ita Paulus hunc locum ab historia simul et allegoria transtulit ad mores.

171 a 6. χαρακτηρίζοντας.] Videtur addend. ἑαυτούς. Nam et d 6. dicuntur a Porphyrio, χαρακτηρίζουσαι τὸ πνεῦμα αὐτῶν αἱ μορφαί. Forte etiam pro ἐντυπουμένους legi debeat ἐκτυπουμένους, quia d 6. habetur ἐκτυπούμεναι.

— b 5. Ὅτι γε.] γρ. ὅτι τε, melius, ut paulo post ὅπως τε.

— c 3. Ὅσαι δὲ ψυχαί.] Porphyr. lib. ii. de Abstin. p. 31. edition. Florent. at novæ, p. 195.

— d 1. ἐναντίας δυνάμεως.] Meliores illos intelligit, de quibus proxime ante disputavit.

— d 5. Ἀλλ' ἐν σχήμασι πλείοσιν.] Ita ex Porphyr. melius, quam ut ante legebatur, ἀλλ' ἢ ἐν σχημ. Porro distinctionem sequuti sumus quam alter ex manusc. habet, quod perspicuum sensum efficiat. Nam si post ἐκτυπούμεναι cum excuso Porphyr. distinguamus, necessario reponendum fuerit ἐκτυπούμενοι, vel potius ἐκτυπουμένας, ut vel referatur ad πάντες, vel subaudiatur μορφάς. Ea distinctio in caussa est, quamobrem in eod. excuso consequenter legatur αἱ δὲ χαρακτ.

— d 11. τὸ δὲ ὑπό.] Malim τῷ δὲ cum Porphyr. et γρ.

— ult. τρέπεσθαι. Hinc emendandus excus. in quo perperam legitur τρέφεσθαι.

172 a 1. τὰ τῶν ἀγαθ.] Porphyr. τὸ τῶν ἀγ. Quam lectionem sequutus sum; recte opinor: subintelligitur enim πνεῦμα, cujus ex temperatione ac symmetria corporum etiam temperatio et symmetria consequatur.

— a 3. οἳ πλέον, recte; non ut excus. οὐ, quod miras offundit huic loco tenebras.

— a 4. οὐδὲν ὅ τι.] Hinc etiam excusum corrige, qui legit οὐδὲν οὖν, tanquam initium aliquod esset novæ periodi.

— a 7. ἐστερημένον τε, &c.] Excusus opportune mutuam hic rependet vicem: legit enim, ut videtur, optime, ἐστερημένον τε τῆς φυλακῆς, τῆς ἀπὸ τοῦ κρείττονος δαιμονίου. Manuscriptus uterque lectionem eandem tuetur, nisi quod δαιμονίας pro δαιμονίου sufficit. Utramvis sequare, gemina sententia est. Consule hic, si placet, Porphyrianum interpretem.

— Ταῦτα δέ.] Porphyr. p. 199. nov. edition. ista pertexit. Dæmonum autem artes intelligit, quibus id agerent, ut ab hominibus iidem omnino et malorum et bonorum auctores haberentur, itaque facilius divinitatis opinionem impetrarent. Cæterum quicquid eo loco philosophetur Porphyrius, vere ac pie creditur hujus vitæ calamitates divinæ providentiæ non permittenti modo, sed etiam ut plurimum inferenti, atque has scelerum nostrorum pœnas expetenti, esse tribuendas.

— b 6. προσεταιριζόμενοι, &c.] Adi Euseb. nostrum lib. iv. de Demonstr. c. 9. ubi de Lucifero gemina philosophatur, quem gravia licet omnia gentibus interminatum, potentiorem deinde ad eas subigendas voluptatis illecebram excogitasse demonstrat.

— c 4. ᾧ δὴ καὶ τεταράχθαι, &c.] Porphyr. ὁ δὴ καὶ τετάρακται, φασὶ, πάντ' ἄνω κάτω. Vitiosum quidem est, ὁ δή. at sequentia

magis placent, hoc sensu ; *quo quidem, omnia, quod aiunt, sursum ac deorsum acta sunt, atque confusa.*

172 d 7. πεποιημένην.] Non dubito quin legendum sit, quomodo Porphyrius et γρ. δυναμένη.

173 a 9. Διὰ μέντοι.] Porphyr. p. 203.

— b 3. διὰ τούτων.] *Maleficorum*, an *dæmonum?* si *maleficorum*, οἱ κακοδαίμονες sunt *mali dæmones :* sin *dæmonum*, οἱ κακοδαίμονες *miseri* erunt. Sane his in rebus mutuam sibi dæmones et malefici operam navant.

— c 3. θυσίαις.] Porphyr. κνίσσαις, quod malui.

— d pen. ἥ τε προεστῶσα.] Debuit opinor, τήν τε προεστῶσαν αὐτῶν δύναμιν δοκεῖν θεὸν εἶναι τὸν μέγιστον, præcedit enim, φησὶ τοὺς πονηροὺς, etc.

174 a 4. Σάραπιν καὶ τὴν Ἑκάτην.] Supra p. 126 c 11. solius Hecates meminit. De Serapide Porphyrius initio tituli sequentis. De Hecate vero, p. 175 b 11.

175 b 11. καὶ ἡ Ἑκάτη.] Huc pertinent illa Hesiodi, quibus præcipuum Hecatæ honorem ab Jove habitum ostendit, a ver. 411. Theogon.

Ἡ δ' ὑποκυσσαμένη Ἑκάτην τέκε, τὴν περὶ πάντων
Ζεὺς Κρονίδης τίμησε, πόρεν δέ οἱ ἀγλαὰ δῶρα·
μοῖραν ἔχειν γαίης τε, καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης.
Ἡ δὲ καὶ ἀστερόεντος ὑπ' οὐρανοῦ ἔμμορε τιμῆς,
ἀθανάτοις τε θεοῖσι τετιμημένη ἐστὶ μάλιστα, etc.

Quibus eam omni hominum generi et conditioni præesse demonstrat.

— c 8. ἀπειροτεχνής.] Verti *natorumque expers*, quasi legeretur ἀπειροτεκνὴς, vel ἀπειρότεκνος, quod tamen utrumque rarum est : ἀπειρωδὶν, et ἀπειρολεχὴς, longe frequentiora. Ac fortassis ἀπειρολεχὴς pro ἀπειροτεχνὴς legi possit.

— d 5. δνοφερῶν, malim δνοφερόν.

LIB. V.

178 c 7. οὐδ' ἄλλοτε.] Rectius videtur οὐκ ἄλλοτε, ut alter manuscr.

— c ult. τὴν ἑνός. Idem τοῦ ἑνός. Alter vero locum integrum ita legit, τῆς ἑνὸς θεοῦ, τοῦ παμβασιλέως καὶ δημιουργοῦ τῶν ὅλων θεοῦ γνώσεως, φωτὸς δίκην, &c. licet ad marginem reposita sint post ἑνὸς θεοῦ illa ipsa verba quæ in excuso leguntur, καὶ Σωτῆρος, &c. Forte ex illis omnibus integra lectio conflari possit, hoc modo, τῆς ἑνὸς θεοῦ καὶ σωτῆρος Χριστοῦ, πλατυνθείσης ἐν γῇ, καὶ τῆς τοῦ παμβασιλέως καὶ δημιουργοῦ τῶν ὅλων γνώσεως, φωτὸς δίκην, &c. Nisi brevius malis, τῆς ἑνὸς θ. κ. σ. χ. π. ἐν γῇ, καὶ φωτὸς δίκην, &c. Nos in vertendo priorem, ut pleniorem sequuti sumus.

181 b 1. φιλοχωροῦντες.] Mont. ἐμφιλοχωροῦντες.

— c 3. ἐπεντρίβοντες,] Mont. ἐπεντρυφῶντες *insultantes.*

181 d pen. *ἐξάρχων θεῶν,*] Omnino legendum videtur *ἐξῆρχον,* quod idem est atque *ὑπῆρχον*, itemque distinguendum post eandem vocem. Porro Theodoretus lib. x. de Græcorum affectionibus, ipso statim initio, simillima disputat.

182 d 1. *τῶν δὲ φαυλότατα.*] Montac. *τοὺς δὲ φαυλοτάτους.*

— d 9. *τὸ διὰ,*] Legendum credo, vel *τὸ ἐκ τῶν διὰ*, ut paulo ante *πρῶτον μὲν τὸ ἐκ τῶν*, vel saltem *τὸ τῶν διά*. Quod si ne *τῶν* quidem addere placuerit, *τετιμημένων* quod sequitur in *τετιμημένον* mutandum erit.

184 a 5. *Εὖ μὲν οὖν.*] Plutarch. de Oraculor. defectu p. 414 f 2.

— a. *ἣν ὕλην,* Plutarch. *ὃ νῦν ὕλην καὶ φύσιν καλ.*

— b 10. *ἀναμεμιγμένα πολλὰ,* &c.] Melius opinor, quam apud Plutarch. *ἀναμεμιγμένα πρὸς τὰ θνητὰ καὶ πένθιμά τινα τῶν ὀργ.*

— c 4. *Ἡσίοδος δέ.*] Non extat accurata illa et subtilis apud Hesiodum *τῶν λογικῶν* in quatuor genera partitio. Tantum in Operibus a ver. 111. diversa illa mundi atque hominum sæcula describit, sic tamen ut primum illud deorum potius videatur esse, quam hominum; secundum et tertium ad subterraneos dæmones referri possit: quartum heroas et semideos complectatur, de quibus ait,

δικαιότερον καὶ ἄρειον
ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται
ἡμίθεοι.

— c 10. *Ἀλλὰ περὶ μέν.*] Plutarch. Ib. p. 416 c 1.

— d 3. *ψυχὴ, καὶ ἥρωος βίος.*] Plutarch. *ψυχὴν, καὶ ἥρωος βίον*: utrumque rectum est. Plutarchus tamen eo loco Hesiodum innuere videtur, de quo nihil referre ait, *πότερον ἂν μεταλλάττῃ δαίμονος ψυχὴν, καὶ ἥρωος βίον ἐν τακτῷ τινι χρόνῳ, ἢ καὶ ἀτάκτῳ*, i. e. *utrum certi cujusdam temporis finibus, an plane incerto, dæmonis animum, heroisque vitam circumscribat.* Atque ita intellexit Amiotus.

— d 4. *ἐφ' ᾧ.*] *γρ. ἐφ' ὅ.* Verti perinde ac si haberetur *ἔτι ὅ,* vel *ὃ* tantum: ita ut *βούλεται* et *δεδείξεται* ad Hesiodum ipsum referantur. Video tamen in illis vocibus *ἐφ' ᾧ* subaudiri posse *κριτῇ* vel *δικαστῇ*, ut Gallice, *devant qui il voudra:* sic ut *τὸ βούλεται* pro *ἂν βούλοιτο* (supple *Δημήτριος*) usurpetur, *δεδείξεται* autem sit *δειχθήσεται*, ostendi poterit. Atque ita Xylander. Amiotus vero sic, *Tousiours sera-il prouvé par lequel des deux il voudra.* Quod vereor ut satis defendi possit.

— d 5. *σοφῶν.*] Plutarch. *σαφῶν*, Elige.

— d ult. Τὸ *μὲν οὖν ἐφεστάναι.*] Plutarch. p. 418 e 1. ubi Heracleo loquitur. Hunc locum, quod magna esset eo in codice, quo tunc utebar cum ista verterem, paginarum ac numerorum perturbatio, reperire non licuerat. Nunc emendatiorem nactus, primum verba illa sic reddo, *Ego vero id poni non sine ratione posse existimo.* Deinde quæ sequuntur p. 185 a. *μονονουχὶ ῥγάδην*, lego ut Plut. *μονονουχὶ ῥάγδην*, &c. *Sumpta quasi ex Em-*

pedoclis carminibus, abrupta quadam effrænique licentia: vel, *occasione propemodum ex Empedoclis versibus impetu quodam arrepta.* Uterque manusc. legebat δραγμὴν, cum Theodoreto X. de Græc. affect. p. 136. ubi interpres, *collecta ex Empedoclis versibus sententia.* Minus improbarem δραγμὴν, ut alter manusc. habet. Id enim de collecta quadam criminum sequentium quasi quisquiliarum colluvie posset intelligi. Versus autem Empedoclis, de quibus hic, fortean illi sint, qui lib. de Iside et Osir. p. 361 c. a Plutarcho laudantur, et ab Eusebio p. 187 d. referuntur. Sed vid. infra p. 205 d. ubi locus hic sanior pleniorque producitur.

185 a 9. Καὶ πάλιν προστίθησι.] Imo apud Plut. hæc præcedunt p. 417 b 4.

— b 6. διεσπαρμέναι. Plutarch, ἐνδιεσπαρμένα, hoc est *notas sacrificiis ritibus et fabulis passim aspersas.* Quod rectius videtur.

— b 9. εὔστομά μοι κείσθω.] Suidas, Εὐστομεῖν, τὸ εὐφημεῖν, καὶ οἱ Ἴωνες, Εὔστομα κείσθω φασί. Herodot. non semel.

— c 5. ῥιψαύχενοι.] Repone ῥιψαύχενι σὺν κλόνῳ ex Plutarcho, *cum turbulenta cervicis jactatione.*

— c 7. φήσαιμι ἂν τελεῖσθαι, &c.] Plutarch. longe aliter, φήσαιμι ἂν τελεῖν μελίχια καὶ παραμύθια, καὶ τὰς πάλαι ποιουμένας ἀνθρωποθυσίας οὔτε θεοὺς ἀπαιτεῖν. In quibus saltem τὸ τελεῖν in τελεῖσθαι mutandum videtur.

— c pen. ἂν ἐδέχοντο. Plut. ἀνέχονται. F. ἀνείχοντο.

— d 3. βαρυθυμίας ἀφοσιούμενοι, &c.] Plutarch. ita legit ac distinguit, βαρυθυμίας ἀποσειόμενοι, καὶ ἀποπιμπλάντες ἀλαστόρων, ἐνίων δὲ μανικοὺς καὶ τυραννικοὺς ἔρωτας. In nostro melius videtur ἀφοσιούμενα: cætera susque deque.

187 a 5. Βέλτιον οὖν.] Plutarch. de Is. et Osir. p. 360 d 4.

— c 4. καὶ πολλαί τινες.] Plut. καὶ Κρόνου τινός.

— c 8. παρὰ πᾶσιν.] Plut. πᾶσιν tantum.

— c 10. παρακαλυπτόμενα.] Plut. ita leg. περικαλυπτόμενα, καὶ τελεταῖς ἄρρητα διασώζεται, καὶ ἀθέατα πρὸς τοὺς πολλοὺς, ὅμοιον ἐχ. λόγ. quæ sensum hunc efficiunt, ab Eusebiano longe diversum: *sacris et ritibus involuta, vulgique auribus et oculis ignota conservantur, similes etiam habent explicatus.*

— d 7. δὲ χθονός.] Plut. δ' ἐς χθονὸς, ut conjiciebam.

— d 7. γαῖα δ' ἐς αὐγὰς,] Plut. γαῖα δ' ἐσαῦθις. Porro versus isti sunt, ex quibus p. 185. nonnullos occasionem avidius arripuisse dicebat dæmones gravius criminandi. Quod tamen aliter accepit Theodoret. X. de Græcor. affect. p. 136. extrema, dum ait ex Plutarcho intelligi, dæmonum sacrificulos τὰ ἔπη οὐκ ἔκ τινος θειασμοῦ καὶ κατοχῆς λέγειν, ἀλλ' ἐκ τῆς Ἐμπεδοκλέους συλῶντας ποιήσεως. Qui sensus (S. Patris pace dictum sit) vereor ut satis cum Plutarchi mente conveniat.

188 a 10. ἐκεῖνος μὲν οὖν.] Plutarch. de oracul. defect. p. 421 b.

— b 6. εἰς τὰ Τέμπη.] Ubi, opinor, Admeto Thessaliæ regi

operam navarit. Hac ipsa de re Plutarch. eod. tractatu pluribus p. 418 a.b.c. Ubi et sacri novennalis quod a Græcis qui extra Pylas degerent omnibus peragebatur, ritum et causam exponit, et de piaculis ad Tempe fieri solitis hunc in modum loquitur: οἵ τε γινόμενοι περὶ τὰ Τέμπη καθαρμοὶ μεγάλου τινὸς ἄγους καὶ τολμήματος ὑποψίαν ἔχουσι. παγγέλοιον γάρ ἐστιν, ὦ ἑταῖρε, τὸν Ἀπόλλω κτείναντα θηρίον φεύγειν ἐπὶ πέρατα τῆς Ἑλλάδος ἁγνισμοῦ δεόμενον, &c. Atque ut hoc in fabularum genere certum nihil, Pausanias Corinth. p. 51. narrat Apollinem et Dianam, interfecto Pythone, παραγενέσθαι εἰς τὴν Αἰγιάλειαν καθαρσίων εἵνεκα. Inde fugam incolis, inde morbos: inde loco nomen, φόβον: tandem a septem pueris totidemque virginibus adductos in acropolim deos: id quod certo ritu quotannis ibid. recolatur.

— b 6. γενέσθαι τὴν φυγήν.] Ex his Plutarchum emendes licet, apud quem corrupte admodum, γενέσθαι μετὰ τοῦ φυγεῖν αὐτὸν ἐκπεσόντα κόσμον. ὕστερον δέ. Interpretes vero Eusebianam lectionem sequuti sunt.

— b 9. φοῖβον ὡς ἀληθῶς.] Hesych. Φοῖβος, καθαρὸς, λαμπρὸς, ἁγνὸς, ἀμίαντος. Et, Φοιβᾶναι· λαμπρῦναι, καθᾶραι, ἁγνῆσαι· καὶ φοιβάσαι ὁμοίως: ita enim distinguendum videtur: vult enim, opinor, τὸ φοιβάσαι eadem omnia significare, quæ τὸ φοιβᾶναι. Sequitur Φοιβᾶσθαι, καθαιρεῖσθαι, legend. putem καθαίρεσθαι. Et τὰ φοιβήτρια, καθάρτρια. Etymolog. auctor eadem, additque φοῖβος esse quasi φάοβος, παρὰ τὸ φάος καὶ τὸ βίος, ὁ καθαρὸν βίον ἔχων. Et, Φοῖβαι, inquit, αἱ καθαραὶ καὶ λαμπραὶ τρίχες.

— c 3. δίκας.] Plutarch. δικαιώσεις.

— c 9. Σολύμους.] Stephan. Οἱ Πισίδαι, inquit, πρότερον Σόλυμοι· ἔστι δὲ ἔθνος βάρβαρον, κατοικοῦν παρὰ τὴν Ἀσπένδον, καὶ τὴν Κιλικίαν. Plinius lib. v. c. 27. idem scribit. Strabo tamen eos modo in Pisidia, modo Lyciam inter ac Pisidiam medios, atque in summis Tauri jugis constituit. Sed tanta vicinitas facit, ut modo Lyciorum, modo Pisidarum, nomine appellentur. Sane paulo post Plutarchus Solymorum numina cum Lyciis omnibus communicat. Apud Homer. Il. ζ'. [184.] Bellerophon in Lyciam profectus, δεύτερον αὖ Σολύμοισι μαχέσσατο κυδαλοίμοισι. At Ὀδυσ. ε'. [282.] novos quosdam Solymos ultra Oceanum fingit:

> Τὸν δ' ἐξ Αἰθιόπων ἀνιὼν κρείων Ἐνοσίχθων
> Τηλόθεν ἐκ Σολύμων ὀρέων ἴδεν.

Quem in locum Strabo lib. i. ἴσον τῷ, ἀπὸ μεσημβρινῶν τόπων· Σολύμους λέγων, οὐ τοὺς ἐν τῇ Πισιδίᾳ, ἀλλὰ πλάσας τινὰς ὁμωνύμους, τοὺς ἀναλόγως ἔχοντας πρός τε τὸν πλέοντα, καὶ τοὺς ἐκεῖ μεσημβρινοὺς, ὡς ἂν Αἰθίοπας· ὡς οἱ Πισιδικοὶ πρός τε τὸν πόντον, καὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς Αἰγύπτου Αἰθίοπας.

— c 9. Ἄρσαλον, &c.] Ita etiam Plutarch. At ejus socios, Ἄρυτον καὶ Τόσιβιν, mutat in Δρύον et Τροισωβόν. Suidas Tosibis unius meminit, his verbis, Τόσιβις, θεὸς τῶν, deest, opinor, Σολύμων, aut Λυκίων.

188 d 4. Σκιροὺς θεούς.] Vid. Observat.

190 a 6. ὁ ἐν Βραγχίδαις Ἀπόλλων.] De Branchide, seu Branchiade Apolline, multi multa, recentes, antiqui. Verbo sic habe. Quadruplex ejus nomen, Milesius, Branchides, seu Branchiades, Philesius, et Didymæus. Primum vetustissimum fuit, sequentia duo mediæ quasi vetustatis, quartum idemque postremum, recentius. Milesius, quod in Milesiorum agro, abs Mileto[h] stadiis ferme 200. oracula funderet, ut Plinius auctor est, V. 29. Branchides, a Brancho, Apollinis vel filio, vel amoribus, quo cum divinandi artem Apollo prolixe communicaverat. Ab eo quoque loci ejus populis Branchidarum appellatio. Philesius ἀπὸ τῶν φιλημάτων, quibus suis illis amoribus Apollo blandiebatur. Didymæus, vel quod Jovis ibi socius, geminumque adeo numen præesset oraculo: nam et Jupiter Didymæus vocabatur: vel quod deinde communibus templi et sacrorum honoribus Apollo pater Branchusque filius colerentur, imo et magna tum esset oraculorum utriusque communio. Inde fortassis et loco nomen Didyma. Sane Plinius lib. v. c. 29. et Pompon. Mela lib. i. c. 17. Didymæum aiunt vocatum postea, qui Branchides olim dicebatur. Ex recentioribus plura dabunt Bulengerus noster lib. i. de Oracul. c. 9. et Boissardus de divinatione, capite de Brancho.

191 b 5. θεοῖς ποτ' ἀδείματον.] Reddidi quasi esset ἀδείμαντον, *sine metu*, quod ipsi quoque dii, ut ex sequentibus patebit, hominum se voces ac vincula metuere faterentur. Quo illud Pselli, πάντα τὰ δαιμόνια φῦλα θράσους καὶ δειλίας ἔμπλεα εἶναι. Hoc tamen in sensu non acquiesco; maxime quod sequens versus cum eo minus congruere videatur: adde nec satis constare prosodiam. Manusc. leg. vel διαμάταιον, vel δία μάταιον: licet in uno repositum sit ἀδείματον. Sane μάταιον valde placet, quod τοῦ ἀκράαντον affine ac prope geminum sit. Et vero id unum agit Hecate, ut omnem abs sese oraculisque suis dubiæ fidei suspicionem removeat. Tantum versui tibicine opus esset: nam τὸ διαμάταιος vereor ut satis firmus habeatur. Cæterum, ut verum fatear, hoc in oraculo nihil video, cui cum sequentibus Porphyrii verbis magnopere conveniat, nisi forte τὸ δεσμῷ κλήϊζε, ut vinculi hujus nomine illecebram intelligat, qua sic tanquam vinculo constricta teneretur. De quibus vinculis infra pluribus.

192 a pen. Τιτηνίδι.] An quod Rhea Tellus esset, Titanes autem Cœli Terræque filii putarentur? contra quam Diana Τιτηνὶς dicta Nicandro in Theriacis [13.], non quod Titanum mater esset, sed quod Titanis cujusdam et Latonæ filia, ut vult ibi Scholiastes. Imo supra p. 37 c ult. Phœnicum ex theologia Titanidas septem, hoc est Dianas, Saturni et Astartes filias habebamus. Hoc si probas, ita versum concipe,

[h] Plinius: *oraculum Branchidarum appellatum, nunc Didymæi Apollinis, a litore stadiis viginti: et inde centum octoginta Miletus*, etc.

Rhea beatorum mater Titania divum.

Mihi sane durum videbatur Τιτηνίδα Titanum promiscue matrem significare vel filiam. Quid quod Orpheo Rhea Terræ parens, non Terra ipsa est?

Μήτηρ, inquit, ἠδὲ θεῶν, ἠδὲ θνητῶν ἀνθρώπων,
Ἐκ σοῦ γὰρ καὶ γαῖα, καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν, &c.

At in fabulis οὐδὲν ὑγιὲς, ac præter impietatem aut vecordiam constans nihil, ut superioribus locis Eusebius noster pluribus. An Τιτηνὶς Titææ filia, Titanumque soror? Qua de re supra noster p. 57 b. c. Si conjectura placet, Atlantiorum theologia transierit ad Milesios. An Τιτηνὶς pro τιτήνη positum, i. e. regina, ut Hesychius explicat? En tibi Orpheus, Παμβασίλεια Ῥέα, πολεμόκλονε, ὀβριμόθυμε. An suum cum sorore nomen soror optima communicavit? supra enim p. 57. legebamus Cœlo natas esse filias Βασίλειαν καὶ Ῥέαν. Quid si τιθηνὶς, rariore licet vocabulo, aut usitatiore τιθήνη, scriptum erat, ut ea deorum et mater et nutrix diceretur?

— b 2. τυμπάνων.] Prima brevi, ut Homer. hymno in Matrem deor.

Ἠ κροτάλων, τυμπάνων ἰαχὴ, σύν τε τρόμος αὐλῶν.

Orpheus sic illam appellat,

Τυμπανόδουπε, φιλοιστρομανὲς, χαλκόκροτε κούρη.

193 b pen. δι' ἀνάγκην.] Vid. Observat.

— c 4. Μετά.] Malim κατὰ, quod tmesi paulo longiore ad λίπον seq. vers. referatur.

— c ult. τέρπει.] Omnino legendum, ut γρ. τέρπειν, et seq. ver. ἕαδε pro ἀδαῇ. Homer. Il. 1.

Ὡς φάτο· τοῖσι δὲ πᾶσιν ἑαδότα μῦθον ἐείπεν.

— d 11. θειοδάμοις.] Theodoret. lib. x. de Græc. affect. p. 139. Σεῖο δόμοις, vel δόμους: ubi Sylburgius annotat alibi quoque legi θειοδάμης, qua voce sagam aliquam intelligit, eamque lectionem funditus repudiat. Optima tamen videtur, si subscribatur sic, θειοδάμῃς. Suidas, Θειοδάμη, ἡ θεοὺς δαμάζουσα. Quid si θειοδάμνης, ut πωλοδάμνης?

— d ult. ἀπειρήτοις.] Ita etiam Nicephorus, qui locum hunc laudat ad Synesium de Insomn. p. 361. ubi ἀπειρήτοις *immensis* reddidit interpres. Malim, *novis* et *ignotis*, non diis aut vatibus, sed hominum vulgo. Quid si ἀπειρρήτοις? Hesychius enim, Ἀπείρρητον, inquit, ἄρρητον, ἀνεκλάλητον. Quid si, quod facilius est, ἀπορρήτοις?

— d ult. Ἴυγξιν.] Vid. Observationes.

194 a 5. πανομφέας ὀνείρους.] Ergo πανομφὴς, (rara utique vox,) idem quod πανομφαῖος, cui, ut Hesych. loquitur, πᾶσα φήμη καὶ μαντεία ἀναφαίνεται. Idem paulo ante, Πανομφαῖον, πεφημισμένον, diverso nonnihil significatu, quasi fama celebratum. Sed addit, ἢ ὁ τὰ κακὰ ἀποστρέφων. Quid hæc ad πανομφαῖον?

Crediderim huc ex superiore vocabulo Πανόλβιος irrepsisse: ut legi debeat Πανόλβιος, παμμακάριστος, ἢ ὁ τὰ κακὰ ἀποστρέφων. Hoc obiter. Sic Orpheus ad Somnium [H. 85.] τανυσίπτερε, οὖλε ὄνειρε, Ἄγγελε μελλόντων θνητοῖς, χρησμῷ δὲ μέγιστε. Hinc etiam Ὀμφὴ, ἀντὶ τοῦ κατ' ὄνειρον, seu κατ' ὄναρ φαντάσματος, Hesychio et Suidæ. Vere id quidem de Agamemnonis somnio, Ἔγρετο δ' ἐξ ὕπνου· θεία δέ μιν ἀμφέχυτ' ὀμφή: ubi Eustath. τὸν ὄνειρον, inquit, καὶ ὀμφὴν λέγει, παρὰ τὸ ὂν φαίνειν. Similia tradit p. 711. Et Synes. tract. de insomn. ipso statim initio, προφήτας ὕπνους appellat.

194 a 7. ἀεικέα.] Ita reposuimus ex manuscr. cui etiam Mont. consentit, pro ἀεὶ καί.

— b 2. ἐπιμύσαντες.] Non displicet: quasi cæco quodam impetu boni obedientiæ magistri raperentur. Alter ex manusc. videtur habuisse, ἐπιμύσαντες (ἐπημύσαντες): quod etiam probari posset. Hesych. enim τὸ ἐπημύει explicat non modo κατακλᾷ, sed etiam ἐπιστενάζει, quasi gemitum quendam ac stridorem advolantia coactaque numina emitterent.

— b 5. θνητοῖς ὑποφήταις, i. πρὸς θνητοὺς ὑποφήτας: vel καθὸ κελεύουσιν ὑποφῆται.

— d 1. φύσις.] Ita manusc. omnes, et recte: cum ante legeretur φησί.

195 d 1. Τάμνων.] Corrigendum videtur θάμνων. Hesych. Θάμνος, πυθμὴν δένδρου, ἢ ῥίζα πολλοὺς κλάδους ἐκπέμπουσα. Addit, καὶ οἱ σύμφυτοι, ἢ δενδρώδεις: forte legendum ac supplendum καὶ οἱ σύμφυτοι ἢ δενδρώδεις τόποι. Concludit, ἢ βάτος, ἢ ξύλον ἀκανθῶδες. Quid mirum, si tam gravibus et aculeatis vinculis expediri bona numina vehementer optarent?

— d 1. πολιὸν τύπον.] Credo vetuli cujusdam numinis, Saturni puta, canam hanc imaginem fuisse.

— d 3. νηλείην ὀθόνην.] En alterum vinculi genus, *linteum*. Sed pro νηλείην, quæ vitiosa vox est, legendum aut νηλειῆ, *acerbum* et *immite*: aut Νειλαίην, *Niliacum*, ex Ægyptiaco lino contextum, quod ab Herodoto lib. ii. et Plinio lib. xix. c. 1. commendatur. Consule et Apuleium in Apolog. ubi purgans illud, quod lineo quodam involucro nescio quid tegeret, hæc habet inter cætera: *Mundissima*, inquit, *lini seges, inter optimas fruges terra exorta, non modo indutui et amictui sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque inde rebus sacris usurpatur.* Lege et Plutarch. de Iside et Osir. non procul ab initio, et Philostr. VIII. de vita Apollonii p. 388. [334. Olear.] cui magiæ reo linea vestis crimini cum daretur, ἐπειδὴ, inquit, μὴ ἀπ' ἐμψύχου ἐδρέφθη, (linum,) καθαρὸν μὲν Ἰνδοῖς δοκεῖ, καθαρὸν δὲ Αἰγυπτίοις· ἐμοὶ δὲ καὶ Πυθαγόρᾳ διὰ τοῦτο σχῆμα γέγονε, διαλεγομένοις, εὐχομένοις, θύουσι.

— d pen. νεφέλην δοχῆα.] An nubem intelligit, qua tectus inclususque dæmon sese mago sisteret? quo deorum involucro nihil apud poëtas frequentius. An potius ipsammet ὀθόνην, qua

vinctus tenebatur, quamque Petronius *nebulam lineam*, et *ventum textilem* appellabat, usque adeo tenuis erat ac delicata carbasus. Sane Vopiscus extremo lib. Romanorum principum hoc in genere luxum carpit, quod ludis publicis Ægyptiacas etiam lineas largitionis suæ partem esse vellent.

196 d 3. a fin. *τυχοῦσιν ἀνθρώποις χειρούμενοι.*] Clemens Alexandr. in Protrept. *Μάγοι δὲ ἤδη ἀσεβείας τῆς σφῶν αὐτῶν ὑπηρέται δαίμονας αὐχοῦσιν, οἰκέτας αὐτοὺς ἑαυτοῖς καταγράψαντες, τοὺς κατηναγκασμένους δούλους ταῖς ἐπαοιδαῖς πεποιηκότες.*

198 a 9. Τὸ *γὰρ λέγειν.*] Hæc ipsa laudat Jamblic. lib. de Mysteriis. Audi hoc furore furentem apud Statium Thebaid. IV. Tiresiam,

> Testor, ait, divos, quibus hunc sacravimus ignem,
> Lævaque convulsæ dedimus carchesia terræ:
> Jam nequeo tolerare moram. Cassusne sacerdos
> Audior? An, rabido jubeat si Thessala cantu,
> Ibitis, et Scythicis quoties medicata pruinis
> Colchis aget, trepido pallebunt Tartara motu?
> Spernite ne, moneo: et nobis sævire facultas.
> Scimus enim, et quicquid dici noscique timetis,
> Et turbare Hecaten &c.

— a 11. *τὸ ἐν* Ἀβύδῳ.] Abydenum hoc secretum adhuc me latet.

— a 12. *τὴν βάριν στήσει.*] Baris Ægyptiacæ navis genus est, quod tametsi latius pateret, præcipue tamen, et *κατ' ἐξοχὴν*, eam significabat, quæ quotannis Isidi publice dicabatur. Vid. Observationes.

200 b pen. Πηγάνου *ἐξ ἀγρίοιο.*] De ruta et sequentibus consule Observationes.

201 ult. *ἐλέφαντος.*] Ita manusc. optime, pro *λίθου*, quod ante legebatur.

202 d 5. *ἐλαύνετε.*] Ita legendum putavi cum altero manuscr. quum prius *ἐλαύνεται* legeretur.

203 a. *αἰόλη.*] *Mobilem* verti, quod proprium clavis epitheton videbatur. Hesych. Αἰολὸς, inquit, *ἡ εὐκίνητος, ἀπὸ τοῦ αἰολεῖν, ὅ ἐστι κινεῖν*, &c. Posset etiam idem esse quod *πολύχρωμος.*

204 b 6. *τῶν εἰς ὑποδοχήν.*] Alter e manuscript. præclaram huic loco navat operam: legit enim, *ταῖς εἰς ὑποδοχὴν τοῦ θείου κατὰ τὴν ἐνάρετον καὶ φιλόθεον πρᾶξιν προηυτρεπισμέναις ψυχαῖς*: *mentibus illis, quæ sese jam ad excipiendum numen honestæ ac religiosæ vitæ rationibus compararint.*

— d 1. Ἀμφὶ *δέ.*] Corruptum locum manuscripti fœdius lacerant. F. non incommode *οἱ* mutetur in *σοι*, nulla alia mutatione: nisi malis *ἀμφὶ δέ σοι* Πυθῶ, &c. Perinde autem in *μαντεύματα* prima corripitur, ut supra in *τύμπανα* videbamus. Legi tamen posset, Ἀμφὶ *δὲ* Πυθὼ *καὶ* Κλαρίην *μαντεύματα* Φοίβου.

— d ult. Μυκαλήϊον *ὕδωρ.*] Ergo *ἀπὸ τῆς* Μυκάλης non tantum *ὁ* Μυκαλεὺς et *ὁ* Μυκαλήσιος, sed etiam *ὁ* Μυκάλειος sive Μυκα-

λήϊος. Sed quomodo hæc aqua in Didymis? Est enim Mycale in Caria, urbis montisque nomen: Didyma vero in Ionia. Et vero Mycalen inter atque Posidium promontorium, (ultra quod Didymæum oraculum fuit,) septem stadiorum fretum interceptum erat, ut auctor est Strabo lib. xiv. Nodum solvit optime Pausanias 1. Heliac. p. 153. extrema, Τῷ δὲ Ἀλφειῷ, inquit, *τὸ αὐτὸ πάσχει καὶ ὕδωρ ἄλλο ἐν Ἰωνίᾳ. Τούτου δὲ τοῦ ὕδατος πηγὴ μέν ἐστιν ἐν Μυκάλῃ τῷ ὄρει· διεξελθὸν δὲ θάλασσαν τὴν μεταξὺ, ἄνεισιν αὖθις κατὰ Βραγχίδας, πρὸς λιμένι ὀνομαζομένῳ* Πανόρμῳ. Recte igitur cum Alpheo fluvio comparatur, qui juxta Elidem in Arcadia ortus per Adriaticum mare defluere, ac rursus in Arethusam, qui Siciliæ fons est, erumpere dicitur.

205 a 1. Πυθῶνος, &c.] Castaliam, seu Castalium fontem intelligit. Pausanias in Phocic. 324. Ἐκ δὲ *τοῦ γυμνασίου, τὴν ἐς τὸ ἱερὸν* (Delphicum) *ἀνιόντι, ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ τὸ ὕδωρ τῆς* Κασταλίας, *καὶ πιεῖν ἡδύ*. En Pytho, seu Delphi. Parnassum dat paulo post ibid. Panyasis quidam poëta, qui de Hercule,

Παρνασσὸν νιφόεντα θοοῖς διὰ ποσσὶ περήσας
Ἵκετο Κασταλίης Ἀχελωΐδος ἄμβροτον ὕδωρ.

Et Plinius lib. iv. c. 3. *Oppidum Delphi sub monte Parnasso, clarissimum in terris Oraculo Apollinis: Fons Castalius: Amnis Cephissus*, &c.

— a 3. *κραναὴ* Κλαρίη.] Forte Κλαρίαν seu Κλαρίην fontem ipsum appellat, ut Castalia fons erat Castalius. Geographi certe omnes omnesque historici Κλάρον, non Κλαρίαν, vel urbem vel montem appellant. Κραναὴν autem, credo quod ex salebroso specu fons ille seu lacuna fatidica prorumperet. Plin. lib. ii. c. 103. *Colophone*, inquit, *in Apollinis Clarii specu, lacuna est, cujus potu mira redduntur oracula.*

— b 4. Παυσαμένου.] Plutarch. de oracul. def. p. 411 d.

— b pen. *καὶ διαπορεῖν*.] Hic omnino distinguendum videtur, et post *ἀμαύρωσιν* virgula tantum adhibenda, hoc sensu: *Nihil vero est, quamobrem de unis illis sciscitemur atque disputemus, cum hic etiam extincta esse oracula, vel potius uno alterove duntaxat exceptis, cætera passim omnia defecisse videamus.*

— c 2. ἀλλὰ *κοινῇ*.] Plutarch. ἀλλ' *ἐκεῖνο*.

— d 7. Τὸ *μὲν ἐφεστάναι*.] Supra noster 184 d ult. jam loci hujus principium attulit, quem hic pertexit uberius.

206 b 2. ὁ δίδως.] Ita Plutarch. et bene, cum διδοὺς perperam legeretur.

— c 4. *εὐλόγχων εἰδώλων*.] Sic idem philosophus sub initium Pauli Æmilii, Δημόκριτος *μὲν γὰρ*, inquit, *εὔχεσθαί φησι δεῖν, ὅπως εὐλόγχων εἰδώλων τυγχάνωμεν, καὶ τὰ σύμφορα καὶ τὰ χρηστὰ μᾶλλον ἡμῖν ἐκ τοῦ περιέχοντος ἢ τὰ φαῦλα καὶ τὰ σκαιὰ συμφέρηται.* Quam tamen ejus precationem, ut superstitione plenam, et philosopho indignam repudiat. Vide sequentia. Porro hunc locum docte et accurate Xylander illustrat ex Tullio, Epist. ad Fami-

liar. XV. 16. et 1. de Natura deorum, ubi orator hæc inter cætera sect. 121. [I. 43.] *Mihi quidem etiam Democritus nutare videtur in natura deorum. Tum enim censet imagines divinitate præditas inesse universitati rerum: tum animantes* (for. *animatas*) *imagines, quæ vel prodesse nobis solent,* (εὔλογχα hæc εἴδωλα sunt,) *vel nocere:* (hæc δυστράπελα:) *tum ingentes quasdam imagines, tantasque, ut universum mundum complectantur extrinsecus. Quæ quidem omnia sunt patria Democriti quam Democrito digniora.* Vide et sect. 107 et 108. ejusdem libri. Plutarch. in Sympos. quam imagines istæ nihili fierent, ostendit his verbis, τῶν δὲ Δημοκριτείων, inquit, εἰδώλων, ὥσπερ Αἰγιέων ἢ Μεγαρέων, ἀριθμὸς οὐδεὶς, οὐδὲ λόγος. Quo de loco vid. infra p. 224 d 9. in Not.

— c 5. μοχθηρὰ, &c.] Plutarch. ita melius, μοχθηρὰς γινώσκων ἔχοντα προαιρέσεις τινὰς καὶ ὁρμάς.

— d 6. ἐπεὶ δεδειπνηκότες ἦσαν.] Plut. brevius, Πίνειν ἔτι δεδειπνηκότας.

— d 8. Θαμνοῦν.] Plut. Θαμοῦν, et deinde Θαμοῦς constanter. Non abludit nomen urbis Ægypti celeberrimæ, quæ Θμουῒς olim dicebatur. Et Plato regem Ægyptium agnoscit in Phædro Θαμοῦν nomine.

207 d 6. χαλάζας τρέφουσι.] Plutarch. ζάλας τρέπουσι.

209 a 9. τις τῶν νέων.] Œnomaus ille est, quem infra p. 213 c 1. nominatim appellat, homo acer ac vehemens, qui cum in fraudem ab oraculo quodam inductus esset, oraculorum istorum vanitatem omnium in oculis defigere statuit. Vid. Observat.

—— γοήτων φοράν.] Ita omnes. At p. 213 c 2. alter ex manuscript. habet φθορᾶς. Utrumque tamen repudiandum videtur, et mutandum in φωρᾶς: quæ vox *præstigiatorum investigationem* et quasi *deprehensionem* significat. Quomodo legit Theodoret. lib. vi. de Græcor. affection. p. 86, 22. ubi de Œnomao, καὶ τὸ μὲν ξύγγραμμα, inquit, φωρὰν γοήτων ὠνόμασε, i. e. *ac suum illud opus præstigiatorum deprehensionem inscripsit.* Erit igitur hic γοήτων φωρὰν ἐν οἰκείῳ συγγράμματι πεποιημένος, qui *peculiari libro præstigiatorum deprehensionem instituit:* et p. 213. τὰ κατὰ τῆς τῶν γοήτων φωρᾶς, *in sua illa præstigiatorum deprehensione persequitur,* et p. 254 d 7. ubi eadem quæ Theodoretus.

210 c 2. Ἀριστόμαχος, &c.] Totum hunc locum pluribus in Observationibus excutio.

212 a 3. Τί οὖν ὁ θαυμάσιος.] Affinia Theodoret. lib. cit. p. 139, 52. Καὶ ταῦτα ὁ Πύθιος δέδρακεν, inquit, πολυτάλαντα παρ' ἐκείνου δεξάμενος δῶρα. Δυοῖν τοίνυν θάτερον, ἢ ἀλαζών ἐστιν ἢ ἀχάριστος· ἢ γὰρ ἃ μὴ εἶδεν εἰδέναι βρενθύεται, ἢ ἐπιστάμενος, ἑκών γε ἀδικεῖ τοὺς θεραπεύειν ἐσπουδακότας. Adi Herodot. I. p. 20. ubi regia plane donaria leguntur, quibus Delphici Apollinis templum Crœsus ornabat: et p. 42. ubi suam Apollini vanitatem ac perfidiam objicit, legatosque suos quærere nominatim jubet, Εἰ ἀχαρίτοισι νόμος εἶναι τοῖσι Ἑλληνικοῖσι θεοῖσι. Leges ibidem improbi dæmonis apologiam.

212 c 6. *ὅσα ψάμμον ἄξια.*] Subobscure videtur illud *αἰνίττεσθαι* Apollinis ejusdem responsum, quod infra p. 204 b 4. dimidiatum, apud Herodot. lib. i. p. 20. integrum citatur, et apud Suidam v. *Κροῖσος*,

> Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμον τ' ἀριθμὸν, &c.

Quod prooemium repetit Œnomaus infra p. 230 b 4. leviter immutatum.

— c 8. *κρατερίνοιο χελώνης.*] Herodot. ibid. ita responsum illud conceptum refert, quo quid certo die apud Crœsum fieret Pythius indicabat,

> Ὀδμή μ' ἐς φρένας ἦλθε κρατειρῆ, οἷα χελώνης
> Ἑψομένης ἐν χαλκῷ ἅμ' ἀρνείοισι κρέεσσι,
> Ἧι χαλκὸς μὲν ὑπέστρωται, (male apud Suid. *ὑπέρκειται*) *χαλκὸν δ'* *ἐπίεσται.* (for. *χαλκοῦν* vel *χαλκὸς ἐπίεστι.*)

Ita Herodoti editio Græcolat. Henr. Stephani: qui e regione primi vers. annotat, in manuscr. legi *κραταιρήνοιο*, pro *κρατειρῆ οἷα*. Sane vereor, ut *κρατειρὸς* valde sit in usu pro *κρατερὸς*, et noster hic Œnomaus aliquid *τοῦ κραταιρήνοιο* similius probasse visus est. Id fortassis erat *κραταιρίνοιο*, (nam et Suidas habet *κρατερίνοιο*,) ut enim dicunt *κραταιγύαλος*, *κραταίπους*, et simil. sic *κραταίρινος* dici queat, hoc est, *testæ durioris*, *σκληροτέρου καὶ στερροτέρου δέρματος*. Est enim *ῥινὸς*, *δέρμα*, *βύρσα*, imo et *ἀσπὶς*, ut notum est, cui non absimilis illa testudinis domuncula *σύμφυτος*. Audi Homerum hymno in Mercur. v. 48. ubi de testudine illa novam in citharam a Mercurio conformata,

> Πειρήνας διὰ νῶτα διὰ ῥινοῖο χελώνης.

Prope est ut legendum putem *κραταιρίνοιο*[1]: quæ enim aut cujusmodi est ista conjunctio, *διὰ νῶτα*, *διὰ ῥινοῖο*? Hinc et Oppiano Ἁλιευτ. 1. *ἀσπιδόεσσα χελώνη*, *clypeata testudo*. Quid testudo militaris, tam Latina, quam Græca?

— c 10. *οὐκ ἀληθὲς μὲν ὄν.*] Aliter Herodoto persuasum: *ὁ δὲ* (Crœsus) *ὡς τὸ ἐκ Δελφῶν ἤκουσεν*, inquit loco cit. *αὐτίκα προσεύχετό τε καὶ προσεδέξατο, νομίσας μοῦνον εἶναι μαντήϊον τὸ ἐν Δελφοῖσι, ὅτι οἱ ἐξευρήκεε τὰ αὐτὸς ἐποίησε*, &c. cum responso plane congruentia.

213 a 11. *ἡμίονος.*] Ita responderat Pythius apud Herodot.

> Ἀλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται·
> καὶ τότε, Λυδὲ ποδαβρὲ, πολυψηφῖδα παρ' Ἕρμον
> φεύγειν, μηδὲ μένειν, μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι.

— b 2. *ἤδη.*] Ita *γρ.* et recte pro *ἤδη*.

— b pen. *Τὶ δὲ σὺ κνηφίας.*] Ita omnes: nisi quod unus *σοὶ* pro *σὺ* legit. Mihi quidem *τὸ κνηφίας* ignota vox est. Quod

[1] Eo in loco nunc legitur *λιθόρρινοιο*, ex Piersoni Emend. Verisim. II. 2. p. 156. qui Vigeri emendationem *elegantem nec indignam quæ a Barnesio in textum reciperetur* appellat.

sufficerem, aliud, præter *τί δέ σοι κνίσσας*, occurrit nihil: et *ἀκολουθία οὐκ ἀπροσδιόνυσος.*

214 a 2. *παρὰ σοῦ.*] Nulla hic erat ante distinctio, quam tamen sententia maximam postulare videbatur. Oraculum enim, opinor, sequitur, quod bonum Œnomaum in errorem induxerat.

—— *ἐν Τριχῆνος.*] Ita etiam paulo post, *Τριχῆνα.* Sed alter manuscr. habet *Τραχῖνα.* Quæ mihi lectio rectior visa est. Vid. Observat. et inf. p. 260 a 8.

— a 4. *πανημαδόν.*] Rara vox, si proba est, quæ *πανῆμαρ*, credo, significat. Quid si *πανήδαμον*[k], quod Hesychio est *διὰ βίου*?

—— *ὑδάτεσσιν.*] Vid. Observat.

— a 9. *Ἡσιόδειόν τινα.*] Tralatitium illud Hesiodi significat,

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν,
καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.

Porro hinc etiam liquet legendum *Τραχῖνα*, cum ex hoc nomine, *τραχὺ* et asperum aliquid sonante, illum Œnomaus Hesiodi sudorem *καὶ τρηχὺν οἶμον* ominaretur.

— c 8. *φάτνας.*] *Mensas* reddere malui, quam *stabula*, vel *præsepia.* Hesych. *Φάτνη· καὶ ἡ τράπεζα, καὶ ἡ τῶν κτηνῶν, καὶ εἴ τι τῶν τοιούτων.* Eadem Suidas habet: tametsi quod ait Œnomaus, *παροιμιῶδές τι* præ se ferre, et equos longo fessos itinere et stabuli quietem ac pabulum anhelantes respicere videatur.

215 a 3. *Ἔν τε τοῖσιν εὐπελ.*] Ad supplendum hoc oraculum opus sit plus quam Œdipo.

— a 5. *οὐδὲ μικρὸν ἕξεται.*] E manuscr. alter, *οὐδέ μιν σκομφύξεται*, et supra, *σκομφιέζεται.* Alter, *οὐδὲ μὴν σκομφυέζεται.* Montac. *οὐδὲ μίαν σκομφυέζεται*, et in margine, *σκομφίζεται.* Multa, et mala, *καὶ οὐδὲν ὑγιές.*

— 216 b 4. *Ὦ μέλεοι.*] Vide Theodoret. lib. x. de Græcor. Affectionibus. Pythiæ responsum hoc est, Aristonices nomine, ut scribit Herodot. lib. vii. p. 487. ubi Athenienses Græciæ *σωτῆρας* appellat, quod frementibus licet oraculorum minis atque terroribus invadentem hostem fortiter excepissent. Magna in oraculo diversitas. In primo versu, *λιπὼν φεῦγ'*, pro *πόλιν φύγετ'.* Secundus apud Herodotum additur, *Δώματα, καὶ πόλιος τροχοειδέος ἄκρα κάρηνα.* Tertius, qui Herodoto quartus, *Οὔτε πόδες νέατοι, οὔτ' ὧν χέρες, οὔτε τι μέσσης.* (Hinc quintus sequitur) *Λείπεται, ἀλλ' ἄζηλα πέλει, κατὰ γάρ μιν ἐρείπει* (recte, non *ἔρριψε*, ut hic.) Quartus, Herodoto sextus, habet *συριηγενὲς*, melius quam *συριγενές.* Quintus, Herod. septimus, *Πολλὰ δὲ κἄλλ' ἀπολεῖ πυργώματα, κοὐ τὸ σὸν οἶον.* Post *δείματι παλλόμενοι*, addit,

κατὰ δ' ἀκροτάτοις ὀρόφοισι
Αἷμα μέλαν κέχυται· προϊδὸν (malim *προΐδον*) *κακότητος ἀνάγκας.*
Ἀλλ' ἴτον ἐξ ἀδύτοιο, κακοῖς δ' ἐπικίδνατε θυμόν.

[k] In Hesychio *Πανημαδὸν* favente literarum ordine reposuit Alberti.

215 d 4. *οὐ δυναταί.*] Herodot. ibid. secundum versum implet, *καὶ μήτιδι πυκνῇ.* Quartum vero sic,

ὅσα Κέκροπος οὖρος (tum 5. sequitur)
Ἐντὸς ἔχει, κευθμῶν τε Κιθαιρῶνος ζαθέοιο·

Post *πεζὸν ἰόντα,* addit Herodotus,

Πολλὸν ἀπ' ἠπείρου στρατὸν, ἥσυχος· ἀλλ' ὑποχωρεῖν,

tum seq.

Νῶτον ἐπιστρέψας, ἔτι τοί κοτε κἀντίος ἔσσῃ, i. e. *si forte adversus adhuc eris.*

Sed alt. e manusc. *ἔσται* pro *ἔσσῃ*, quod etiam malui, præsertim quod Œnomaus inf. p. 218 c 2. hanc vocem repetat. Porro, quæ necessaria non putabat, resecuit Œnomaus.

— d 7. *ἀδάμαντι.*] Interpres Herodoti, *adamanti propinquans,* vel, *adamante,* ut Nicephori Synesiani interpres vertit p. 368. Ego *Minervam* intellexi, cujus hic res agebatur. Ἀδάμας, quasi *ἀδάμαστος* Minerva, non tantum *διὰ τὸ ἐν πολέμοις ἄμαχον,* quo modo Hesych. *τὸ ἀδάμας* explicat, *ἀθαμβὴς* et *ἰσχυρὸς*, sed etiam quod virgo et innupta persisteret, et cognomento *Παρθένος* in Atheniensi arce coleretur.

— d 10. *Τριτογενεῖ.*] Alt. e manuscr. *Τριτογενείῃ*, recte, *κατὰ συνίζησιν.* Porro Theodoretus hæc cum præcedentibus pugnare contendit, *Τούτῳ γε,* inquit, (nempe *τῷ, Οὐ δύναται Πάλλας,*) *ἄντικρυς ἐναντίον τὸ ἐφεξῆς. Εἰπὼν γὰρ ὡς ὁ Ζεὺς οὐ πείθεται ποτνιωμένῃ τῇ Ἀθηνᾷ, ὥσπερ μεταβληθεὶς ἔφη πάλιν, Τεῖχος Τριτογ.* &c. Responderet fortasse callidus vates ita placari Jovem non potuisse, ut a Persis urbi parceretur; hoc Minervæ tamen indulsisse, ut ligneo muro salutem quærerent.

217 a 1. *Ὦ θεία Σαλαμίς.*] Themistocles apud Plutarchum ex illo Salaminis epitheto bene ominari jubet. *Τῷ δὲ χρησμῷ,* inquit Plutarchus, *πάλιν ἐδημαγώγει, λέγων μηδὲν ἄλλο δηλοῦσθαι ξύλινον τεῖχος, ἢ τὰς ναῦς. διὸ καὶ τὴν Σαλαμῖνα θείαν, οὐχὶ δειλὴν, οὐδὲ σχετλίαν καλεῖν τὸν θεὸν, ὡς εὐτυχήματος μεγάλου τοῖς Ἕλλησιν ἐπώνυμον ἐσομένην.* Simile huic oraculum Pandosenis editum, *Πανδοσίη τρικόλωνε, πολύν ποτε λαὸν ὀλέσσῃς,* ut est apud Steph. de Urbib. v. *Πανδοσία.* Quod oraculum Alexandro Ætolo circa illud Brettiorum oppidum pestem creavit.

— c 4. *Πῶς δὲ, ὦ μάντι.*] Gemina Theodoret. *ἠγνόησε γάρ που, ὡς ἔδειξε, τοὺς τεθνηξομένους, εἴτε Πέρσαι εἶεν, εἴτε Ἀθηναῖοι. διὰ τοῦτο γυναικῶν ἐμνήσθη μόνον, τὸ δὲ τούτων ἔθνος ἐσίγησε. καὶ τὸ, σκιδναμένης δὲ Δημήτερος ἢ συνιούσης, ἀγνοοῦντός ἐστι παντελῶς τὸν τῆς νίκης καιρόν.* Equidem posteriorem hunc versum de sementis messisve temporibus accipio, vere, autumno, vel adulta jam æstate. Nam in semente jactatur Ceres, in messe colligitur. Nec Œnomaus aliter accipit infra, d. Vide tamen Observationes.

— 9. 10. *οὐδὲ θεοὶ ἐπικυκλ.*] *γρ. οὐδ' οἱ θεοὶ ἐπισκυκλούμενοι.* f. leg. *ἐπεισκυκλούμενοι*, vel *ἐπικεκλημένοι*, prius tamen illud malim.

218 b 2. σοί γε.] Malim σύ γε, quemadmodum etiam altero in manuscr. reperi, licet τό σοι additum insuper fuerit.

— b 4. μηδὲ δεῖσθαι.] Clarum est legendum μηδ' αἰδεῖσθαι, quemadmodum est in manuscr. et apud Herodotum, qui etiam κακὸς habet, non κακόν. Est enim versus hic tertius ex iis, quibus Crœso respondit oraculum, quos supra exscripsimus ad p. 213 a 11.

— b 6. ὁ γοῦν λυσάμενος.] Themistoclem innuit. Lege Herodot. lib. vii. ubi varias intricati oraculi explicationes recenset.

— b ult. τὸν Λυδόν.] Crœsum.

219 b 1. ὑμῖν ὦ Σπάρτης.] Herodot. VII. p. 520. Spartam vocat εὐρύχορον, a regionis potius quam urbis amplitudine. Fuit enim Laconica, totius Peloponnesi magnitudine ac nobilitate princeps. Thucyd. I. p. 8. Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας νέμονται (Lacedæmonii) τῆς τε ξυμπάσης ἡγοῦνται· tametsi Scholiast. et Strabo VIII. id sic intelligant, ut Lacedæmonii partes duas, Laconicam et Messeniam, obtinerent. Aristotel. Polit. II. c. 9. ait Spartanum agrum χιλίους ἱππεῖς καὶ πεντακοσίους καὶ ὁπλίτας τρισμυρίους alere potuisse. Fuit olim ἑκατόμπολις, ut Creta, qui numerus ad triginta decrevit. Homerus item Iliad. β'. [581.] Λακεδαίμονα κητώεσσαν nominans, regionem, non urbem intelligit: sequitur enim Φάριν τε Σπάρτην τε. At τὸ κητώεσσα, inquit Eustathius, δηλοῖ τὴν μεγάλην, παρὰ τὸ κῆτος τὸ μεῖζον τῶν ἐνύγρων. Quam explicationem Strabo quoque mavult VIII. [p. 564 b.] Urbem ipsam quod attinet, Thucydides loco citato scribit, eam οὔτε ξυνοικισθεῖσαν, οὔτε ἱεροῖς καὶ κατασκευαῖς πολυτελέσι χρησαμένην, κατὰ κώμας δὲ τῷ παλαιῷ τῆς Ἑλλάδος τρόπῳ οἰκισθεῖσαν, φανῆναι ἂν ὑποδεεστέραν: Athenæ contra si everterentur, διπλασίαν ἂν τὴν δύναμιν εἰκάζεσθαι ἀπὸ τῆς φανερᾶς ὄψεως τῆς πόλεως, ἢ ἔστιν.

— b 6. βασιλῆα] Leonidam. Quo de multa et præclara historici, Herodotus in primis VII. Is ad Thermopylas adversus terdecies centena Persarum millia cum quatuor Peloponnesiorum millibus dimicavit. Unde illud Epigramma,

Μυριάσιν ποτὲ τῇδε τριηκοσίαις ἐμάχοντο
Ἐκ Πελοποννήσου χιλιάδες τέτορες.

Imo dimissis postmodum sociis, sexcenti tantum fereque Spartani, duce Leonida, castra quingentorum millium irrupere, ut scribit Justin. II. [c. 11.] Eadem Diodor. Sicul. XI. p. 8. Herodotus de irruptione nihil. Adi Observationes.

220 b 4. οἱ Κνίδιοι.] Fuse Herodot. I. p. 80. Lacedæmoniorum coloni fuere, illamque Asiæ regionem tenuere, quæ Triopium ad mare vergebat.

—— Ἁρπάγου.] Fuit is et Cyri servator infantis, et fortissimus imperator.

—— Ἰσθμὸν μή.] Herodotus, Ἰσθμὸν δὲ μή. Senarii duo sunt.

221. b 5. Ἐφήσει.] Ita γρ. cum ante perperam editum esset, οὐδὲ φήσει.

221 b 8. *ἀπάτῃ νικήσαντες.*] Hanc victoriam Aristodemo duce retulerunt Messenii, ut scribit Pausanias in Messenic. p. 121. [IV. 11, 4.] ubi circa montem Ithomen insidias a Messeniis collocatas ait, quæ victoriæ caussa fuerint, cum recentes in fessos ac debilitatos irruissent. *Οὗτοι μὲν,* inquit, *ἐλόχων τῆς Ἰθώμης ἔνθα ἔμελλον ἥκιστα ἔσεσθαι σύνοπτοι,* &c. Atque hæc illa est *ἀπάτη,* cujus hic meminit.

— c 1. Οὔ *σε μάχης.*] Pythiæ oraculum est, quod ab eodem Pausania refertur p. 122. [IV. 12.]

— c 3. *γαῖαν.*] Pausan. *λείαν.* Œnomaus sine dubio legit *γαῖαν,* cum paulo ante dixerit, *περὶ Μεσσηνίων καὶ τῆς γῆς, ἧς εἶχον,* &c.

—— Ἄλλος.] Pausan. *λαός.*

—— *τέχναις τις.*] Pausan. *τέχναισιν ἀλώσ.* Tum addit, Lacedæmonios in omnem se versasse partem, ut fraudi fraudem reponerent.

— c 7. Εἰρήνης *μᾶλλον.*] Alter manuscr. et Mont. Εἰρήνης *δὲ μᾶλλ.* Reponi fortasse possit, Εἰρήνης *ἂν μᾶλλ. μ. κελεύοι,* i. e. *Juberet vero potius,* &c. Nam quæ sequuntur, hanc sententiam postulant.

— c 8. Οἱ *δέ.*] Malim Οἵ *γε,* vel *οἱ δή.*

— c 10. Αἰρησόμενοι.] Placuit *ἐρησόμενοι,* quod habet *γρ.,* i. e. *Apollinem consulturi.* Posset etiam *αἰρόμενοι, elati.*

— d 8. Παρθένον, &c.] Consule Observationes.

222 b ult. Ἥκεις.] Oraculi hujus meminerunt Herodot. I. p. 28. Plutarch. in Lycurgo p. 42. Theodoret. X. de Græcor. Affect.

— d pen. *εἰ θεός.*] Clarum est ita legendum fuisse, non *ἢ θεός.*

223 a 11. *διδῶτε.*] Ita *γρ.* et recte, nam *διδῶται* mendosum erat.

— b 2. *ἐποπιζόμενοι.*] Hesych. Ἐπόπιζε, *ἐντρέπου, ἐπιστρέφου, κατασκεύαζε, φυλάσσου.*

—— Μενέλαον.] *γρ.* Μενελᾶν, recte, tametsi Μενέλαον *κατὰ συνίζησιν* dici possit. Hæ porro cum paulo post sequentibus leges videntur esse, quas Herodot. I. [65.] scribit, nonnullos putasse conceptis verbis a Pythia dictatas fuisse. Hoc ipsum Clem. Alexandr. Strom. I. et Strabo X.

— c 2. Δήλοιο *θυώδεος.*] Ita reposui, cum perperam excusum esset, *δὴ λοιοθυώδεος.*

— c pen. *ἔτι.*] Sensus postulare videtur, *οὐκέτι.*

— c ult. *συνθώκου.*] Ita conjunxi, quæ distracta erant *σὺν θώκου.*

— d 11. *πέραν.*] Plane legendum videtur *περᾷν,* sensu facillimo, quam etiam lectionem in Mont. reperi. Quod sequitur *ἦν δὴ,* retineri potest; nam *ἡγεῖσθαι* pro *ἡγοῦ* positum est, ut solet in legibus illis sanciendis præceptisque dandis infinitivus imperativi locum tenere.

224 b 4. *ἄπορος.*] Τουτέστιν *εἰς πᾶσαν καθιστᾶσα τὴν ἀπορίαν.* Ad homines etiam vox ista significatioque transfertur, raro licet

exemplo. Ita Plato in Apolog. [p. 18 d.] ὅσοι δὲ φθόνῳ καὶ διαβολῇ χρώμενοι ὑμᾶς ἀνέπειθον, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ πεπεισμένοι ἄλλους πείθοντες, οὗτοι πάντες ἀπορώτατοί εἰσιν. Quem locum vereor ut satis fideliter interpretes expresserint, maximeque postrema. Nam Serranus quidem sic, *Illi vero nusquam comparent.* Atqui, ex eo potius quod nusquam ipsi comparerent, id sequebatur, ut essent ἀπορώτατοι. Ficinus autem, *Hi omnes infiniti omnino sunt.* Credo, sine caussa Socrates hac hyperbole uteretur. Integrum locum ita redderem; *Quotquot autem invidia calumniaque usi a vobis fidem impetrarunt: (qui quidem hanc in opinionem inducti ipsi quoque alios jam inducunt:) ii certe omnes hanc mihi defensionem longe difficillimam efficiunt.* At si legeretur, οὗτοι πάντων ἀπορωτ. (quod equidem optaverim) sensus esset, *Ii certe mihi longe difficiliorem, quam cæteri omnes, defensionem efficiunt:* Τουτέστι, πάντων οὗτοί με ἀπορώτατον ἀποφαίνουσι, vel πλείστην ἐμοὶ πάντων καὶ μεγίστην παρέχονται τὴν ἀπορίαν. Ita πόρος interdum ἀντὶ τῆς μεθόδου qua obscurum aliquid eruatur, aut difficile comparetur, Herodot. II. p. 100. Ψαμμήτιχος γὰρ, ὡς οὐκ ἐδύνατο πυνθανόμενος πόρον οὐδένα τούτου ἀνευρεῖν, οἳ γένοιντο πρῶτοι ἀνθρώπων, *ut vidit nullam quærenti sibi viam aperiri, qua hominum qui primi extitissent, intelligeret.*

224 c 5. Ἠετίων.] Herodot. V. p. 366. oraculi hujus mentionem facit, ubi plura de hoc Eetione, Cypseli patre, qui Cypselus Corinthi deinde tyrannidem arripuit.

— c 6. Λάβδα κύει.] Hæc Eetionis uxor, Cypseli mater, Amphionis Bacchiadæ filia. Herodot. ib.

——— δ' ὀλοοίτροχον.] Herodotus ὀλοίτροχον, ut et alibi. Utrumque in usu est; sæpius tamen ὀλοοίτροχον, leni spiritu, dum significat τὸν ἐπὶ τὴν ὄλλυσιν τρέχοντα, ut hic. Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόνικος, inquit Etymologicon magnum, ψιλοῦσι παροξύνοντες, ἀκούοντες τὸν ἐπὶ τὸ τρέχειν ὀλοόν. Quam significationem ab Hesychio præteritam esse miror. Plura Eustath. ad vers. 137. Iliad. ν'. Porro hic ὀλοοίτροχος Cypselum subobscure significat, qui tanquam immanis quidam et vastus molaris Corinthios obtriturus esset. Vid. infra p. 233 a. Cæterum idem Herodotus, lib. citato, p. 366. ex hujus oraculi verbis, prius alterum a Corinthiis intellectum esse ait, quod Bacchiadis editum fuerat hunc in modum:

Αἰετὸς ἐν πέτρῃσι κύει, τέξει δὲ λέοντα,
καρτερὸν, ὠμηστήν· πολλῶν δ' ὑπὸ γούνατα λύσει, &c.

Aquila Cypseli matrem Labdam significabat; Petra vero, tribum Petram nomine, in qua censebatur Eetio.

— d 4. Γαίης μέν.] Idem oracul. refertur a Theodoreto X. de Græcor. affection. et a Joann. Tzetze, Chiliad. 9. histor. 291. et al.

— d 3. Θρηΐκιαι.] Tzetzes habet Θετταλικαί. Sed equi Thracii apud omnes laudatissimi. Athenæus tamen lib. vii. p. 278. ἵππον

Θεσσαλικὴν maluit, ubi de Archestrato, qui maria cuncta lustraverat, ut, ubi præstantissimum quodvis edulium reperiretur, indicaret.

224 d 3. Λακεδαιμόνιαι.] Theodor. loco citato, carpendi oraculi ansam jure hinc arripiens, Οὗτος, inquit, καὶ τὰς Λακεδαιμονίων ἐπαινεῖ γυναῖκας, ἀδεῶς οἷς ἂν ἐθέλωσι μιγνυμένας.

— d 9. Ἀρεθούσης.] Tam incertum est, quos Pythia viros intelligat, quam multas ac celebres Arethusas fuisse constat. Porro Tzetzes his versibus alios quinque subjungit, idem ad oraculum pertinentes. Hos accipe:

> Ἀλλ' ἔτι καὶ τῶν εἰσιν ἀμείνονες, οἳ τὸ μεταξὺ
> Τίρυνθος ναίουσι καὶ Ἀρκαδίης πολυμήλου,
> Ἀργεῖοι λινοθώρηκες, κέντρα πτολέμοιο.
> Ὑμεῖς δ', Αἰγιέες, οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι,
> Οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

Qui Ægiensibus editum hoc oraculum fuisse volunt, penultimum versum ita scribunt, ὑμεῖς δ' Αἰγιέες, ut Tzetzes, Mnaseas, Stephanus in Αἴγιον, Suidas in Αἰγιεῖς. Qui vero Megarensibus, legunt ὑμεῖς δ' ὦ Μεγαρεῖς. Plutarchus in Symposio utrosque conjungit, τῶν δὲ Δημοκριτείων, inquit, εἰδώλων, ὥσπερ Αἰγιέων, ἢ Μεγαρέων, ἀριθμὸς οὐδεὶς, οὐδὲ λόγος. Forte Megarenses cum Ægiensibus, debellatis Ætolis, Pythiam una consuluerant. Qui plura volet, adeat parœmiographum [Erasmum] Chil. 2. cent. 1. Proverb. 79. Sed caveat, ne ab eo Mneam pro Mnasea, vel Æginenses pro Ægiensibus accipiat.

225 c 1. Εἴκοσι.] Meminit Athenæus lib. i. p. 22 e. laudatque Mnesitheum Atheniensem, a quo proditum id memoriæ fuerit. Carmen sane τῶν ἀκροθωρήκων poculis dignius, quam Apollinis cortina vel tripode oraculum, nisi dæmon Apollo foret.

— c 6. Ἐργῖνε.] Pausanias in Bœotic. p. 311. pluribus, Erginus hic rex Orchomeniorum fuit, Clymenoque patri successit, Presbonis filio, Phrixi nepoti, a Thebanis interfecto. Is jam senior, liberorum cupidus, Apollinem consuluit. Cujus ex oraculo puellæ cum nupsisset, liberos ex ea duos suscepit, Trophonium et Agamedem: tametsi Trophonius Apollinis, non Ergini filius haberetur.

226 c pen. Ἐπιμενιδείους καθαρμούς.] Phæstium Epimenidem spectat, cognomento καθαρτὴν, sive, quod ἀττικώτερον est, ἀπομάκτην, qui, ut Suidas auctor est, πολλὰ μυστήρια ἐπικῶς ἔγραψε, Athenasque ipsas ἐκάθηρε τοῦ Κυλωνίου ἄγους. Tullius II. [11.] de Legibus, *Illud*, inquit, *vitiosum Athenis, quod Cylonio scelere expiato, Epimenide Crete suadente, fecerunt Contumeliæ fanum, et Impudentiæ. Virtutes enim, non vitia consecrare decet.* Plutarch. in Solone p. 84. pluribus, ubi eum a quibusdam, omisso Periandro, septimum sapientem habitum esse refert. Ἐδόκει δὲ, inquit, τις εἶναι θεοφιλὴς, καὶ σοφὸς περὶ τὰ θεῖα, τὴν ἐνθουσιαστικὴν καὶ τελεστικὴν σοφίαν. Τὸ δὲ μέγιστον, ἱλασμοῖς τισι καὶ καθαρμοῖς καὶ ἱδρύσεσι κατοργιά-

σας καὶ καθοσιώσας τὴν πόλιν, ὑπήκοον τοῦ δικαίου καὶ μᾶλλον εὐπειθῆ πρὸς ὁμόνοιαν κατέστησε. Vide Laërtium in ejus vita, Pausaniam in Attic. Eusebius noster id factum ait Olymp. 45 an. ult.

227 c 3. *Ἀθάνατος.*] Idem oraculum arguitur a Theodoreto lib. x. [p. 141, 20.] de Græcor. affection. ubi Archilochum ejusdem *αἰσχρολογίας* damnat. Suidas, *Ἀρχίλοχον ποιητὴν γενναῖον τἆλλα, εἴ τις αὐτοῦ τὸ αἰσχροπρεπὲς* (leg. *αἰσχροεπὲς*) *καὶ τὸ κακόρρημον ἀφέλοι,* &c. Ob eandem libris ejus Lacedæmonii locum in urbe nullum esse voluerunt, *quod,* (ut Valerius Maxim. VI. c. 3. loquitur,) *eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur. Noluerunt enim ea liberorum suorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quam ingeniis prodesset.* Multi hac de re multa.

— c 6. *Μνησαρχίδῃ.*] *Μνήσαρχος* etiam vocabatur. Suidas, *Εὐριπίδης, Μνησάρχου, ἢ Μνησαρχίδου, καὶ Κλειτοῦς.*

— d 1. *στεφέων ἱερῶν.*] Idem Suid. *νίκας δὲ εἵλετο πέντε, τὰς μὲν τέσσαρας περιὼν, τὴν δὲ μίαν μετὰ τελευτὴν, ἐπιδειξαμένου τὸ δρᾶμα τοῦ ἀδελφιδοῦ.*

— d 5. *ἀμαυρῶν ἠελίων δισσῶν.*] Duos oculos intelligo, quo utroque captus ille *μήορος* [Etym. M. p. 623, 47.] *Ὅμηρος.*

— c 10. *Ὄλβιε,* &c.] Audi Theodoret. ibid. *Τὸ μὲν,* inquit, *διὰ τὴν ἐπιγενομένην τυφλότητα· τὸ δὲ, διὰ τὴν ποίησιν.*

228 b pen. *Μουσῶν θεράπων,* &c.] Suidas eadem in Archilocho.

— c 4. *τὸν Ἀρχίαν.*] Interfectorem Archilochi Suidas et alii non Archiam, ut Œnomaus, sed Kallondam vocant, cognomento Coracem. Plutarchus De sera numinis vindicta p. 560 e. *Ὁ γὰρ ἀποκτείνας,* inquit, *ἐν τῇ μάχῃ τὸν Ἀρχίλοχον ἐκαλεῖτο Καλλώνδης, ὡς ἔοικεν· ἦν δ' αὐτῷ Κόραξ ἐπωνύμιον. Ἐκβληθεὶς δὲ τὸ πρῶτον ὑπὸ τῆς Πυθίας, ὡς ἱερὸν ἄνδρα τὸν Μουσῶν ἀνῃρηκὼς, εἶτα χρησάμενος λιταῖς τισι καὶ προτροπαῖς μετὰ δικαιολογίας, ἐκελεύσθη πορευθεὶς ἐπὶ τὴν τοῦ τέττιγος οἴκησιν ἱλάσασθαι τὴν τοῦ Ἀρχιλόχου ψυχήν.*

— c 6. *κελεύσασα.*] Perperam in excuso Græco *κελεύσας.* Versus, quo illum ex fano Pythia expulit, hic est, *Μουσάων θεράποντα κατέκτακες, ἔξιθι νηοῦ.*

— c 9. *Οὔκουν.*] Ita malui quam *οὐκοῦν,* ut ante legebatur.

— d 3. *αὐτοῦ κλέος ὄρουσαν.*] Existimo legendum *αὐτὸς εἰς κλέος ὄρουσεν.* Quæ postrema vox in altero manusc. extat. Et vero repetit Œnomaus oraculi verba, p. præced. ubi legebatur, *καὶ ἐς κλέος ἐσθλὸν ὀρούσει.*

— d 6. *Τυράννοις ἤρεσκε.*] Archelaum in primis Macedoniæ regem intelligit, apud quem Euripides gratia et auctoritate valuit mirum quantum.

— d 9. *Ἀθηναίων πόλις.*] Etiam apud hostes. Plutarchus enim in Nicia sub fin. p. 542. auctor est, Siculos victores captivorum Atheniensium bene multis salutem dedisse, quod ab illis versus Euripidis aliquos didicissent: additque, *τῶν σωθέντων*

οἴκαδε συχνοὺς ἀσπάσασθαι τὸν Εὐριπίδην φιλοφρόνως, καὶ διηγεῖσθαι τοὺς μὲν ὅτι δουλεύοντες ἀφείθησαν, ἐκδιδάξαντες ὅσα τῶν ἐκείνου ποιημάτων ἐμέμνηντο· τοὺς δὲ, ὅτι πλανώμενοι μετὰ τὴν μάχην, τροφῆς καὶ ὕδατος μετέλαβον, τῶν μελῶν ᾄσαντες.

229 a 10. *τῆς θείων.*] Malim *τῆς*, vel *τῶν θεῶν.*

— b 8. *πυκτῶν.*] Quid, si *ποιητῶν*? hic enim de poëtis Œnomaus, paulo post de pugilibus, eorumque principe Cleomede.

— c 5. *Πατρίδα δίζηαι.*] Pausanias in Phocicis p. 340. æreum Homeri simulacrum columnæ impositum fuisse ait, eique nostrum hoc inscriptum oraculum, in quo tamen est aliqua diversitas. Ita habet:

Ὄλβιε καὶ δύσδαιμον, (ἔφυς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροισι·)
Πατρίδα δίζηαι· μητρὶς δέ τοι, οὐ πατρίς ἐστιν.
Ἔστιν Ἴος νῆσος μητρὸς πατρὶς, ἥ σε θανόντα
δέξεται· ἀλλὰ νέων παίδων αἴνιγμα φύλαξαι.

Ex quibus utcunque penultimus Eusebianæ lectionis versus emendari potest, si legatur,

Εὖτ' αν ἀπὸ γλώσσης γνῷς τῶν παίδων αἴνιγμα.

Quod sequitur, *πολλοῖσι λόγοις εἰρημένον*, vix ad illud ænigma pertineat. Fortassis Œnomai verba fuerint hoc fere modo castiganda, *πολλοῖς ἄρα λόγοις εἰρημένον*, id est, *satis verbose tu quidem.* Sane puerorum istorum ænigma puerisque notissimum, quod Herodotus in Homeri vita *ἀφελῶς* admodum candideque narrat, paucorum omnino verborum fuit. Mirum vero ni secundo tertioque versu indicare velit Homerum terræ filium incerto patre natum esse.

— d 9. *οἷον εἰ καὶ κάνθαρος.*] Vix adhuc Œnomaum tam naviter Cynicum habuimus.

230 b 4. *Ὦ εἰδώς.*] Vide quod annotatum est p. 212 c 6.

— c 2. *Κλεομήδης.*] Hoc de pugile similia Plutarch. in Romulo p. 35. Pausanias 2. Heliac. p. 186 et 187. Origenes in Celsum III. p. 134. Theodoretus VIII. de Græcor. affect. p. 115. Cyrillus Alexandrin. in Julianum Apostatam p. 622. Herveti; at Græci codicis manuscr. tomo 2. lib. ii. [p. 204 e. ed Spanh.] Qui postremi cultum SS. martyribus a Christianis tributum inita Cleomedis etiam contentione defendunt.

— c 8. *τὸν ἀνταγωνιστήν.*] Eum Pausanias *Ἴκκον* nominat, *ἄνδρα Ἐπιδαύριον.*

— c 11. *προτιμηθείς.*] Lego *προστιμηθείς.*

— c ult. *ὑπ' ἀχθηδόνος*, &c.] Pausan. *ἔκφρων ἐγένετο ὑπὸ τῆς λύπης.*

— d 7. *εἰς ἱερὸν κιβώτιον.*] Pausan. in Minervæ templo factum id esse narrat.

— d 9. Post *ἐξελκύσαι* manifesta trajectio est. Itaque reponend. *Ἆρα Ἥρως οὐκ ἔστι θνητός; Ὦ Κλεόμηδες· οἷα τὰ μηχ.*

231 b pen. *Θασίῳ πύκτῃ.*] Theagenes is fuit, de quo in Observationibus.

232 c 1. Εὐθυκλέα.] De hoc Euthycle nihil dum memini.

233 a 5. Κύψελος Αἰακίδης.] De hoc vide Observationes.

— b 2. καὶ Μελάνιππος.] Historiam integram dabunt inter cæteros Athenæus XIII. p. 602. ex Heraclide Pontico, et Ælianus Var. Histor. II. c. 4. sed cum aliqua varietate. Noster autem Heraclidi propior est.

— b 2. τῇ Γελώων πόλει.] Virgil. Æneid. III. [702.]

> Apparet Camarina procul, campique Geloi,
> Immanisque Gela, fluvii cognomine dicta.

Græcis modo Γελαῖοι, modo Γελῶοι, nonnumquam et Γελῆνοι, Latinis fere Gelenses, aut Geloi, longissime latissimeque patebant, Gelam inter et Naufriam amnes, urbs ipsa tam ampla, ut immanis a Virgilio dicta sit, suumque ac proprium aliquandiu regem habuerit. Alii ab his Gelæ, seu Geli, de quib. infra p. 275 d.

— b 7. Εὐδαίμων Φάλαρις.] Ludit in disticho illo, quod ad perpetuam Charitonis et Melanippi amicitiæ memoriam Pythia fuderat,

> Εὐδαίμων Χαρίτων καὶ Μελάνιππος ἔφυ,
> Θείας ἁγητῆρες ἐφημερίοις φιλότητος.

Sic enim Athenæus. Observat autem hoc in disticho pentametrum hexametro priorem fuisse, ut hic etiam videmus: quod idem a Dionysio quodam Atheniensi, cognomento Æneo, suis in Elegiis factitatum ait, tametsi apud Ælianum hexameter præmittatur.

— b 11. ᾐκίσατο μέν.] Ita Athenæus. At Æliano solus Charito vapulat, Melanippus sponte se prodit, ambo pelluntur ex Sicilia.

— d 2 Ἀλλὰ καὶ Μηθύμνης.] Consule Observationes.

— d 7. Post χρυσέοις non dubito quin legendum sit, οὐ μόνον δ' αὖ τοῖς Διονυσίοις, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις παμπόλλ. &c. Nam posterius hoc φαλληνοῖς plane supervacaneum est, cum prius alterum sufficiat. Erroris caussa, τὸ οὐ μόνον semel iterumque repositum.

234 b 4. Ἄπολλον, ξένου.] Facilis erat conjectura, cum in excuso legeretur Ἀπολλοξένου, sane quam vitiose.

LIB. VI.

237 a 6. Ἐκφύεται.] Χρησμὸς ἄχρησμος, truncus, et σκοτεινός. Existimo tamen ab illa verborum distinctione nostra, levique nonnullorum emendatione, lucis aliquid afferri posse.

— b 3. ἤροσεν.] Explicat paulo post, ἐπὶ Ἀφροδίτην ἐφέρετο. Translatum ab aratro, quod terram sulcando findit ac permeat.

— d 6. ἠΐστωσε.] Hoc est ἀνάστατον ἐποίησεν, ἠφάνισεν. Hinc ἀϊστωτήριος, (quam vocem nullus grammaticus repræsentat,) idem,

qui ἀφανιστικός. Lycophron v. 71. ubi Cassandra, tertium illud, quod jam animo præsentiebat, urbis excidium deplorans,

Στένω, στένω σε δισσὰ καὶ τριπλᾶ, δορὸς (i. πολέμου)
αὖθις πρὸς ἀλκὴν, καὶ διαρπαγὰς δόμων,
καὶ πῦρ ἐναυγάζουσαν, αἰστωτήριον.

Sic enim distinguendi sunt isti versus: et αἰστωτήριον quadrisyllabum pro ἀϊστωτήριον ratio carminis exigit. Idem videtur ἀϊστὴρ, vel αἰστὴρ, ut apud Oppian. V.

Δαλὸν ἐϋδμήτων μεγάρων αἰστῆρα φέροντες.

Licet alii παρὰ τὸ αἴθειν.

238 c 2. εἶο.] Vix dubito quin ἠῶ reponendum sit: illa quippe nascendi primordia eleganter auroram appellat.

241 a 1. Ῥιπή.] Omnino sensus exigit, ut vel ῥιπὴ, vel ἀλκὴ, in dandi casu ponatur: malim tamen ῥιπῇ. Nec minus in altero versu τὸ ἣν prætulerim τῷ ἅς: agebatur enim, quemadmodum iste vim illam dæmonis evitare ac declinare posset.

242 c 2. Ἴτω μέν.] Constabit versus, si legetur, Ἴτω μὲν οὖν πῦρ, φάσγανον δ᾽ ἴτω. τέμνε.

— c 6. ἐμοῦ σε.] Rescribendum videtur σοι, clarissimo sensu.

243 a 6. βυθόν.] Montac. βάραθρον. Elige.

— a 6. θεοὶ καταβεβλήκασιν.] Videtur accusativus aliquis desiderari, puta ἡμᾶς, τοὺς θεραπεύοντας, aut aliud simile.

— b 1. καὶ οὐκ.] γρ. tollit istuc καί. recte.

— c 9. Καὶ ἐπὶ ληστ.] Alter e manuscr. leg. καὶ ὁ ἐπὶ ληστ. Recte.

— d 9. Ταῦτα γάρ.] Malim τοῦτο γὰρ, sequitur enim τὸ μεταβάλλειν.

244 a 4. εἰς τὸ παραινεῖν.] Totum hoc membrum abesse posset, cum præcesserit παραινεῖν καὶ διδάσκειν. Sed Græcorum hæc περισσολογία fuit, etiam τῶν σοφωτάτων. Cujusmodi apud Platonem ipsum pleraque, singulis in paginis, ἐκ περιουσίας dicta reperias.

— c 12. πρὸς τῷ παραλ.] Rectius videretur, πρὸς τὸ παρ. Aut si πρὸς τῷ retinetur, legendum putarim, Πρὸς δὲ τῷ, ut nova inde periodus ineatur; tuncque d 2. post πράγματα minori distinctione opus fuerit. Prior tamen conjectura magis placet.

245 b 7. καταλαμβανομένων.] Forte legendum sit καταλαμβανομένοις, ut conveniat cum præcedentibus τῷ ἀλγεῖν, &c.

— 4. τὰ μὲν ἕξει.] Ἕξις, ut πολύσημόν τι, sic et διαφόροις ἀντικείμενον. Hoc quidem loco ἕξις et φύσις opponuntur, meo judicio, quod τὸ μὲν ἕξει κινεῖσθαι sit ἐν τοῖς ἀλόγοις, τὸ κατὰ συνήθειαν, at vero φύσει, ἀπὸ ταυτομάτου, καὶ καθὼς ἕκαστον πέφυκεν. Sed de his pluribus in Observationibus.

246 d 5. ὑφ᾽ ἡμῶν.] Dubium non est quin legendum sit, ἐφ᾽ ἡμῖν, quomodo alt. manuscr.

247 c 5. ἁλίσκεισθαι.] Id est, ἐλέγχεσθαι, φαίνεσθαι, ἀποδεικνύεσθαι, τῷ λόγῳ αἱρεῖσθαι, vel τῇ ἀνάγκῃ ἐλέγχεσθαι. Nam ὁ λόγος

αἱρεῖ. Id est, *ratio convincit: ἀνάγκη ἐλέγχει, necessario fatendum est.* Herodot. II. p. 114 d 4. [c. 33.] τὸν δὲ δὴ ποταμὸν τοῦτον τὸν παραρρέοντα καὶ Ἐτέαρχος συνεβάλλετο εἶναι τὸν Νεῖλον· καὶ δὴ καὶ ὁ λόγος οὕτως αἱρέει, i. e. *tum ratio etiam ipsa convincit.* Idem ibid. p. 109 d. ἦν ἄν τι τοιοῦτον οὐδὲν, ὡς ἡ ἀνάγκη ἐλέγχει· *ejusmodi esset nihil, ut necessaria et* ἀποδεικτικὴ *ratio probat.*

247 d 5. προσαναγκάζουσα.] Forte legendum προσαναγκασθεῖσα, nisi subaudias τὸ σῶμα, vel τὸν ἄνθρωπον.

249 a 6. ὁμιλίαι κακαί.] Hoc Menandri versiculo τὰς συνουσίας proprie καὶ τὰς συμπεριφορὰς apostolus intelligit. Recte tamen vulgat. interpr. *colloquia:* fiunt enim διὰ λόγων potissimum αἱ πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίαι: nec alio fere telo gravius teneræ adhuc et illibatæ mentes quam procaci oratione vulnerantur. Qua de re infra pluribus, ubi ex Platone de habendo fabularum carminumque delectu.

— b 6. ὅσα γε μήν.] Si locus integer est, ὅσα posuit pro καθ' ὅσα vel καθ' ὅσον, i. e. *quatenus.*

— d pen. πολλοῦ δεῖ.] Ita reposuimus ex alt. manuscr. cum ante δὴ perperam legeretur.

250 a 8. ἀναδεδειγμένη.] Ita omnes. Sensus tamen postulare videtur ἀναδεδεγμένη, hoc est, θεόθεν παραλαβοῦσα.

251 b 8. δυσσεβὴς ἄλλος, &c.] Omnino legendum videtur, δυσσεβέστερος ἄλλος, τοῦ τῶν ὅλων θεὸν, &c. In fine autem membri εἰσάγοντος: quam lectionem in vertendo sequutus sum.

255 b ult. Δημόκριτος δέ.] Huc pertinent illa Tullii ex fragm. de Fato [c. 10.] *Hinc Democritus,* inquit, *auctor atomorum, accipere maluit, necessitate omnia fieri, quam a corporibus individuis naturales motus avellere.* Idem pluribus interjectis de utroque sic loquitur [c. 17.] *Ac mihi quidem videtur,* inquit, *cum duæ sententiæ fuissent veterum philosophorum, una eorum, qui censerent omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferret, in qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuit: altera eorum, quibus viderentur sine ullo fato esse animorum motus voluntarii: Chrysippus, tanquam arbiter honorarius, medium se ferre voluisse: sed applicat se ad eos potius, qui necessitate motus animos liberatos volunt. Dum autem verbis utitur suis, delabitur in eas difficultates, ut necessitatem fati confirmet invitus.*

Hoc in Ciceronis loco viri docti, Victorium I. Variar. 17. auctorem sequuti, malunt *medium ferire,* quam *medium se ferre:* quo modo a Platone dictum μέσον τέμνειν. Sed vereor ut hoc loquendi genus vel ipsa Latinitas ferat, nedum ut disertissimi hominis oratio. *Viam secare,* ὁδὸν ταμεῖν, poëtis, etiam Virgilio, placuit. *Viam* aut *medium ferire,* hoc sensu, quis orator, quis poëta dixit? Ciceroni quidem *medium tenere* tam familiare est, quam quod maxime: et *medium se ferre* κυριώτατον est. In quo tamen, si mutandum esset aliquid, *sedere* potius quam *ferire* reponerem. Nam et arbitri *sedere* est.

255 c 9. Ἐχθρὲ περικτιόνεσσι.] Herodot. VII. p. 491. tertium huic oraculo versum addit,

Καὶ κεφαλὴν πεφύλαξο· κάρη δὲ τὸ σῶμα σαώσει.

Græciæ Xerxes imminebat; infestos Argivi Lacedæmonios patiebantur: Delphicum oraculum consulunt, quid facto sit opus: quiescere jubet oraculum. Ἐχθρὸς, igitur, περικτιόνεσσιν Argivus, hoc est Lacedæmoniis, qui paulo ante sex Argivorum millia ceciderant.

— c ult. εἴσω τὸν προβόλαιον ἔχων.] Interpres Herodoti, *Interius tutamen habens.* Malui, *Hastam intus cohibens;* (ut etiam Camerarius intellexit:) et irruentem, si forte, hostem, quasi feram aliquam, pressa intentaque hasta, venatoris instar, expectans. Nam προβόλαιος, opinor, non absimilis προβολίῳ. Sequitur, πεφυλαγμένος ἧσο, Valla, *Impune maneto.* πεφυλαγμένως ἔχειν, vigilantiæ ac solicitudinis est, non impunitatis. Quod extremo versu de tegendo capite admonet, Argos, credo, primariam urbem ac metropolim intelligit.

— d 6. Χείρωνος.] Hoc oraculum alibi nondum occurrit. Lectorum abutuntur otio qui Herodotum et Platonem citant, apud quos de illo μηδὲ γρύ.

— d 6. Κάριστε.] Stephanus Κάρυστον scribit, ab eoque Carystum in Eubœa conditum fuisse tradit, quam Theodoridas Chironiam appellet, haud dubie quod Chironis filius Carystus esset. [Κάρυστε Holsten. ad Steph. Byz. p. 163.]

256 a 11. Ἄγγειλον Παρίοις.] Idem oraculum profert Stephanus v. Θάσσος, ubi et de antiquo insulæ nomine, Aëria: Ὅτι δὲ καὶ Ἀερία ἡ Θάσσος, inquit, δῆλον ἐκ τοῦ χρησμοῦ τοῦ δοθέντος τῷ τοῦ Ἀρχιλόχου, adde, πατρί. Alioqui filium perperam innueret. Porro Herodotus II. et pluribus VI. Thasum urbem, a Phœnicibus Europam quærentibus conditam, atque a Thaso expeditionis, ut videtur, principe dictam esse tradit. Quomodo igitur a Pariis, duce Archilocho, ut etiam apud Strabon. X. legimus, condita fuit? Forte instauratores ejus Parii, non primi conditores fuere: quod de aliis plerisque urbibus dici potest, quarum vel instauratio vel amplificatio notior quam conditus.

257 b 1. ὅ τί ποτε.] Addendum videtur οὐκ εἰδὼς, aut aliquid simile: alioqui pendebit sententia.

— d 1. καταδυναστεῦσαι.] Alterius manuscr. lectio, καταδυναστεύσει, opportune supplet quicquid hoc loco mutilum videri posset. Theodoret. vero VI. de curand. Græc. affect. [p. 86, 37.] ubi disputationis hujus particulam inserit, in præsenti legit ἐκεῖ καταδυναστεύει.

258 c 6. καὶ ὁ Εὐριπίδειος.] Trajecta nonnihil oratio; simplicior futura, si diceret, καὶ τοῦτ' ἐκεῖνο ἦν, ὃ ἔλεγεν ὁ Εὐριπίδειος Ἀπόλλων. Sed isthæc amant Attici: ac sæpe cum aliquo perspicuitatis periculo. Cujusmodi sunt apud Aristidem maxime quam plurima, quæ in errorem aliquando solertissimos inter-

pretes induxerunt. Tale est, *φέρε εἰπεῖν*, illud ex Panathenaico [p. 164. ed. Cant.] : Ἔπειτα, εἰ μὲν μὴ πολλῶν καὶ καλῶν καὶ μεγάλων ὄντων, οὔμενουν οὔτε ἀπαριθμῆσαι ῥᾳδίων οὔτε μετρῆσαι δυνατῶν, τῶν εἰς τοσοῦτον τὴν πόλιν ἡρκότων, ἕν τι καὶ τοῦτο τὸ τῶν λόγων ἦν ἀγαθὸν, οὐκ ἂν ἴσως ἥρμοττε παρακινδυνεύειν, ἀλλ' ἐᾷν ὅπως ποτ' εἶχε τὰ τῆς δόξης αὐτῇ. Hæc Canterus ita reddit, *Deinde, si nec magna, nec multa essent, facileque sub numerum et mensuram caderent ea, quæ tantum decus attulerunt civitati ; in iisque numerarentur etiam orationes, non esset quod audacius periclitaremur, aut urbis laudes tractaremus.* Quæ vereor ne plane sint auctoris menti contraria. Offensionis caussa τὸ μὴ, quod ille cum πολλῶν ὄντων contexuit, cum (ut existimo) ad ἕν τι, quod sequitur, referri debuerit. Ita, quod negandum esset, affirmatur; quod affirmandum, negatur. Equidem ita malim; *Deinde, si quidem in multis, iisque præclaris, et ingentibus, quæque nec facile numerari, nec pro dignitate æstimari possint, quæque urbem ad eam amplitudinem provexerunt ; hoc etiam eloquentiæ bonum minime censeretur : absurdum fortassis esset temere certaminis hujus aleam subire, satiusque foret, quæ ad ipsius laudem pertinent, cuicuimodi sint, intacta relinquere.*

258 d 8. εἰ γὰρ αὖ.] Quid si εἰ γὰρ αὐτοῦ ? alioqui enim κύριος non sui magis quam alterius potentem ac dominum significat.

259 b 1. Ὁ δ' οὐκ ἐπεθυμ.] De Polynice ista dicuntur, non Œdipo, qui nescio quo pacto in versionem irrepserit.

— d 7. ποιούμενα.] Subauditur ἐστιν, aut al. simile.

— d 8. αὐτὰ ἄλλα.] Legebatur, opinor, in alt. manuscr. αὐταὶ ἄλλα, sed postremum elementum abrasum est. Utrumque, meo judicio, rectum : sed tamen αὐτὰ magis probatur.

— d 10. ἐὰν μή.] Malim, ἂν μή.

260 a 8. Τριχῖν' ἐξεῖλες.] Vide supra, p. 214 a 2.

261 b 3. οὔτε ἄνθρωπος, &c.] Voces aliquot prætermissas ita supple, *neque homo, ut etiam sophista fuerit, his jam ita demonstratis, necessitati*, &c. Nisi malumus οὔτω προεληλεγμένος, aut προεληλεγμένων, ut ad Deum et hominem referatur, non ad res ipsas. Utrumlibet optetur, ἔλλειψις Attica est, eaque non infrequens.

262 a 9. Ἀλλ' ἐμὲ μὲν κήρ.] Homer. Iliad. ψ'. v. 19.

— b 2. ὕστερον.] Iliad. υ'. 28.

— b 5. μήτηρ.] Addenda conjunctio καί. sequens enim versus habetur Iliad. ζ'. v. 488.

— c 3. Αὐτοὶ γάρ.] Iliad. δ'. 409. Sed pro αὐτοὶ γὰρ, legitur, Κεῖνοι δέ. At Odyss. α'. 7. Αὐτῶν γάρ.

— c 6. ὦ πόποι.] Odyss. α'. 32. ubi Eustathius, cum Diogeniano præclare consentiens, ex malis, quæ vitam hominum infestam habeant, alia divinæ voluntati (quam fati nomine intelligit) citra ullam eorum culpam attribuit; alia hominum ipsorum vel socordia, vel improbitate, non tamen præter divinæ providentiæ consilium evenire docet. Observat idem præterea, τῶν

παλαιῶν ἀκριβεστέρους, ὑπέρμορον quam ὑπὲρ μόρον legere maluisse. Quod autem addit, ὑπέρμορον, vel ὑπὲρ μόρον, explicari etiam posse, ὑπὲρ τὸ καθῆκον, quod μόρος interdum ἀντὶ τοῦ καθήκοντος usurpetur: ut alibi forte locum id habeat, hunc tamen sensum hoc loco poëtæ verba non ferunt. Illud enim ὑπέρμορον intexuit, ut culpam in deos immerito conferri ostenderet.

263 c 6. πεπρωμένην.] Theodoret. VI. de Græcor. affection. [p. 86, 51.] locum hunc, præterito Diogeniani nomine, totidem pene verbis conceptum habet.

264 a 8. προκατειλημμένας, &c.] An, ut alter ex manuscr. προκαταβεβλημένας? Elige, dum reponas ex eodem αἰτίας pro αἰτίοις. Προκαταβάλλεσθαι τὴν αἰτίαν est προϋποτίθεσθαι, προϋποστῆναι, προϋπάρχειν: at προκαταλαμβάνεσθαι est προδιορίζεσθαι, *præcipi*, ac *præfiniri*. Utrumque Stoicorum dogma, prius tamen hoc loco malim. *Caussas* illas Tullius *antecedentes*, *antegressas*, *præpositas*, *anteposītas* nominat, quæ προηγούμεναι aut προκαταβεβλημέναι.

— c 7. τοῦ καλῶς ποτε.] Aut καλῶς mutandum in κακῶς, aut sequenti membro negatio μὴ expungenda. Utrumlibet fiat, τῷ quod negationem illam præcedit mendosum est, ejusque loco reponendum τὸ cum altero manuscr.

— d 5. οὐδ᾽ οὕτως ἐχρῆν φύσει.] Mendum hic agnoscere facile est; tollere difficile. Nec membranæ hilum juvant. Una Montacut. pro φύσει, legit φησι, hoc est, ni fallor, vitium auget. Quid si rescribatur, οὐδὲ, vel οὐκ ἔχειν τοῦτο φύσιν, καὶ εἰ μὴ μαίνεσθαι, &c. Notum est, φύσιν οὐκ ἔχειν, ἀντὶ τοῦ ἄτοπον εἶναι, καὶ ἀπεοικός. Ita Demosthen. Olynth. 2. Ἀλλ᾽ οὔτ᾽ εὔλογον, οὔτ᾽ ἔχον ἐστὶ φύσιν τοῦτό γε. Herodot. lib. ii. Ἕνα ὄντα, (de Hercule loquitur,) κῶς φύσιν ἔχει πολλὰς μυριάδας φονεῦσαι;

265 c 2. ἀεί ποτε.] Omnino εἴ ποτε sensus postulat: sequitur enim ἀλλ᾽ ὅτι γε, &c. quod minus possit cum ἀεὶ convenire.

— d 13. συγκαθειμάρθαι, &c.] Sophisticam hanc et ματαιολόγον Chrysippi rationem diserte Tullius explicat lib. de Fato. Ubi hæc inter cætera: [c. 13.] *Hæc ratio*, inquit, (ἀργὸς ille λόγος, ut Chrysippus vocabat; sed erat vere ad Proteum hunc constringendum, μάλα ἐνεργός τις, καὶ ἐνεργητικὸς) *a Chrysippo reprehenditur. Quædam enim sunt, inquit, in rebus simplicia, quædam copulata. Simplex est, Morietur eo die Socrates. Huic, sive quid fecerit sive non fecerit, finitus est moriendi dies. At si ita fatum sit, Nascetur Œdipus Laio, non poterit dici, sive fuerit Laius cum muliere, sive non fuerit: copulata enim res est, et confatalis, sic enim appellat.* (Hoc ipsum est, quod hic Diogenianus ait συγκαθειμάρθαι.) Pergit, *Si esset dictum, Luctabitur Olympiis Milo, et referret aliquis*, (hoc est, κατ᾽ ἀνθυποφορὰν συλλογίζοιτο,) *Ergo, sive habuerit adversarium sive non habuerit, luctabitur; erraret; est enim copulatum, luctabitur, quia sine adversario nulla luctatio est. Omnes igitur istius generis captiones eodem modo refelluntur: sive tu adhibueris medicum, sive non adhibueris, con-*

valesces: captiosum; tam enim est fatale, medicum adhibere, quam convalescere. Hæc, ut dixi, confatalia ille appellat.

266 a 3. μετὰ τοῦ.] Ita recte manuscr. Altera editio, perperam μετὰ τό.

— a 9. Ἡγήσαρχον.] Pugilis hujus inter cæteros Pausanias honorifice meminit: Ἠλιακ. β′. [VI. 12, 8.] Tritæensem illum facit, Hæmostrati filium, quem testis est publicis quatuor certaminibus nobiles insignesque palmas retulisse.

— b 9. καὶ τῶν ἐναργειῶν.] Vereor ut istæ vel Chrysippi vel Diogeniani ἐνάργειαι sint admodum ἐναργεῖς: mihi quidem subobscuræ sunt. Existimavi tamen novas hominis rationes sic appellari, quas ipse perspicuas crederet, tanquam ex quotidiano rerum et exemplorum usu experientiaque depromptas.

273 b 6. Ἐκ τῶν Βαρδισάνου.] Alter ex manuscr. Βαρδησάνου per η, quæ communior scriptura est. S. Epiphanius hæresi 36. quæ alias 56. Βαρδησιάνην vocat, ejusque sectatores Βαρδησιανιστάς. Notior is est, quam ut luce indigeat. Fragmentum hic habes elegantissimi et accuratissimi operis, quod adversus Abidam astrologum vir Syriaca Græcaque lingua disertissimus elaboravit, ut scribit Epiphanius. Librum inscripserat Antonino, ut Eusebius noster Histor. IV. c. ult. auctor est. Antoninum porro, non Pium, sed Verum intellige, ut monet Epiphanius. Eundem Hieronymus lib. de Scriptor. Ecclesiastic. vir masculæ dictionis judex acerrimus, non prædicat modo, sed etiam miratur. At cum ille vehemens adeo fuerit Fati oppugnator, quemadmodum apud B. Augustinum hæresi 35. irrepserit nescio hunc ad Valentini errores *addidisse de suo, ut fato adscriberet conversationes hominum.* Sed manuscrip. cod. clausulam istam expungunt. Huic porro Bardesanis disputationi gemina illa est, quam in simili caussa bene longam Cæsarius instituit, tomo 1. Bibliothecæ Patrum novæ edit. Græcolat. p. 610. dialogo 2. responsione ad quæst. 109. [Galland. T. VI. p. 60.]

274 b 6. Ἀλαναίων.] De Alanæis nihil legi. Simile vero est non alios esse quam Alanos, quorum Josephus, Lucianus, alii plerique meminerunt.

— d ult. παρὰ Σηραῖς.] An Seræ a Seribus alii? Seres quidem a Cæsario nominantur. Σῆρες, inquit, οἱ τὸ ἄκρον τῆς χέρσου οἰκοῦντες, νόμον ἔχοντες τὸ πατρῷον ἔθος, μὴ ἑταιρίζεσθαι, μηδὲ συλᾶν, μὴ μοιχᾶσθαι, μὴ ξοάνοις προσκυνεῖν ἢ ποτνιᾶσθαι δαίμοσι, μηδ' ὅλως ἐν αὐτοῖς ὑπάρχειν εἴδωλον, ἢ ἑταῖραν, ἢ μοιχαλίδα, οὐ συλώτην, οὐ φονέα, οὐ λωποδύτην, &c. Eusebianis prorsus affinia. Eosdem S. Epiphanius p. 1091., ubi etiam de diversis diversarum gentium ritibus, Σηροὺς appellat.

275 b 2. Βραχμάνων.] Cæsarius Βραχμανοὺς vocat: sed τὸ χ, credo, in γ, succisa tibiæ parte, decurtatum est. Νόμος, inquit, παρὰ Βακτριανοῖς, ἤτοι Βραγμανοῖς, (atqui latius Bactriani patent, nec alterum pro altero promiscue sumitur,) ἡ ἐκ προγόνων παιδεία, (lege, ἡ ἐκ προγόν. παιδεία) μὴ μεθύειν. Interpres legit μὴ θύειν, μηδὲ ἀψύχων ἀπογεύεσθαι: (novum plane genus ἀποχῆς, et

Pythagoreæ illi *ἀντικειμένης*. Lege cum nostro, *μηδ' ἐμψύχων*:) *οὐκ οἴνου ἁπλοῦ ἢ νόθου μετέχειν*. (Caussæ nihil erat, quamobrem interpres hic hæreret. Vinum *ἁπλοῦν*, hoc loco, *γνήσιον* ex vite, *ἄκρατον*: at *νόθον*, factitium, et quasi adulterinum, aut spurium:) *θεὸν τὸν ἐμὸν δεδοικότας. καίτοι τῶν παρακειμένων αὐτοῖς Ἰνδῶν μιαιφονούντων, καὶ οἰνοφλυγούντων, καὶ μονιῶν ἀγρίων ἢ συῶν δίκην θηλυμανούντων, καὶ τῷ πάθει κραδαινομένων*. De Brachmanis eorumque moribus et institutis accurate Strabo XV. Inter cætera eos ait *διατρίβειν ἐν ἄλσει, λιτῶς ζῶντας, ἐν στιβάσι, καὶ δοραῖς, ἀπεχομένους ἐμψύχων καὶ ἀφροδισίων, ἀκροωμένους λόγων σπουδαίων*. His *ἀνταγωνισταὶ* Indi quidam alii, Pramnæ nomine, de quibus ibid. Strabo. Epiphanius p. 1091. num. 10. philosophiæ sectas apud Indos 72 numerat, interque cæteras, Brachmanorum, et Pseudobrachmanorum.

275 b pen. *φυλή τις Ἰνδῶν*.] Idem Cæsarius, *Ἐν δὲ τοῖς ἑσπερίοις κλίμασιν ἐνδοτέρω τῶν ἐκεῖσε Ἰνδῶν ξενοβόροι τινὲς ὑπάρχοντες τοὺς ἐπήλυδας ἀναιροῦντες ἐσθίουσι, καὶ οὐδεὶς τῶν ἀγαθοποιῶν ἀστέρων τῆς μιαιφονίας αὐτοὺς ἀπωσθῆναι ἴσχυσε μέχρι τήμερον*. De priscorum Indorum moribus plura vide apud Herodot. III. Diodor. Sicul. II. Arrian. Expedit. Alexand. VI. et de rebus Indicis lib. singulari, Strabon. XV. qui omnium copiosissime hoc in argumento versati sunt. De hac tamen in vorandis hospitibus immanitate, nihil. Imo, quod *ἄντικρυς* cum illa pugnat, de illorum *φιλοξενίᾳ* sic Diodorus p. 126. *Εἰσὶ δὲ παρ' Ἰνδοῖς καὶ ἐπὶ τοὺς ξένους ἄρχοντες τεταγμένοι, καὶ φροντίζοντες ὅπως μηδεὶς ξένος ἀδικῆται· τοῖς δ' ἀρρωστοῦσι ξένων ἰατροὺς εἰσάγουσι, καὶ τὴν ἄλλην ἐπιμέλειαν ποιοῦνται, καὶ τελευτήσαντα θάπτουσι, ἔτι δὲ τὰ καταλειφθέντα τοῦ ξένου χρήματα τοῖς προσήκουσιν ἀποδιδόασιν*. Verum Cæsarius *ξενοβόρους* illos *ἑσπέρια κλίματα* tenuisse signanter habet. Dirius etiam illud est, quod scribit Herodot. III. Indos, Callatias dictos, defunctorum parentum corporibus saginari. Locus insignis est, ex quo quam suæ quibusque leges placeant nemo non intelligat. *Δαρεῖος*, inquit, *καλέσας Ἑλλήνων τοὺς παρεόντας, εἴρετο ἐπὶ κόσῳ ἂν χρήματι βούλοιντο τοὺς πατέρας ἀποθνήσκοντας κατασιτέεσθαι· οἱ δὲ, ἐπ' οὐδενὶ ἔφασαν ἔρδειν ἂν τοῦτο. Δαρεῖος δὲ μετὰ ταῦτα, καλέσας Ἴνδων τοὺς καλεομένους Καλλατίας, οἳ τοὺς γονέας κατεσθίουσι, εἴρετο παρεόντων τῶν Ἑλλήνων, ἐπὶ τίνι χρήματι δέξαιντ' ἄν, τελευτέοντας τοὺς πατέρας κατακαίειν πυρί· οἱ δὲ ἀμβώσαντες μέγα, εὐφημεῖν μιν ἐκέλευον*. Tum concludit, *οὕτω μέν νυν ταῦτα νενόμισται· καὶ ὀρθῶς μοι δοκέει Πίνδαρος ποιῆσαι, Νόμον πάντων βασιλέα φήσας εἶναι*.

—— *παρὰ Πέρσας*.] Has Persarum *ἀρρητομιξίας* plurimorum scriptorum auctoritate damnat Brissonius in erudito de Persis commentario. Theodoret. IX. de Græcor. affectionib. p. 128. Zaradam impiarum legum auctorem facit, quem Plato, ni fallor, Zarasdam alicubi nominat. Cæsarius loco cit. Chaldæis et Babyloniis idem scelus tribuit, *μητρογαμεῖν, ἀδελφοφθορεῖν, καὶ ταῖς σφῶν παισὶν ἐπιμαίνεσθαι*. Theophilus ad Autolycum III. p. 144. tom. 1. Biblioth. Patr. Græcol. Epicurum et Stoicos ejusdem

flagitii reos agit, Ἐπίκουρος δὲ καὶ αὐτὸς, inquit, σὺν τῷ ἀθεότητα διδάσκειν συμβουλεύει καὶ μητράσι καὶ ἀδελφαῖς συμμίγνυσθαι, καὶ πέρα τῶν νόμων τῶν τοῦτο κωλυόντων. Subdit aliquid de Solonis legibus; scribendum enim est Σόλων, non Σολομῶν. Et paulo post, πρὸς τί οὖν Ἐπίκουρος καὶ οἱ Στωϊκοὶ δογματίζουσιν, ἀδελφοκοιτίας καὶ ἀρρενοβασίας ἐπιτελεῖσθαι, ἐξ ὧν διδασκαλιῶν μεστὰς βιβλιοθήκας ἐποίησαν; Similia doctissimus Tiraquellus affatim persequitur, ad leg. 7. Connubial. carptim autem ad Genial. dier. I. c. 2. et 24. De Ægyptiis vide supra, p. 48. l. ult. De Persis, p. 11 b. et infra, 279 a 1.

275 c pen. Μαγουσαῖοι.] Idem repetit p. 278. l. ult. ac diserte Magusæos illos Persas fuisse docet. B. Epiphanius p. 1094. num. 12. inter Persicarum sectarum ἀρχηγοὺς eosdem numerat: et num. 13. repudiato cæterorum idolorum cultu, solem tamen, lunam, ignemque venerari scribit. Cave confundas cum Magusæis, seu Magusanis, Petrææ ac felicis Arabiæ populis: nisi forte hi etiam ab illis proseminati sunt: nam hic vides Magusæos Persas variis se populis ac gentibus insevisse.

— d 8. παρὰ Γήλοις.] Cæsarius loco citato Bardesanem κατὰ πόδας sequitur, nisi quod Γήλας, non Γήλους, vocat. Θάτερος, inquit, παρὰ Γήλαις νόμος, γυναῖκας γεωργεῖν, καὶ οἰκοδομεῖν, καὶ τὰ ἀνδρῶν πράττειν, ἀλλὰ καὶ κοινωνεῖν οἷς ἂν βούλωνται τῶν ἐπηλύδων. οὐ μυρίζονται δὲ, οὐδὲ φυκίοις τὴν ὄψιν νοθεύονται, &c. Οἱ δὲ ἄνδρες στιβάζονται ἐσθῆτι μαλακῇ καὶ ἀνθοβάφῳ περιβολῇ, &c. de stellarum in eorum ortu concurrentium diversitate. Epiphanius loco jam laudato, num. 10. Γηλοὺς nominat, itidem ut Bardesanes, et Ptolemæus: sed hoc iis singulare tribuit, ut apud ipsos οἱ τὰ φαῦλα δρῶντες πρὸς τῶν νόμων αὐτῶν ἐπαινῶνται. Gelas Plinius VI. c. 16. inter alios Hyrcani maris accolas numerat, quos Græci Cadusios appellarint. Gelas tamen a Caduciis Strabo distinguit XI. ambos tamen ad Hyrcani seu Caspii maris orientalem, et Tauri montis septentrionalem plagam constituit. Theophanes, qui Pompeii castra sequutus erat, apud eundem Strabonem, eodemque libro Amazonas inter et Albanos collocat Γήλας καὶ Λήγας, quos Zonaras tomo II. minus, ut opinor, recte, Γέλλας καὶ Λίγυας nominat. Denique Cedrenus p. 127. Cæsarii locum συντόμως afferens, Γηλαίους, non, ut est apud Ortelium, Gellæos; multo minus, ut est apud interpretem, Agelæos vocat. Itaque Γῆλοι, vel ut al. Γηλοὶ, Γῆλαι, Γέλλαι, Γελαῖοι, apud diversos auctores prorsus iidem, licet Γέλλαι et Γελαῖοι corruptum nomen videatur. Fœminæ autem Γήλισσαι dicebantur. At Γελῶοι, de quibus supra p. 233 b 1. qui Γελαῖοι sæpius, et aliquando Γελλαῖοι, Latinis Gelani, et Gelenses, interdumque Gellenses, in Sicilia sunt. Nam Γελώους frustra Stephanus repudiat. Γελῶνοι denique in Sarmatia, partim Europæa, partim Asiatica.

276 a ult. παρὰ Βάκτροις.] Cæsarius loco cit. de Bactrianis mulieribus nihil: at Susianis eadem attribuit. Ἐν δὲ Σούσοις, inquit, τῆς Βαβυλῶνος αἱ γυναῖκες παντὶ μύρῳ διαφέροντι καὶ κόσμῳ

χρῶνται, ὑπηρετούμεναι, καὶ φαιδρῶς προϊοῦσαι, σὺν βλοσυρίᾳ, καὶ διαχύσει πολλῇ.

276 c 2. ἐν δὲ τῇ Ἀραβίᾳ.] Lege Tiraquellum, ad leg. illam 7. Connub. hæc et similia pluribus exequentem.

— c 5. παρὰ Πάρθοις.] Cruentæ hujus et impiæ consuetudinis mentionem alibi non reperio. Multa de Parthorum moribus in historicis commentariis Strabo scripserat, ut l. Geograph. XI. significat.

277 c 1. παρὰ Ταϊνοῖς, &c.] Hac de re ita Cæsarius, παρὰ δὲ Ἠλείοις, καὶ Σαρακηνοῖς, καὶ τοῖς ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ Λιβύῃ, καὶ Μαύροις, κατὰ τοὺς ἠϊόνας καὶ ὄχθας τοῦ Ὠκεανοῦ ποταμοῦ οἰκοῦσι, καὶ ἐν τῇ ἐξωτέρᾳ Γερμανίᾳ, καὶ ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ Σαρματίᾳ, καὶ ἐν Σκυθίᾳ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐξωτικοῖς μέρεσι τοῦ Πόντου ἔθνεσιν, οὐχ οἷόν τε εὑρεῖν κολλυβιστὴν, ἢ πλάστην, ἢ ζωγράφον, οὐκ ἀρχιτέκτονα, οὐ φωνάσκον, οὐχ ὑποκριτὴν ποιημάτων, ὡς παρ' ἡμῖν. Hic Ταϊνῶν mentio nulla, sed eorum in locum suffecti sunt Ἠλεῖοι. De prioribus ita Stephanus, Τάϊννοι, (sic enim scribit) ἔθνος ἀπὸ τῶν Σαρακηνῶν, πρὸς μεσημβρίαν, ὡς Οὐλπιανὸς ἐν Ἀραβικοῖς, καὶ Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ. Nec satis noti, quos Eleos Cæsarius nominat. Forte τοὺς ἀπὸ τῆς Ἤλιδος intelligit, quam Stephanus πρὸς τῇ Αἰγυπτίᾳ Ὀλυμπίᾳ urbem esse ait.

278 a 4. παντὶ τόπῳ.] Longe malim τρόπῳ: præcessit enim παντὶ ἔθνει, quod etiam fere locum includit. Deinde quis ita loquatur, παντὶ τόπῳ γενέσεως γεννῶνται ἄνθρωποι;

— d 4. ἀπεκρίνατο.] Aliena, credo, vox. Quid enim est ἀπόκρισις ἀπεκρίνατο? Ea si aberit, clarus integerque locus.

— d 11. κατὰ τοὺς δεκανοὺς,] Utique. Duodecim enim in zodiaco signa: signi cujusque partes a genethliacis triginta constitutæ: ac tres in decurias tributæ, quarum principes, decani, Romanæ ex militiæ usu nominati: omnes proinde triginta sex.

279 c 3. ἐκτρεπόμενοι.] Malebam ἐντρεπόμενοι, sed libri omnes reclamabant. Montac. suggerit ἐντρεπόμενοι, &c. *veriti*, *religiose observantes*. Nec tamen ἐκτρεπόμενοι sensu caret: quasi dicat, Judæos etiam eo sub climate degentes, quod ab illo circumcidendi more alienum sit, ipsum tamen constanter ac perpetuo retinere.

280 a pen. οὐχ ἡ.] Melius οὐθ' ἡ.

281 b 6. ἐπιλογῇ.] Verti perinde ac si legeretur ἐπιπλοκῇ: quæ vox habetur infra p. 283 a 1. παρὰ τὴν τούτων πρὸς ἀλλήλους ἐπιπλοκήν.

282 b 8. ἐὰν δέ τινες.] Εἰς τοὺς Μανιχαίους αἰνίττεται, qui mundum hunc non boni sed mali Dei opus esse jactabant.

— d 10. δῆλον γάρ ἐστι τοὺς τοιούτους.] Forte delendum fuerit τοὺς τοιούτους. Nisi dicamus hunc accusativum pro nominativo usurpatum; ut in verborum activorum constructione fieri solet: v. c. cum dicunt οἶδα γάρ σε, ὅτι τοῦτο ἐποίησας, et simil. Prius tamen illud apud antiquiores et classicos, vereor, ut facile reperias.

283 b 5. *τάδε τινὰ γινώσκουσιν.*] Hæc omnino *παρέλκειν* existimo, cum jam paulo ante præcesserit *ἀποφαίνονται τάδε τινὰ ὑγιῶς*: aut si hæc quoque retineri placet, scribendum ante fuerit, *καὶ τὸ πάθος*, &c.

— c 2. *διακρίνων.*] *γρ. διακρίνοι*: quod magis probo: alioqui c. 8. post alterum *οἰήσεται* aut *δὲ* tollendum videtur, aut sumendum pro *δὴ*, quod hoc loco minus placeret.

284 b. *ὁ θεός.*] En ut Origenis etiam ætate illa Susannæ historia *θεόπνευστος* habebatur, non minus certe quidem quam libri consequentes, ex quibus idem Origenes testimonia producit. Nec ullus hic stramineæ novatorum distinctioni locus; dum quos ipsi sacrorum e numero libros expungunt, ex iis si quid a Patribus tanquam e scriptura proferri videant, scripturam vocari excipiunt quæ moribus informandis apta sit, non decretis fidei sanciendis idonea. Ridicule id quidem: hac enim calumnia nulli non scripturæ parti fides abrogari queat. Sed tamen hic etiam ab Origene divinæ scientiæ fides asseritur; quod, opinor, ex decretis illis unum esse, ut duri admodum oris sint, nunquam negabunt.

— b 9. *μηνὶ τῷ ὀγδόῳ.*] Quem ipse mensem finxerat de corde suo, ut sequenti versu diserte scriptura loquitur: id est, quem *αὐτομάτως*, nulloque Judæorum exemplo, per sese instituerat, ut ejus 15. impiæ consecrationis festum celebraretur.

— b pen. *κατὰ τὴν ἑορτήν.*] Quod tandem festum illud est, cujus exemplum Jeroboamus sequitur? Non placet *ἀδιάφορον* quoddam intelligi, quod nullam cum ista dedicatione affinitatem habuerit. Addit enim scriptura, *in similitudinem solennitatis, &c.* Frustra quoque encæniorum hic a quibusdam mentio fit, quæ Jeroboamus, tanto illis antiquior, cogitare non potuit. Probabilius alii de tabernaculorum festo accipiunt, cujus initium ab septimi mensis decimo quinto die ducebatur, Levit. xxiii. 34, et seq. Nec tamen satis video, quam illius similitudinem Jeroboamus expresserit, nisi forte quod diem octavi mensis decimum quintum delegerit. Nam tabernaculorum celebritas eo Levitici loco tantum instituitur, *ut discant posteri* (verba Dei sunt) *quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti.* Malim omnino altaris dedicationem a Salomone celebratam intelligere, quæ octavo die septimi mensis inchoata ad vigesimum secundum perducta est, quo etiam tabernaculorum celebritas claudebatur. Lege 3 Reg. c. 8. et Paralipom. c. 7. ubi v. 9. de Salomone habetur, *fecitque die octavo collectam, eo quod dedicasset altare septem diebus, et solennitatem celebrasset diebus septem.*

— c 1. *ἐν γῇ Ἰούδα.*] Rectius *ἐν τῷ Ἰούδᾳ*. Ita enim ex Hebr. Septuaginta, et Vulgat. *in Juda.*

— c 1. *θυσιαστήριον τὸ ἐν Βαιθ.*] Reponendum videtur, ut est apud Septuaginta *θυσιαστήριον, ὃ ἐποίησεν ἐν Βαιθὴλ, τοῦ θύειν ταῖς δαμάλεσιν*, &c. Certe *τοῦ θύειν* nec omitti potest, nec in

particulam ἐν sine flagitio mutari. Porro Vulgat. interpr. pro ὃ ἐποίησεν habet *similiter fecit*, ut in Hebr. כן עשה, i. e. opinor, ut *fieri solebat in Juda*. Septuaginta vero subintellexerunt in Hebr. אשר, *quod*, ut alibi passim.

284 c 2. ἐν ταῖς δαμάλεσιν.] Ita Septuag. Vulgat. autem in mascul. *vitulis quos*. Vide Observationes nostras ad p. 117 d 5. ubi de Api Ægyptio et Israëlit. vitulis pluribus.

— d 5. ἡ πιότης.] Ut Septuag. Vulgat. autem, *Cinis*, Hebr. דשן, quod *cinerem, adipemque* significat.

— d 13. γενομένῳ.] Legendum videtur γενομένῃ, ut conveniat cum οἰκοδομῇ.

— d pen. ἰσχὺν βασιλέων διαρρήξω.] Vulgat. *dorsa regum vertam*: אפתח מלכים ומתני, quæ utrovis modo interpreteris licet, *lumbos, dorsa regum solvam*; vel, *lumbos regum retegam, nudabo*: priorem sequuti Septuaginta, per *lumbōs* robur et fortitudinem intellexere: posteriorem Vulgatus maluit, *terga* enim *vertere*, hosti nudare est.

— fin. ὄρη.] Vulgat. *gloriosos*, Hebr. הדורים· quæ vox tametsi a recentioribus Hebræis pro *difficili* et *obliqua via* sumatur, cum tamen sit ex radice הדר, quæ *decorem gloriamque* sonat, dubium non est quin optime *gloriosos* significet, quos etiam montium nomine Septuaginta intelligunt.

285 a 7. ὀνόματί μου.] Rescribe ὀνόματί σου, cum Septuaginta et aliis omnibus.

— a 8. καὶ προσδέξομαί σε.] Ita iidem Septuaginta, Vulgat. autem *assimilavi te*: Hebr. אכנך· Radix כנה, si recentioribus Hebræis fides est, significat *subobscure indicare* aut *appellare*, quasi αἰνίττεσθαι πρός τινα. Sed malim Hieronymo credere, qui non semel hanc vocem reddit *assimilare*: præsertim cum longe sit illustrius certis tanto ante ac perspicuis characteribus Cyrum informari, quod hic *assimilare* significat, quam ἀμυδρῶς ὑπομηνύεσθαι. Adde proxime dictum esse, *vocavi te nomine tuo*: quod multo est ἐναργέστερον, quam obscure tantum *appellare*: quæ μείωσις vim prioris sententiæ mirum quantum infringeret. Septuaginta quo dattinet, legisse videntur קנה, quod est *emere, possidere*, non autem כנה.

— c 2. τέσσαρας διαδόχους.] Hi enim præcipui quatuor, Ptolemæus Lagi filius, qui Ægyptum; Seleucus Nicator, seu Nicanor, qui Babyloniam, Mediam, ac deinde Syriam; Antigonus, qui præcipuas Asiæ partes; et Antipater, qui Macedoniam obtinuit: cujus loco alii Philippum, sive Aridæum Alexandri fratrem, sufficiunt.

— c 4. καὶ Πτολεμαῖον.] Non video quamobrem Origenes post quatuor illos Alexandri successores Ptolemæi seorsum meminerit, quum unus e quatuor fuerit. Nisi forte cornu illud robustum et grande, cujus infra mentio d 3, Ptolemæum esse puta-

verit: in quo longe cum ab interpretum omnium sensu, qui Antiochum Epiphanem, Antiochi magni filium, accipiunt, tum ab historica veritate discederet. Tametsi quod Septuaginta cornu ἰσχυρὸν dixerunt, id Hieronymus *modicum* reddidit, Hebr. sequutus, מצעירה, quod vere *parvum* quid *modicumve* sonat. Sed cur Septuaginta *robustum?* Tantum occurrit, literarum metathesi, ערץ, sæpe idem esse quod *roborare:* inde עריץ, hoc est *robustus, violentus:* et מעריץ *robur,* ac fere *violentum.* Porro Antiochus Epiphanes initio sane modicus; quippe qui Seleuci frater natu minor esset, ac proinde vivo regnanteque fratre delitesceret: at eo sublato mirum in modum crevit.

— c 5. ἐπικαλούμενον Λαγῶν.] Repone Λαγῶ, vel Λαγοῦ. Dictus enim est Ptolemæus, non Lagus, sed Lagi, supple *filius;* tametsi Macedones, ut scribit Pausanias in Atticis, (nec enim id ipsemet ἱστορεῖ,) Philippi Alexandri patris filium esse dicerent, cujus mater uterum adhuc gestans Lago nupsisset.

— c 10. ἐνώπιον τοῦ Οὐβάλ.] Hic et v. 3. Septuaginta Hebraicam vocem, אובל, retinuere, qui versu secundo verterant, ἐπὶ τῆς πύλης οὐλαΐ, quomodo Hieronymus *super portam,* vel, *ante portam Vlaï,* qui tamen v. 3. *paludem* reddere maluit. Ergo utrumque vox illa significat, *paludem* seu *fluvium,* unde fortassis paludes iis in partibus existerent, et *portam,* qua fluvius recta peteretur. Fluvius hic *Vlaï,* (quem nescio cur Græcorum bibliorum regiorum interpres v. 2. in *Atrium* mutaverit,) Plinio vi. c. 27. *Eulæus,* affini sane vocabulo.

— d 12. καὶ τὴν δύσιν.] Septuag. inter νότον et δύσιν inserunt καὶ πρὸς ἀνατολήν. Hieronymus item ex Hebr. post *meridiem* addit *et contra orientem,* quod utique addendum hic fuerit. Antiochus enim Epiphanes Ptolemæum Philometorem Ægypti regem, adeoque totam Ægyptum, quæ πρὸς τὴν Συρίαν meridionalis est, pertinaci acerbitate vexavit: tum orientem versus in Persidem vicinasque Persidi regiones incubuit. Sed loco τοῦ πρὸς δύσιν idem Hieronymus *et contra fortitudinem;* in Hebr. צבי, quæ vox cum vulgo illustre aliquid ac votis omnibus expetendum significare dicatur, tum etiam ut plurimum Judææ tribuitur. Hieronymus εὐδοξίαν illam hoc loco intellexit, quæ singulari ex fortitudine colligitur, quamque Judæis divina etiam virtute septis attribuit. Quid si duo hæc צבי et צבא, non vocis modo sed etiam significationis affinitatem aliquam et communionem Hieronymo notam habuere? Judæam porro Antiochus, ut notissimum est, inusitato furore vastavit, atque in ipsomet templo Jovis Olympii signum collocavit. Quid Septuaginta sequuti sint, cum δύσιν i. e. *occidentem* verterunt, non satis intelligo. Hierosolyma certe quidem πρός γε τὴν Συρίαν occidentalior est.

288 b 1. ἀνεδέχετο.] Facilis emendatio est ἐνεδέχετο. Hoc

enim verbum iis maxime de rebus usurpatur, quæ utramque in partem ἐξ ἴσου evenire possunt: ut paulo post sæpius.

288 b 8. τοῦ θανατῶσαι.] Supple, ἕνεκα. Quod in vulgata paulo obscurius, *et compunctum corde mortificare:* itaque post καρδίᾳ et *corde* adhibenda virgula est: significatur enim, eum hoc animo persequutum esse hominem dolore jam confectum, ut ei vitam eriperet.

— d 5. τοῦ εἶναι.] Subobscurus locus. An mutanda distinctio est, et τοῦ εἶναι cum ἐνδεχομένων ita construendum, ut subintelligas χάριν vel ἕνεκα, an ita potius ordinanda sententia, ὁ θεὸς τῇ προγνώσει αὐτοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ ἀληθὲς προγινώσκων τοῦ εἶναι τῶν προειρημ. ἐνδεχ. δ. γεγονότων, an denique τοῦ εἶναι sumitur pro τοῦ ὄντος, vel τοῦ ἐσομένου πράγματος? Elige: postremum hoc malui.

289 b 9. οὐ προσποιησάμενος.] Gallicus etiam idiotismus est, *ne faisant pas semblant:* quod Latinitas minus patitur: aliud enim est *non simulo me audire,* aliud *simulo me non audire,* hoc est, *audire me dissimulo.* At Græcis Gallisque perinde est, seu præmittatur negatio, seu consequatur: tametsi longe sæpius præmitti Græce consueverit. Interdum vero προσποιεῖσθαι ἐλλειπτικῶς usurpatur, ut apud Demosthen. pro Coro. [p. 269, 9. Reisk.] ὅρα μὴ τούτων μὲν ἐχθρὸς ᾖς, ἐμοὶ δὲ προσποιῇ: subintelligitur εἶναι. Ibid. adversus Æschinem [p. 270, 2.], qui a liberalibus doctrinis imparatus cum esset eruditi nomen et famam ambiebat, τοῖς δὲ ἀπολειφθεῖσι μὲν, ὥσπερ σὺ, προσποιουμένοις δὲ ὑπ' ἀναισθησίας, τὸ τοὺς ἀκούοντας ἀλγεῖν ποιεῖν, ὅταν λέγωσιν, οὐ τὸ δοκεῖν τοιούτοις εἶναι περίεστιν.

— c 9. αἰτία γένηται, &c.] Αἰτία hic *occasio* est, ἀφορμή. Porro αἰτίαν ait non absolute τοῦ μὴ ἐπιστρέψαι, sed τῶν ἁμαρτημάτων. Nec enim fieri potest, ut quod mihi Deus certo futurum aperiat, id ipsum propterea non eveniat, quod certo futurum aperuerit: hæc enim τῶν ἀντιμαχομένων ἐστίν.

— d pen. ἅμα δὲ καὶ μαχόμενον.] Negari non potest, quin hoc duriusculum sit: imo, si absit ὑπερβολὴ, falsum. Tantum enim abest ut hæc duo pugnent, ut manifesta potius ἀντιλογία sit aperiri divinitus, ὅτι πάντως ἔσται ἀγαθὸς, et tamen illum ipsum οὐκ ἀγαθὸν γενέσθαι. Sed ratio quam subjungit molliorem interpretationem patitur, cum ea tantum futuri cognitione vim et contentionem animi debilitatum iri significet: quod τό γε καθόλου et verissimum est, et in sanctorum Patrum ore frequentissimum.

290 a 3. πρὸς οἷς γὰρ ἔχομεν.] Integer locus est: tantum dandi casus χρείᾳ, qui sequitur, in rectum mutandus videtur. Per ea vero, quæ habemus, intelligit, opinor, τὰ ἡμῖν ἔμφυτα, et semina illa honestatis atque virtutis, quæ nobis cum ratione insita sunt.

— c 2. πράττει.] Vix dubito quin scripserit Origenes πράττεται, cum et sensus hoc postulet, et ἀμέσως ante dixerit ἐπράττετο.

290 c 4. τοῖς προεγνωσμένοις.] Quæ vox sequenti versu repetitur. Malui tamen utrobique προγενομένοις, ut habetur in alt. manuscr. cum b pen. dictum fuerit, ὧν μὴ γενομένων.

— c 4. οὐκ ἐφ' ἡμῖν.] Expungenda negatio est, alioqui et sententia falsa esset, et ab Origenis mente prorsus aliena: falsa, quia libertatem everteret; aliena, quia libertatem hanc tuetur Origenes.

— d 8. περὶ τῶν ἀνθρώπων.] Rescribendum existimo περὶ τὸν ἄνθρωπον, vel τοὺς ἀνθρώπους, ut linea 11. περὶ τόνδε.

— d 12. δι' ἕτερον.] Hic quoque alterum manusc. sequutus sum, ubi περὶ ἑτέρους legitur, qui sensus longe convenientior est. Nec enim de pluribus hic schematismis agit, sed de uno tantum, quem plurium ac præteritorum eventuum caussam esse negat, ut ex sequentibus manifeste constat.

291 c pen. καθ' ὃ δὴ ὅτι.] Pro καθ' ὅ τι δὴ, quod forte rescribendum est, clarius certe foret.

— c pen. σαφὲς τὸ μὴ] Ita distinguendum fuit τὸ σαφὲς ab ἀληθὲς quod præcedit, alioqui ἀσαφέστατος locus hic fuisset.

— d 5. ἐπιστήσας.] Reponendum existimo ἐπιστῆσαι, alioqui non solum τὸ εἰ δὲ, quod periodi est initium, ἀναπόδοτον futurum est: sed etiam τὸ, ἐρεῖ, quod sequitur, ad genethliacum defensorem, non ad oppugnatorem Origenem pertinebit: cum tamen Origenes non hanc ipsi per sese orationem attribuat, sed eam potius ex illius opinione sequuturam velit.

— d pen. παραστητάτω.] Quam argumentum hoc urgeat, non sentio. Responderet enim genethliacus, totum hoc discrimen ex diversa præteriti ac futuri conditione petendum esse.

292 b 3. ἐμποδίζειν.] Malim ἐμποδίζει. Nec enim id ante demonstravit, nisi forte κατ' ἀκολουθίαν.

293 b 6. ἑλκομένους.] Ἑλκουμένους, opinor, vera lectio est, quam etiam e manuscript. alter repræsentat: ulcus enim ex circumcisione sequebatur.

— c 5. ἐπιστῆσαι μὲν,] Hæc duo verba libenter expunxerim, quæ profecto sensum absque illis optime cohærentem interturbant.

— d 2. καὶ τὴν ἀστεροσκοπ.] Manifesta trajectio est. Legendum ergo, οὐκ ἔτι δὲ τὴν ἀστεροσκοπικὴν, καὶ τὴν γενεθλιαλογ. Hic enim eadem est ἀστεροσκοπικὴ et γενεθλιαλογική.

294 d pen. μορφώματος.] Post hanc vocem membrum alterum deesse credo, quod ita concipi possit, οὐ μὴν λαμβανομένου τ'ἀληθοῦς ἐκ τοῦ μορφώματος. Sensus enim id exigit: et manifeste probant quæ sequuntur. Vox μορφώματος repetita librariorum, ut sæpe fit, oculis imposuit, ut posteriorem prioris loco acciperent.

295 a 10. χείρονος ἀπὸ τοῦδε.] Melius, ni fallor, abesset ἀπὸ, ut χείρονος τοῦδε (nempe ἀστέρος) cum præeunte participio δηλουμένου construatur. Sin auem (quod minus probo) retine-

bitur ἀπὸ, tunc post χείρονος apponenda virgula fuerit, ut ἀπὸ τοῦδε cum ἀμαυρουμένου conjungatur.

295 c 3. ἤπερ νομιζομ.] Lege, ἤπερ τὸ νομιζ. vel ἢ τὸ νομ.

LIB. VII.

299 d 11. πολὺ πρότερον.] Omnino legendum videtur πολὺ αἰσχρότερον, hæc enim turpium numinum colluvies siderum frugumque θεοποιΐᾳ posterior fuit, uti non semel Eusebius ipse tradidit.

300 b 7. καταδεδουλωμένοις.] Rescribe καταδεδουλωμένον. Quo enim accusativus hic referatur?

301 a 3. καταφυρόμενοι.] Corrige, καταφυρομένοις: hactenus enim in dandi casu, et sequitur νενικηκόσι.

303 b 2. ὄντες.] Alter ex manuscr. ὄντως, recte.

— b 3. γένος ἱερόν.] Idem manuscr. γενὸς ἐκλεκτὸν, ut in Græc. et Vulgat. Bibl.

304 d 2. ἄλλης τε μακρᾶς.] Non videbam quo genitivus iste pertineret. Itaque verti perinde ac si legeretur ἄλλας τε μακρὰς περιόδους, et ἐπιτελουμένας pro ἐπιτελουμένης, quæ vera mihi lectio visa est.

— d 7. ἐλεύθερον καὶ ἀνειμένον.] Liberum hic et solutum vitæ genus πρὸς καλοῦ ληπτέον ἐστὶ, quod absque ulla vi aut legum necessitate virtutem ac pietatem coleret, nec graviori tot ceremoniarum onere premeretur. Ita fere Thucydides usurpavit II. ubi Pericles ἐν τῷ ἐπιταφίῳ λόγῳ liberiorem Atheniensium vivendi rationem duriori et legum vinculis adstrictæ Lacedæmoniorum disciplinæ anteponens, καὶ ἐν ταῖς παιδείαις, inquit, οἱ μὲν (Λακεδαιμόνιοι) ἐπιπόνῳ ἀσκήσει, εὐθὺς νέοι ὄντες, τὸ ἀνδρεῖον μετέρχονται· ἡμεῖς δὲ, ἀνειμένως διαιτώμενοι, οὐδὲν ἧσσον ἐπὶ τοὺς ἰσοπάλους κινδύνους χωροῦμεν. Imo τὴν ῥαθυμίαν paulo post meliori ac laudabiliori significatione posuit: Καί τοι εἰ ῥαθυμίᾳ μᾶλλον, inquit, ἢ πόνων μελέτῃ, καὶ μὴ μετὰ νόμων τοπλεῖον ἢ τρόπων ἀνδρείας ἐθέλοιμεν κινδυνεύειν, i. e. *Quod si ex faciliori potius vitæ genere, quam assiduo laborum usu, nec legum necessitate potius, quam generosa indolis virtute ducti, ad subeunda pericula venire statuimus:* ubi ῥαθυμίαν sic πόνων μελέτῃ opposuit, ut eandem tamen cum τρόπων ἀνδρείᾳ conjungeret. Quo etiam pertinet illius vel moris vel consilii fructus, qui sequitur: περιγίγνεται ἡμῖν τοῖς τε μέλλουσιν ἀλγεινοῖς μὴ προκάμνειν, καὶ ἐς αὐτὰ ἐλθοῦσι μὴ ἀτολμοτέρους τῶν ἀεὶ μοχθούντων φαίνεσθαι. *Hoc inde consequimur, ut nec futurarum ærumnarum ante tempus asperitate frangamur, nec tamen postquam in eas ventum est, illis ipsis qui perpetua in contentione versantur, meticulosiores nos aut segniores ostendamus.*

— d ult. ἀνειληφέναι.] Reponendum videtur ἀνειληφότες. Respondet enim hoc membrum priori illi βίῳ μὲν τῷ κατὰ τὴν φύσιν κεκοσμημένοι.

310 c 3. *καλεῖ.*] Alt. e manuscr. *δηλοῖ*, quod omnino præstat.

— d ult. *περὶ τῆς τῶν παλαιῶν ἀνδρ.*] Liber hic de numerosa priscorum hominum sobole cum aliis plerisque intercidit, nec ulla ejus est apud S. Hieronymum, Photium, aut Suidam mentio.

313 c 4. *πρακτικόν.*] Alterius manuscr. lectionem sequutus sum: habet enim *προστακτικὸν*, cui sequens *ἀπαγορευτικὸν* recte opponitur.

— c 8. *τῆς θεολογίας ἄρξασθαι, καί.*] Hæc a librario quodam perperam inserta sunt, quæ manuscriptorum alter expungit.

— c 10. *οἰκείαν νόμοις.*] Mendosa hæc sunt, atque in *οἰκείων νόμων*, ut videtur, mutanda.

— d 2. *οὐχὶ φίλον*, &c.] Locum hunc ita concipit alt. manusc. *οὐχ ᾗπερ Αἰγυπτίοις φίλον ἦν, ἀλλ' οὐδὲ Φοίνιξιν, ἢ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι παραπλησίως, εἰς πλῆθ.* &c. Rectius. Saltem pro *οὐχὶ*, omnino reponend. *οὐχ ᾗ*.

317 b 4. *προσλαμβάνειν.*] Rectius, opinor, fuerit *προλαμβάνειν*.

320 c 9. *δευτέραν οὐσίαν.*] Eusebius hic *ἄντικρυς ἀρειανίζει*. Tametsi ejus orationem Trapezuntius *ὑποκορίζεσθαι*, et adhibito quasi studio mollire videatur. Sed notus satis Eusebius, ac præsertim ante Nicænum Concilium, ante quod hæc ab eo scripta fuisse non dubito.

322 d 3. a fine, *Διὰ τί.*] Hæc Eusebius p. seq. b 1. sumpta esse ait ex lib. I. Quæstionum et Solutionum. S. Hieronymus V. libros numerat Quæst. et Solut. in Exodum, qui non extant. Euseb. autem Histor. II. [c. 18.] ante horum quinque librorum mentionem Quæstionum et Solutionum meminit, quas in Genesin et Exodum scripserat: *τοῦτο δὲ*, inquit, *κατὰ μέρος διαστολὰς κεφαλαίων τῶν ἐν ταῖς γραφαῖς ζητουμένων, ἐπιστάσεις τε καὶ διαλύσεις πεποιημένος, ἐν οἷς καὶ αὐτοῖς καταλλήλως τῶν ἐν Γενέσει καὶ τῶν ἐν Ἐξαγωγῇ ζητημάτων καὶ λύσεων τέθειται τὴν ἐπιγραφήν.*

323 a 3. *δεύτερον θεόν.*] Hic vere Philo *πλατωνίζει*, ut ex ipsis philosophi verbis inferius patebit.

— b 9. *τῷ δευτέρῳ.*] Ergo tunc duo isti Philonis libri *περὶ Γεωργίας* inscripti erant: nunc tamen posterior *περὶ φυτουργίας* inscribitur: idque satis ex Philonis mente, qui librum hunc sic orditur, *Ἐν μὲν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τὰ περὶ γεωργικῆς τέχνης γενικῶς, ὅσα καιρὸς ἦν, εἴπομεν· ἐν δὲ τούτῳ περὶ τῆς κατ' εἶδος ἀμπελουργικῆς, ὡς ἂν οἷόν τε ᾖ, ἀποδώσομεν.*

— b 10. *τὰς δυστροπίας.*] Extat hic locus p. 168 b. Philonis excusi Græcol. paulo post initium: ubi pro *δυστροπίας* legitur ut in manuscr. *δυσωπίας*. Quæ si vera lectio est, *τὰς ἐν τοῖς διαπορηθεῖσι δυσωπίας pudendas difficultates* appellat, quæ hujusmodi quæstiones consequuntur. Itaque nostra in versione pro *dubitationem* legendum est *has dubitationes*. *Δυστροπία* morum potius quam loci alicujus asperitatem sonat. Fortassis tamen *difficiliores* etiam *angustias* significare possit, in quibus ægre convertere te aut commovere possis. Præcipua quæstio ibi a Phi-

lone proposita hæc est, Τίς ἐστι κόσμῳ βάσις, ἐφ' ἧς ὥσπερ ἀνδριὰς ἐφήρεισται. Quam quæstionem ab iis sine pudore ac probro tractari posse negat, qui basim illam ὑλῶδές τι καὶ σωματῶδες esse arbitrentur.

323 c 2. Λόγος δὲ,] Excus. leg. Νόμος δέ. Dubium esse non potest, quin Eusebius noster Λόγος potius quam Νόμος legerit, cum hoc de Verbo divino testimonium proferat. Et sane cum paulo post Deum ejus Patrem appellet, commodius id de Verbo quam de lege accipias. Imo quod addit, esse quasi μεθόριόν τι φωνῆεν στοιχείων ἀφώνων, multo melius in Verbum, quod vocale quid sonat, quam in legem, κωφότερόν τι χρῆμα, conveniat.

— c 8. ἄρρητον.] Philo ἄρρηκτον. Longe melius.

— d 3. φωνῆεν.] Philo καθάπερ φωνήεντα, quod significantius videtur.

— d 5. ἐγγράμμου μουσικῆς.] Hinc excusum corrigas licet, ubi perperam legitur ἐγγραμμάτου μούσης.

325 a pen. δευτερούσης, &c.] His plane gemina Plato scribit inferius p. 541 c. quibus duplex impietas continetur, in Filium altera, altera in Spiritum Sanctum.

— c 4. παρ' ἑτέρου.] Sequentia, τοῦ, ἢ παρὰ Θεοῦ Λόγου, et mendosa sunt et ascititia, ideoque expungenda.

328 a 1. περὶ ἀντικειμένων.] Vide locum persimilem Demonstrat. Evangel. IV. c. 9.

330 a 1. θελγήτροις καὶ προβολίοις.] Ergo θέλγητρον et προβόλιον idem hoc loco. Certe dæmoni periculosius nullum est voluptate venabulum. Ita etiam corrigendus, et accipiendus videtur locus ille Demonstrat. IV. c. 9. [p. 159 c.] ubi de Lucifero sic loquitur Eusebius: δεινὰ δὲ κατὰ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἀπειλήσας θάτερα ληπτοὺς τοῖς προβουλίοις ἀνθρώπους εὕρατο, i. e. *At is populis omnibus tam gravia interminatus cum esset, alia tamen ratione, venabulis suis homines captu faciles esse cognovit:* ubi θάτερα pro θατέρᾳ usurpavit, et προβολίοις legendum, non autem προβουλίοις. Cujusmodi autem προβόλια ista fuerint, sic explicat, Ἔσειε δῆτα τῆς ἀπὸ τῶν κρειττόνων στάσεως τὰς πόλεις, καὶ τοῖς τῆς ἡδονῆς δελέασιν ἐπὶ πᾶν εἶδος φαυλότητος τὰς τῶν πολλῶν κατέσπα ψυχὰς, &c. quæ fusius ibid. persequitur. Ita Θέλγητρον, δέλεαρ, προβόλιον, eodem sensu.

333 c 3. Διονυσίου.] Alexandrinum intelligit, Sabellii, a quo personarum in SS. Triade distinctio nefarie tollebatur, oppugnatorem acerrimum. Qui cum nimio quodam susceptæ causæ studio in contrariam Arianorum hæresin nonnihil inclinasse quibusdam videretur, egregium in primis defensorem nactus est B. Athanasium, ejusdem postea sedis episcopum. Vide illustriss. Card. Baron. anno Christi 263. Porro Sabellius alterum hoc de materia somnium ab Hermogene acceperat. Plures adversus Sabellium istum libros a Dionysio elaboratos esse, non tantum unum, ut non nemo credidit, vel hoc Eusebii loco manifeste convincitur.

335 a 1. Ἀπορήσομεν.] Ingeniosæ sunt ac solidæ Origenis rationes istæ.

336 b 7. Περὶ δὲ τοῦ ποσοῦ.] Non extat opus illud Philonis de Providentia. Cæterum ex hoc fragmento auferri potest Philonem Platonis ex mente sensisse rudem et indigestam a Deo materiæ molem ante omnia creatam esse, ex qua deinde præclaram illam quam cernimus rerum varietatem ac speciem eduxerit.

— d 8. ἔλαττον προστιθέναι.] Sensus postulat ἐλάττονι προστιθ. ut opponatur sequenti membro, ὡς περιττῆς ἀφαιρεῖν.

— d ult. ἅπασιν ἐπαινετοῖς.] Utramque vocem, aut saltem ἐπαινετοῖς, libenter expunxerim.

337 a 2. αἴτια τιθέμενος.] Vix dubito quin reponendum sit ἀντιτιθέμενος, vel αἰτία [voluit f. ἀντία] τιθέμενος, quod paulo ποιητικώτερον est. Sed Philo, quemadmodum et Xenophon, poëtas interdum amat. Porro illud οὐκ ἂν φθάνοι, &c. hunc quoque sensum pati posset, *ut artificum omnium objiciat opera, nihil unquam efficiet.* In eo tamen hæreo, quem expressi, quod is, meo quidem judicio, cum sequentibus ἀλλὰ γὰρ σοφιστείας, &c. elegantius ornatiusque cohæreat.

— a 9. Μαξίμῳ δέ.] Nondum satis definio[1], quis ille Maximus fuerit. Erat quidem Maximus Hierosolymorum antistes, æqualis Eusebii; sed vereor, ut hunc vere maximum Arianæ impietatis hostem maximus Arianus intelligat: tametsi hunc, quiqui sit, Maximum, ut supra Dionysium Alexandrinum, satis frigide appellarit. Cæterum dialogus fuit tota hæc de materia disputatio, ut legenti patet.

— b 8. ἢ ὅτι κεχώρισται.] Prima hæc argumenta nonnisi adversus eos qui corporeum Deum fingerent momenti quicquam habere possunt.

338 a 8. χωρητικόν.] Malim χωρητὸν cum altero manuscr.

— c 1. λέγει. εἰ δὲ, &c.] Post λέγει minor adhibenda distinctio, et δὲ mutandum in γε vel δή.

— d 1. γινομένων αὐτῷ.] Leg. γινομένων ἐν αὐτῷ.

— d 9. ὕλην γὰρ εἶναι θέλεις.] Disputationis hujus cardo postulat ut ἀγέννητον inseratur: eamque vocem proxime consequentia desiderant.

339 a 5. ἔχεσθαι.] Corrigendum ex alter. manuscr. ἔρχεσθαι, quam lectionem etiam Montac. repræsentat.

— b 4. ποιότητες τῶν ποιοτήτων ποιότης.] Lege et distingue, ποιότητες, τῶν ποιοτήτων ποιητής, cum alt. manuscr.

— c 5. συλλελόγισται ὡς οὐκ ἀδυν.] Corrupta ista sunt: nec saniora illa manuscr. συλλελόγισται ὡς οὐκ ἀδύνατον ἐξ οὐκ ὄντων δημιουργὸν τὸν θεὸν, ἀδύνατον εἶναι δοξαζ. &c. Facile tamen

[1] Circa an. 196. floruisse hunc Maximum auctor est Caveus Hist. Lit. I. p. 95. Vide Valesium ad Euseb. Hist. Eccl. V. 27.

emendari possunt, si legeris, ὡς συλλελόγισται ἀδύνατον εἶναι δοξαζ. &c.

339 c 7. Ἀλλ' ὁ μὲν,] Concessio non est, sed quasi transitio.

— c 8. καὶ γὰρ παρ' ἡμῖν.] Subtiliora sunt, quam solidiora, quæ sequuntur. Nec enim ὑλώδεις isti mundum ex alio mundo sed ex materia factum volebant: et satis, opinor, vidissent, artes illas singulares ac proprias non jam ex nihilo repente nasci, sed acri studio, continenti usu, improbo labore, ac similium artium imitatione paulatim excitari ac perfici.

340 b 5. οὕτω προλαβὼν,] Clarius esset οὕτω γὰρ προλαβ. Cæterum hoc argumentum firmius est.

— d 8. παραστῆναι.] Usitatius fuerit παραστῆσαι.

341 b 2. εἰ δὲ οὐσίαι τὰ κακὰ, &c.] Mendosa hæc sunt: quæ facile sic emendes, Εἰ δὲ μὴ οὐσίαι τὰ κακὰ, κακὸν δὲ ὁ φόνος, &c.

342 a 7. ἔσονται τούτων.] Ἀσυλλόγιστος videtur ista conclusio. Referendum enim potius fuisset, hominis quoque naturam pro tanta rerum istarum et actionum mutatione mutari, quæ sui tantopere dissimilis esse toties et inciperet et desineret.

343 a 1. παρὰ λόγον ὁρισάμενος ἀφορμήν.] Hic ἀφορμὴν pro eo sumi arbitror, quod *medium* vulgo logici nominant, ejusque tam in majori quam in minori collocationem: παραλόγον autem ἀφορμὴν, sophisticam et ἀπατητικὴν argumentandi rationem, qua quis velut ἀφορμῇ quadam ad facilius alterum in errorem inducendum abutatur. Quales ἀφορμὰς Socratici captare videbantur.

— a 4. ἀλλ' εἴ τι.] Ante ἀλλὰ minori tantum distinctione opus est: pro εἴ τι vero malim εἰ ὅ τι.

— b pen. πρὸ τούτου.] Virgulam puncti loco suffice.

— c 1. δοκεῖ. ἀλλαγήν.] Post δοκεῖ tollenda distinctio est: ἀλλαγὴν autem rescripsimus pro ἀλλὰ γῆν, quod manifeste vitiosum erat.

— c pen. τροπήν.] Male τρόπον ante legebatur.

344 d 11. μεθ' ἑνὸς,] Legendum videtur μήθ' ἑνὸς, vel unico verbo μηθενός.

— d 15. ἐστὶν εὐεργεσία.] Sensus postulat ἐπ' εὐεργεσίᾳ, maxime cum sequatur ἐπὶ χείρονι.

345 b 3. δυνάμενοι.] Præstat omnino δυνάμενα, ut referatur ad ταῦτα, non ad θέοι.

— c 2. σύνθετος δὲ ὁ κόσμος.] Mutila ista sunt. Commode sic expleas, πῶς δὴ συνθετός ἐστιν ὁ κόσμος, καὶ &c.

— c 4. Τὴν γάρ.] Rescribe τὸ γάρ.

— c 8. ἦν ποτε καθ' ἑαυτά.] Negari facile posset quod hic assumitur.

— d 14. οὐκοῦν.] Et hæc consequentia oppido quam infirma. Tota enim hæc ἀντιμάχησις est κατ' εἶδος, non καθ' ὕλην.

LIB. VIII.

350 a 5. κατασταθείς.] Aristæas excusus leg. καταταχθείς: perinde est.

350 a 7. πολλὰ διάφορα.] Hesychius τὸ διάφορον explicat non tantum ἀμφίλεκτον, sed etiam ἀνάλωμα διάφορον, quæ vera hoc loco est hujus verbi significatio.

— b 4. 5. ὑπὲρ τὰς εἴκοσι.] Josephus Antiquit. Judaic. XII. c. 2. περὶ εἴκοσι. At S. Epiphanius, lib. de mensuris et ponderibus num. 9. longe parcior, ἤδη μέν, inquit, εἰσι μυριάδες πέντε βιβλίων καὶ τετρακισχίλιαι ὀκτακόσιαι, πλεῖον ἢ ἔλασσον. Sed Aristææ cum Josepho et Eusebio hærendum est.

— c 8. εἶπε γραφῆναι.] Josephus tantum γράφει. Sed vult opinor Aristæas hoc Demetrio mandatum esse, uti regis nomine ad summum pontificem scriberet. Infra p. 351 d 6. ἐκέλευσε γραφῆναι.

— c ult. μεθ' ἕτερα.] Quæ nimirum Aristæas de Judæis a Ptolemæo servitute liberatis interponit. Quibus conficiendis septem duntaxat dies impensi, ut iidem Aristæas et Josephus habent.

— d 1. ἐκέλευσεν ἐκδοῦναι.] De hoc loco plura in Observationibus.

— d 2. ἀναγραφῆς.] Excus. ἀντιγραφῆς.

— d 4. ἀκριβείας.] Excus. ἀσφαλείας.

— d 5. ἀπεριμερίμνως.] Excus. ἀπερριμμένως.

— d 8. τῶν ἀπεσταλμένων πλῆθος.] Donaria intelligit Hierosolymam a rege missa, de quibus inferius. Sic Josephus locum supplevit, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀπεσταλμένων ἀναθημάτων, καὶ τὸ ἐφ' ἑκάστου κατασκευασθὲν, ὡς ἀκριβεστάτην εἶναι τὴν τοῦ τεχνίτου τοῖς ὁρῶσι μεγαλουργίαν, καὶ διὰ τὴν τῶν κατασκευασμάτων ἐξοχὴν τὸν ἑκάστου δημιουργὸν εἶναι εὐθέως γνώριμον.

— d 9. μεγαλομερείᾳ.] Excus. μεγαλομοιρίᾳ. Sed Eusebio hærere malim: nam et Hesychius μεγαλομερῶς exponit μεγάλως.

351 a 7. ἀπολειφθέντων.] Excus. ἀπολιπόντων. Joseph. ἔτι λειπόντων, quod rectius videtur.

— a 4. βιβλίων.] Joseph. συγγραμμάτων.

— a 5. τὰ διαπεπτωκότα, &c.] Joseph. περὶ τῶν διαπεπτωκότων, ὅπως τῆς δεούσης ἐπιμελείας τύχῃ. Elige. Tantum vereor ut apud Josephum idem bis dicatur: cum apud Aristæam et Eusebium τὰ διαπεπτωκότα significare videantur *partes aliquas, quæ ad comparatorum voluminum integritatem deessent, quomodocunque tandem excidissent:* unde sequitur τύχῃ τῆς προσηκούσης ἐπισκευῆς, quibus verbis juberi existimo, ut ἐλλείμματα ista studiose ac diligenter expleantur. Sed Joseph. in sequentibus Aristææ verba sæpe mutat, tametsi a sententia vix recedat.

— b 6. ἀμελέστερον.] Consule, si placet, Observationes.

— c 1. πόρρω γεγόνασιν, &c.] Mirum quantum Latinus Aristæas, qui extat tomo 7. Biblioth. Patrum, a Græco discedit. Habet enim frequentem apud historicos et poëtas horum voluminum esse mentionem. Josephus cum Aristæa Eusebioque consentit.

352 b 1. Βασιλεὺς Πτολεμ. &c.] Et hanc epistolam Josephus suis non Aristææ verbis repræsentat.

352 a 4. ἀναρπάστους.] Excus. Aristæas, ἀναστάτους.

— b 4. κατῳκίσθαι.] Eo nimirum, vel optione sua, vel ipsius victoris voluntate, vel dominorum venditione delatos.

— b 5. ὑπὸ Περσῶν.] In edicto, quo apud Aristæam et Josephum libertas Judæis a Ptolemæo conceditur, de Persis μηδὲ γρύ: nunc tamen ad Judæum scribens, paternæ invidiæ partem aliquam in Persas deonerat, quodque vere poterat, etiam prudenter adjungit.

— b 6. συνεληλυθέναι, &c. αἰχμαλώτους.] Molle id quidem, sed Josephus longe adhuc mollius, et patris in gratiam ὑποκοριστικώτερον, οὓς αἰχμαλωτισθέντας ὑπὸ Περσῶν ὁ ἐμὸς πατὴρ ἐτίμησε.

— c 2. φόβον ἔχῃ.] Consentit Joseph. ἵνα τοῖς Αἰγυπτίοις ὦσι φοβεροί. Excusus tamen Aristæas, interposita negatione, φόβον μὴ ἔχῃ, contrarium plane sensum efficit, parum meo judicio probabilem. Nam qui tandem Ægyptios omni Judæorum metu liberabat, dum eos in locis opere situque munitissimis et tanto numero collocaret? Credibilius omnino, Ptolemæum Lagidem, qui ab Alexandri obitu primus Ægyptum occupabat, quod a Macedonum viribus satis fortasse paratus non esset, Ægyptios, ne quid nascente regno turbarum excitarent, hoc Judæorum metu cohibere voluisse. Utut sit, quamobrem id apud Judæum pontificem negaret, caussæ nihil erat; cur affirmaret, sane plurimum.

353 a 3. τῶν ἀρχισωματοφυλάκων.] Excus. Arist. et Joseph. τὸν ἀρχισωματοφύλακα. Quæ lectio hominis dignitati favet, cui tantum accedat necesse est, quantum detrahitur ex sociis.

— b 1. ἐνδεχομένως] Vocem explicat Josephus, ὡς ἐνῆν μάλιστα φιλοτίμως.

— c 1. καὶ τὰ τέκνα.] Locus difficilis, quo de quid probabilius nobis videatur, in Observationibus exponetur.

— d 8. καὶ εἰ παρὰ φύσιν ἐστίν.] Et Joseph. κἂν ᾖ παρὰ φύσιν, i. e. ut minus id cum ingenio, sensu, moribus nostris congrueret, cujusmodi etiam est sacrorum librorum communicatio.

— d pen. τῆς ἀδελφῆς, &c.] Montac. καὶ τῆς βασιλίσσης, καὶ ἀδελφῆς Ἀρσινόης.

354 d 7. προηρμηνευμένων.] Utriusque historiæ meminit Josephus, nec tamen addit ullam divinæ legis interpretationem Septuaginta seniorum opera priorem extitisse.

— d 10. τὴν αἴτησιν.] Dubium non est quin reponendum ex Aristæa sit τὴν ἄνεσιν. Joseph. multitudinis numero παρὰ τὰς ἀνέσεις.

— d 12. μαθόντος.] Corrigendum ex Aristæa tam excuso quam manuscr. σημανθέντος: et lin. ultima post ἀποσχόμενον delenda conjunctio δέ. Legi etiam posset μαθεῖν pro μαθόντος, servato δὲ post ἀποσχόμ. vel eod. sublato, μάθοντα.

355 a 4. ἀπεγλαυκώθη.] Vera lectio, ex qua corrigendus excusus Aristæas, apud quem mendosissime legitur ἀπεγλυκλώθη. Recte etiam Josephus τὰς ὄψεις γλαυκωθείς. Notum est γλαύ-

κωμα et γλαύκωσιν oculi vitium esse, quo humor pupillæ crystallinus, cæsio præter naturam colore suffusus, vel ἀμαυροῦται, vel ἀποξηραίνεται. Plinius etiam *glaucoma* passim vocat. Hinc facetum illud Palæstrionis in Plauti Milite,

> Et nos facetis fabricis, et doctis dolis,
> Glaucomam ob oculos objiciemus, eumque ita
> Faciemus, ut quod viderit, non viderit.

Ubi Plautus *glaucomam* pro *glaucoma* posuit, ut *schemam* in Amphitruone pro *schema* :

> Huc processi sic cum servili schema.

Ita *syrmam*, *diademam*, *dogmam* Latini veteres dixere. Priscianus VI. [c. 2. p. 679.]

— a 8. καθὼς προεῖπον.] Prior editio, καθὼς προεῖπε περὶ τούτων τὰ περὶ τοῦ Δημητρίου προσκυνήσας: quibus nihil corruptius. Aristæas excusus προεῖπον, περὶ τῶν τοῦ Δημητρίου προσκυνήσας: quæ vix saniora sunt. Montacutius pro περὶ τοῦ Δημ. leg. παρὰ τοῦ Δημη. Emendatior locus erit, si leges, καθὼς προεῖπον, τούτων, (vel ταῦτα) περὶ τοῦ Δημητρίου, προσκυνήσας, vel, καὶ προσκυνήσας. Nam Josephus ita scribit, Παραλαβὼν δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς παρὰ τοῦ Δημητρίου, καθὼς προείρηται, προσκυνήσας αὐτοῖς: ubi ταῦτα et αὐτοῖς de libris ipsis Gelenius intelligit. Non improbo. Melius tamen fortasse de verbis Demetrii accipias, quibus auditis, Ptolemæus sancta quadam, ut fit, admiratione perculsus, venerabundo similis, aut in genua procubuerit, aut simile quid egerit: nam continuo sequitur τῶν βιβλίων, cum alioqui potius τὰ βιβλία, pro ταῦτα, dicere debuisset, ac deinde αὐτῶν pro τῶν βιβλίων subjungere. Philo quoque lib. ii. de vita Mosis, de iis, qui Græcam hanc divinæ legis interpretationem, Hebræo, vel, ut appellat, Chaldæo fonti simillimam cum admiratione venerarentur, καθάπερ ἀδελφὰς, inquit, μᾶλλον δὲ, ὡς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν, ἔν τε τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς ὀνόμασι, τεθήπασι καὶ προσκυνοῦσι· οὐχ ἑρμηνεῖς ἐκείνους, ἀλλ' ἱεροφάντας καὶ προφήτας προσαγορεύοντες. Idem ante de Judæorum annuo solennique jejunio, τίς δὲ τὴν λεγομένην νηστείαν οὐ τέθηπε καὶ προσκυνεῖ;

— b 7. ὑποθετικῶς.] Malim ὑποθετικῶν, ex alt. manuscr. regio. Nec tamen satis constat, quod operis genus illud fuerit, quæ ὑποθετικὰ Philo inscripserit. Quod si ex præsenti fragmento conjecturam ducere liceat, id ei placuisse nomen videtur, quod hoc in opere καθ' ὑπόθεσιν ut plurimum disputaret, ac frequenter dilemmate proposito, alterutrius partis optionem daret: sic tamen, ut ex utraque, postmodum καθ' ὑπόθεσιν ingeniose tractata, suam in rem argumenta duceret.

— c 9. πρὸς δ' ἔτι, &c.] Hanc alteram manuscr. lectionem editæ prætulimus in qua pro ἐντεθραμμένον legebatur καὶ τεθραμμένον: ubi νεότητα, meo judicio, sic acceperit, ut animosa fere omnia νεανικὰ dici solent. Quanquam, ut verum fatear,

νεότης ista mihi quidem nova nimium est. Quid si ergo legeretur, πρὸς δ', ἐν τῇ νεότητι φρονηματίαν, καὶ τεθραμμένον μεγάλως? nam cogitationum ac sensuum novitatem intelligi, vix est ut credam.

— d 4. μετελθεῖν.] Forte μετ' ἐλθεῖν, vel potius, μετὰ τὸ ἐλθεῖν.

356. εὐπειθεῖς.] Ita correximus, cum ante legeretur εὐπειθεῖν, cujus lectionis in alt. manuscr. non obscurum adhuc vestigium supererat.

— d 4. ὑποτιμήσεις ἔχον.] Solennis ea est, quam expressimus, in re forensi maxime, vocis hujus significatio. Nec aliud in eadem fuit ὑποτιμᾶσθαι, quam reum, aut rei amicos graviorem pœnam deprecari, et cum leviore aliqua permutare. Secus tamen visum est erudito Xenophontis interpreti, qui locum illum ex Apologia [s. 23. ubi v. Schneider.] pro Socrate, κελευόμενος ὑποτιμᾶσθαι, οὔτε ἑαυτὸν ὑπετιμήσατο, οὔτε τοὺς φίλους εἴασεν· ἀλλὰ καὶ ἔλεγεν, ὅτι τὸ ὑποτιμᾶσθαι ὁμολογοῦντος εἴη ἀδικεῖν, ita reddit, *Jussus mulctam exolvere, neque de suo eam solvit, neque amicos id facere passus est: imo etiam dicebat, mulctæ solutionem ejus esse hominis, qui se injuste fecisse fateri videretur.* Atqui jam capitali pœna, non pecuniaria mulcta, damnatus erat Socrates: nec ὑποτιμᾶσθαι solventium est, sed æstimantium. Quid quod ex illo Socratis facto Xenophon perspicue intelligi voluit, quam nullo producendæ vitæ desiderio teneretur? Sensus igitur est, Socratem morte damnatum, quod reis omnibus licebat, leviorem sibi pœnam, φέρε εἰπεῖν, exilium, carcerem, aut pecuniariam mulctam irrogare, vel id ut per amicos fieret, pati noluisse. Apud Platonem Socrates in Apologia [p. 36 b.] τὸ ἀντιτιμᾶσθαι cum Demosth. et al. eod. sensu accipit: Τιμᾶται δ' οὖν μοι ὁ ἀνὴρ θανάτου· ἐγὼ δὲ δὴ τίνος ὑμῖν ἀντιτιμήσομαι; Imo sæpius deinde τὸ τιμᾶσθαι. Hinc etiam factum videtur, ut ὑποτιμᾶσθαι dicerentur, qui muneris impositi gravitatem, aut valetudinis, aut senectutis, aut simili quadam excusatione defigerent, quasi muneris istius vicem, proprium hoc et singulare incommodum sufficerent. Quare apud Hesychium ὑποτίμησις explicatur, πρόφασις. Nec suspectus cuiquam esse debet ille Plutarchi locus in Camillo [p. 150 d.], συνορῶν δὲ (ὁ Κάμιλλος) τὴν ἀνάγκην καὶ τὸν κίνδυνον, οὔτε ὑποτίμησιν εἰπών, ὡς πρότερον, οὔτε προφάσει χρησάμενος, ἀλλ' αὐτόθεν ὑποστὰς τὴν στρατηγίαν, &c. Quinta Camillo dictatura deferebatur, homini jam prope octogenario; grave quidem onus, quod tamen in summo reip. periculo nulla is, ut tertiam et quartam, excusatione defugit. Itaque ὑποτίμησιν εἰπεῖν, et προφάσει χρήσασθαι, admodum gemina. Quod optime vidit Amiotus. At Latinus interpres ita vertit, *nihil jam mulcta, ut ante, deterritus:* minus, opinor, ex Plutarchi mente, præsertim (ut alia mittam) cum similem magistratum Camillus mulctæ metu defugisse non legatur: sed tantum ætatem, valetudinem, et alia id genus excusasse, quod erat proprie ὑποτίμησιν εἰπεῖν. Nec du-

bium est, quin infra p. 363 b 2. pro γῆς ἀγνοίας ἐπιτίμησιν, legend. sit, τῆς ἀγνοίας ὑποτίμησιν, eod. plane sensu.

358 a pen. μὴ δ' ὡς τῷ θ. τ. ἀν.] ὡς mutandum videtur in ὃς, quasi diceret, ἣ καὶ ἀνέντα ταῦτα τῷ θεῷ.

— b 3 et 4. τῶν θεῶν.] Quid si τοῦ θεοῦ? Nam quorsum hic profanorum Deorum meminisse? nisi tamen Dii pro Deus, ut Hebræi אלהים, quod vix credo.

— b 5. ἑτέρων ἀναθημάτων.] Hic genitivus cum sequente οἰκείων, Attice, ut notum est, pro accusandi casu.

— c 1. υἱῷ.] Legendum videtur υἱοῦ, et paulo post, ὑπηκόου, non ὑπηκόῳ: quemadmodum ante scribitur γυναικὸς, non γυναικί. Nam hic quoque ἀπὸ κοινοῦ subaudiendum putem, ἐπιφημίσῃ τροφήν. Porro de hac Judæorum traditione Observationes consule.

— c pen. et ult. κἂν τοῖς νομίμοις αὐτοῖς.] Malim ab his verbis novæ periodi principium ducere, tametsi totus hic locus nonnihil decurtatus videtur.

— d 9. ἀνέχειν.] Hic ἀνέχειν est ὀρέγειν, quod paulo ante erat ἀπέχεσθαι.

— d pen. νεκρῶν.] Lege νεκροὺς, vel si νέκυν, ut in manuscr. αὐτοῖς quod sequitur, mutandum in αὐτῷ.

359 b 2. ἔχεις.] Scribendum ἔχῃς, ut paulo post, ᾖς.

— c 9. ἆρ' οὐ.] Legendum videtur ἆρ' οὖν.

— c pen. ποιοῦντας.] Rescribe ποιοῦντας cum alt. manuscripto.

— d 3. μήτ' ἄλλα.] Rectius legeris μὴ τ' ἆλλα, vel μήτε pro μὴ sumendum erit.

360 c 7. προστάττοντας.] Subintelligendum ἀπὸ κοινοῦ, ἂν ἴδοις.

— c ult. μᾶλλον πρόσθεν.] Leg. μᾶλλον τοῦ, vel τῶν πρόσθεν, vel μᾶλλον ἢ τὰ πρόσθεν. Quod autem sequitur, πάντων post καρπῶν, omnino superfluum videtur.

361 a 1. οὐδέ.] Leg. οὐδὲν cum alt. manuscr.

— b 2. στῆσαι, ταῦτα.] Conjungo sic, στῆσαι ταῦτα. Est autem brevis et Attica oratio: pro, ἐφ' ὅτῳ γὰρ ἂν τ. ε. η. ὁ νόμος αὐτοῖς στῆσαι ταῦτα.

— c 3. Ἰωσήπου.] Locus hic Josephi extat II. contra Apionem, p. 1071. edit. Græco-Lat.

— c 6. καὶ τῆς δικαιοτάτης, &c.] Excus. Joseph. καὶ τίς ὁ δικαιότατα περὶ τῆς τοῦ θ. Interpres obscurius, *Qui justissime de Dei fide cognoverint.* Ἐπιτυγχάνειν τινὸς, vel περὶ τινὸς, est *conjectura assequi, rem tangere*, quod etiam ἐπιτυγχάνειν absolute dicitur: Gallice, *rencontrer.* Plutarch. in Pericle, ubi de ostento quodam explicando loquitur [p. 155 b.] ἐκώλυε δ' οὐδὲν, καὶ τὸν φυσικὸν ἐπιτυγχάνειν, καὶ τὸν μάντιν· τοῦ μὲν τὴν αἰτίαν, τοῦ δὲ τὸ τέλος καλῶς ἐκλαμβάνοντος. Fieri autem poterat, uti et physicus et vates rem attingerent: (Gallice, *rencontrassent bien,*) altero rei caussam, altero finem assignante. Hic enim ἐκλαμβάνειν est νοεῖν, ὑπολαμβάνειν, δέχεσθαι, vel ἐκδέχεσθαι, *interpretari.*

— d 1, 2. κεφαλαιωδῶς ἂν ἐπίοι τις.] Desunt hæc apud Joseph.

quæ tamen necessaria videntur, si modo præmittatur, *οὕτω δὲ ταύτας κεφ.* &c.

361 d 5. *τούτους.*] Joseph. *τούτων.* Elige.

—— *ἀπέδειξε.*] Rectius omnino, quam ut in excuso legitur, *ἀπεῖπε.* Cæterum interpres Josephi totum hoc membrum vereor ut satis apte reddiderit, *veluti si quis hoc dicendo, mensuram transcendat verbi, divinam rempub. declaravit.* Cætera conferes, si libet: mihi quidem tanti non est aliena reprehendere.

— d 11. *ἃ κινεῖται,* &c.] Totus hic locus apud Joseph. ita concipitur, *Κοινῇ τε πᾶσιν ἀνθρώποις παρέχοντα, καὶ ἰδίᾳ. Καὶ οὐ μόνον τοῦτο· ἀλλὰ καὶ ὧν ἀπηγόρευσεν, εἰς ἐκεῖνον ἀνάγει τὴν ἀπαγόρευσιν. Καὶ ἃ μὲν τὸ δοκεῖν ἐδίδαξαν μὲν εἶναι θεὸν μονάρχην, μετ' αὐτὸν δὲ θεῶν τινὰς μυθολογίας ἀνεπλάσαντο, τὸ εἶναι αὐτοὶ δεηθέντες ἀμηχανίᾳ, λαθεῖν τὴν ἐκείνου γνώμην ἠδυνήθησαν, ἀλλ' οὔτε τῶν πραττομένων οὐθὲν, οὔθ' ὃς ἄν τις παρ' ἑαυτῷ διανοηθῇ.* Quæ partim corrupta, partim loco trajecta suo, partim ab interprete omissa sunt, qui Eusebianum codicem vel Eusebiano similem sequutus videtur. Lectio sane nostra brevior et melior: tantum pro *κινεῖται* reponas licet *κοινῇ τε·* ac forte post *ἀνθρώποις* interponas *ἰδίᾳ τε ἑκάστοις,* quæ tamen abesse possunt ac sequenti ex membro intelligi.

362 a 1. *Ἀλλ' αὐτὸν,* &c.] Hæc apud Josephum ita leges, *Ἕνα γοῦν αὐτὸν ἀπέφηνεν ὁ ἡμέτερος νόμος εὐπρόσιτον,* (for. *ἀπρόσιτον,*) *ἀγέννητον, ἀΐδιον, ἄχρονον, ἀναλλοίωτον,* quæ meliora simul ac pleniora judico.

— a 6. post *σοφώτατοι* excus. Joseph. quædam infercit, sed vitiosa omnino et *ἀπροσδιόνυσα,* quæque ab interprete aut lecta non sunt, aut neglecta sunt.

— b 1. *ἐκεῖνον.*] Joseph. *ἐκείνους.*

— b 4. *πρὸς ὀλίγους,* &c.] Joseph. ita locum integrum, *πρὸς ὀλίγον φιλοσοφοῦντες εἰς πλῆθος, δόξαις προκατειλημμένον, τὴν ἀληθ.* &c. Eusebianis hæreo: malim tamen *προκατειλημμένα,* quam *κατειλημμένα.*

— c 1. *Αἴτιον δέ.*] Atticismi hujus ignoratio Josephi interpretem *θαυμαστὸν ὅσον παρήγαγεν.*

— c 5. *μέρη τε ἄλλα,* &c.] Lege ut apud Joseph. *τὰ μέρη τ' ἄλλα συνεῖδε, καὶ κατέστησε.*

— c pen. *ἡμῶν,* &c.] Joseph. *ἡμῖν εὐσέβειαν ἔχουσι τὴν ἀναφοράν,* paulo melius: quam lectionem alter etiam ex manuscr. Euseb. repræsentat.

— d 4. *λόγῳ διδασκαλικός.*] Rectius, quam ut ap. Joseph. *λόγος διδάσκαλος, ἕτερος δὲ ὁ διὰ πάσης ἀσκ.*

— d pen. *οὔτε γὰρ κωφὴν,* &c.] Josephi interpres *λίαν* ista *παρήκουσεν.*

363 a 7. *κοινωνησάντων.*] Joseph. *κοινωνησόντων* rectius.

— a 8. *συντονίας.*] Joseph. *εὐτονίας περὶ τὰς τέχνας.*

— b 2. *τὴν ὑπὸ γ. ἀγ. ἐπιτίμ. κατέλ.*] Joseph. *τὴν ἀπ' ἀγνοίας ἐπιτίμησιν ἠνέσχετο καταλιπεῖν.* Recte *ἀπὸ,* tametsi *ὑπὸ* retineri

possit; et γῆς apud Eusebium aut expungendum est, aut mutandum in τῆς: at pro ἐπιτίμησιν ex manuscr. utrobique legendum ὑποτίμησιν. De qua voce jam p. 356 d 4. pluscula dedimus. Vox ἐπιτίμησις Josephi interpretem fefellit.

363 b 4. οὐκ εἰσάπαξ.] Malim οὐδ' εἰσάπαξ.

— b 5. ἀκροασαμένοις.] Rectius cum Josepho ἀκροασαμένους.

— c 2. ἐξαμαρτάνωσι.] Joseph. ἐξαμάρτωσι, melius.

— c 8 post ὁντινοῦν,] Josephus ita legit, εἴ τις ἔροιτο τοὺς νόμους, ῥᾷον ἂν εἴποι πάντα ἤ, &c. Rectius quam apud nostrum, apud quem ἕλοιτο saltem in ἔροιτο mutandum est, et posterius τις abradendum.

— d 6. ἔθνεσι.] Mendosa vox: reponendum ἔθεσι, ut est apud Joseph. et in manuscr.

— d 9. ἀκούσεται τοὺς,] Legendum ἀκούσεταί τις, ut apud Joseph.

364 c 9. νομοθετηθεῖσιν.] Recte: nam apud Josephum vitiose legitur, νομοθετήσασιν.

— c 5. δεόμεναι.] Joseph. δεόμενα. Elige.

— c 9. μετακινήσειεν.] Manuscr. μετεκίνησεν, ut ἐξεῦρεν, μετήνεγκεν, quæ sequuntur. At Joseph. et Montac. μετακινήσειεν retinent, et ἐξεύροι legunt: pro μετήνεγκεν autem Joseph. ἐξενέγκοι, Mont. μετενέγκοι, quod melius est.

— d 4. ἡγεῖσθαι.] Delet hanc vocem Joseph. et recte.

— d 7. οἷς οὐ, &c.] Locum hunc integrum Joseph. ita legit, οὓς οὐ κατὰ πλοῦτον, οὐδέ τ. α. προὔχοντας αὐτομάτοις πλεονεξ. πρῶτον εὐθὺς ὁ νομοθέτης ἐπὶ τ. τ. ε. quam lectionem etiam Montac. repræsentat, eamque nos sequuti sumus. Non displicet tamen πλούτῳ pro κατὰ πλοῦτον, cum sequatur οὐδέ τισιν.

— d 13. τοῦτο δ' ἦν.] Joseph. τούτοις δ' ἦν, quod facilius videtur.

365 a 5. τελετή ἐστι.] Joseph. τελευτῆς τινος. Lege τελετῆς τινος cum Montac.

— a 7. ἄλλοι.] Joseph. et Mont. ἀλλόφυλοι.

— a 10. ἀμεταθέτου.] Joseph. et Mont. ἀμεταπείστου.

—— προρρήσεις καὶ προαγορεύσεις.] Male apud Joseph. et Mont. προσρήσεις, recte autem ἀπαγορεύσεις. Sed post ἀπαγορεύσεις adhibenda interrogatio est, delenda post γνώριμοι.

— b 2. δ' ἡγεῖται.] Joseph. δὴ γίνεται. Retineo ἡγεῖται.

— c 4. ὕδατα.] Joseph. Regius, et Montac. ποταμοὺς καὶ θάλασσαν.

— c 6. ἐργασαμένων.] Joseph. et Reg. συνεργασομένων, rectius.

— c 8. καλῶς ἦν εὐθὺς γεγονότα.] Joseph. et Montac. καθὼς ἐβουλήθη, εὐθὺς ἐγένοντο.

— c 12. κοινὸς ἁπάντων.] Joseph. et Montac. addunt ὁ κόσμος, quod tamen Josephi interpres omisit; et recte, ut videtur. De templo loquitur, de mundo loquutus jam erat.

— d 2. οὗτος μετὰ τῶν συνιερέων.] Joseph. et Mont. οὗτος μὲν πρὸ τῶν ἄλλων ἱερέων. At Regius, μετὰ τῶν ἄλλων ἱερέων.

365 d 5. *ἐλεγχθέντας.*] Joseph. et Mont. addunt *ἐπ' ἀδίκῳ.*

— d 7. *οὐκ εἰς μέθ.*] Joseph. et Mont. *οὐκ εἰς πλήρωσιν ἑαυτῶν καὶ μέθην· ἀβούλητα γὰρ θεῷ τάδε.*

— ult. *εὐσταλεῖς.*] Optime. Itaque Josephum hinc corrigas, apud quem *εὐγενεῖς.*

366 a 4. *ἰδίου.*] Joseph. et Mont. *βίου.*

— a 7. *οὐχ ὅπως διδῷ,* &c.] Quis hic Josepho credat?

— a pen. *διήρηκεν.*] Joseph. *διείρηκεν.* Utrumque probari potest.

—— *κήδους.*] Rectius multo, quam ut apud Joseph. *κοίτης,* sequitur enim *λέχους.*

— b 5. *γάμων νόμοι;*] Joseph. cum altero manuscr. delet *νόμος.* Rectius, ut videtur: subintelligendum enim *λόγοι*; et proxime sequitur, *μίξιν μόνην οἶδεν ὁ νόμος.*

— c 3. *εἰς ἅπαντα.*] Joseph. et Montac. addunt, *καὶ ἡ πονηρία αὐτοῦ ὑπὲρ ἀγαθοποιοῦ γυναικός.*

— d 3. *τότε προσήκει.*] Locus hic aperte vitiosus est. Apud Joseph. ita concipitur, *καθαρὸς εἶναι οὐ δύναται· ἢ καὶ μετὰ τὴν νόμιμον συνουσίαν ἀνδ. καὶ γυν. ἀπολούσασθαι κελεύει ὁ νόμος· ψυχῆς τε γὰρ καὶ σώματος ἐγγίνεται μολυσμὸς, ὡς πρὸς ἄλλην χώραν ὑποβαλόντων.* quam lectionem Montac. ex parte repræsentat: ego vero partem maximam sequutus sum: malui tamen exteram illam regionem uni animo tribuere, quo de solo postmodum etiam loquitur. Interpres Josephi alia omnia.

— d ult. *ἐπὶ πᾶσι.*] Vera lectio. Mendose Joseph. et Montac. *ἐπίτασιν.*

367 a 2. *εὐωχίαν συντελεῖν.*] Joseph. et Montac. *εὐωχίας συνάγειν.* Elige.

— a 4. *τῆς τροφῆς ἔταξε.*] Desunt hæc apud Josephum, quæ tamen sensus integritas requirit.

— a 5. *ἐκέλευσε τὰ περὶ τοὺς νόμους.*] Joseph. *ἐκέλευσε, περί τε τοὺς νόμους ἀναστρέφεσθαι*: quod rectius videtur.

— a 9. *Τῆς εἰς.*] Joseph. *Τῆς δὲ εἰς.* Melius.

— b 3. *παριοῦσι.*] Joseph. *περιοῦσι,* nempe *τοῖς οἰκείοις.* Quod opinor, verius est: tametsi vulgatam lection. retinuerim.

— b 4. *προσελθεῖν καὶ συναποδύρεσθαι.*] Joseph. *συνελθεῖν καὶ συναποδύρασθαι νόμιμον ἐποίησεν,* quæ duo postrema *νόμ. ἐπ.* verbo *ἔταξε* continentur.

—— *καθαίρειν,* &c.] Joseph. et Mont. *καθαίρεσθαι δὲ κελεύει καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἀπὸ κήδους, διὰ τὸν μετελθόντα τοῦ βίου.*

— b 6. *ἵνα πλεῖστον,* &c.] Breviora hæc et saniora sunt, quam quæ apud Joseph. et in Montac. sic leguntur, *ἵνα πλεῖστον ἀπέχῃ τοῦ δοκεῖν αὐτοὺς καθαροὺς εἶναι. τίς δὲ φόνον ἐργασάμενος, ἢ ἑκὼν, ἢ ἄκων, οὐδὲ τὴν πρὸς τούτοις ἀπεσιώπησεν ἂν ἐκδίκησιν.*

— c 5. *ἀπόρρητα λέγειν.*] Hinc emendes Josephum licet, apud quem pessime, *τὸ ἀπορεῖν παραλέγειν.*

— c 6. *περιορῶν ἱκέτην,* &c.] Hinc etiam Josepho medicina fiat, apud quem legitur, *περιορῶν βοηθεῖν ἐνίοις, ὑπεύθυνος·* quæ

tamen cum explicari non incommode possent, interpres omni sensu spoliavit.

367 d 5. *ἐὰν θέλωσιν.*] Legendum *ἂν θέλωσιν*, nisi malis *θέλουσι* cum Josepho, sine ulla conjunctione.

— d 6. *ὑπελθόντες.*] Joseph. post *ζῆν* distinguit, tum legit *ὑπελθόντας διχ. φιλοφ.* quod rectius existimo.

368 a 1, 2. *ἐπιεικεῖς*, &c.] Joseph. *ἐπιεικῆ δὲ καὶ τὰ πρὸς τοὺς πολεμίους εἶναι κριθέντα.* Utrumque probari potest: rectius tamen videretur, *κριθέντα εἶναι.*

— a 8. *οὕτως δ' ἡμερ.* &c.] Joseph. Regius manuscr. et Montac. ita plenius, *οὕτω δὲ πόρρωθεν η. κ. φ. διδάσκειν ἡμᾶς ἐσπούδασεν.*

— b 2. *προσφεύγει.*] Sic legendum, non ut apud Joseph. *προσφύει.*

— b 4. *κἂν τῇ πολεμίᾳ.*] Recte, si modo *κὰν* sine accentu legatur. Apud Josephum tamen legendum *κἂν ᾖ πολέμια*, quod improbandum non est.

— d 2. post *χρυσὸς*, ita Joseph. et Montac. sequentia legunt, *οὐ μὴν οὐδὲ ὁ διάλιθος στέφανος· ἀλλὰ τὸ ὑπερβάλλον ἅπαντα τὰ γήϊνα, καὶ θεοῦ ἐγγὺς, τὸ φίλον εἶναι· καὶ γὰρ τοῦ θεοφιλοῦς ἀνδρὸς τοιαύτη ἡ ἀκακήρυξις, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἕκαστος*, &c. Quæ si non deteriora nostris, meliora certe non judico. Et quidem non *τὸ φίλον εἶναι* absolute, sed *τὸ φίλον αὐτοῦ εἶναι* legendum fuerit. Quod sequitur, *καὶ γὰρ* &c. minus vel plano vel justo sensu dictum videtur: nec ab interprete quicquam istorum, præter *διάλιθος στέφανος*, agnoscitur.

— d 7. *ἰσχυρὰν παρεστηκότος.*] Joseph. *ἐχυρὰν παρεσχηκότος.* Istud *παρεσχηκότος* usitatius est.

— d 9. *ἀποθανεῖν.*] Lege cum Josepho et Montac. *ἀποθανοῦσι.*

369 a 5. *προείλοντο.*] Joseph. Regius, et Montac. *ὑπέστησαν.* Optio est.

— a 7. *ἀλλά τις ἢ συγγράψαι.*] Melius, quam ut apud Joseph. et in Montac. *εἰ συγγραφεύς.*

—— *ἀνεγίνωσκε.*] Male ante legebatur *ἂν ἐγίνωσκε.*

— b 2. *ἐμμεμενηκόσι.*] Ita reposuimus ex Josepho, cum prior editio perperam legeret *ἐμμεμενηκέναι.* Porro locus est apud Demosth. in Midiana [p. 530. Reisk.] huic sensu et cogitatione simillimus, de lege servos contumeliis affici prohibente. *Τί οὖν πρὸς θεῶν*, inquit, *εἴ τις εἰς τοὺς βαρβάρους ἐνεγκὼν τὸν νόμον τοῦτον, παρ' ὧν τὰ ἀνδράποδα εἰς τοὺς Ἕλληνας κομίζεται, ἐπαινῶν ὑμᾶς, καὶ διεξιὼν περὶ τῆς πόλεως, εἴποι πρὸς αὐτοὺς, ὅτι εἰσί τινες Ἕλληνες, ἄνθρωποι οὕτως ἥμεροι καὶ φιλάνθρωποι τοὺς τρόπους ὥστε πολλὰ ὑφ' ὑμῶν ἠδικημένοι, καὶ φύσει τῆς πρὸς ὑμᾶς ἔχθρας αὐτοῖς ὑπαρχούσης πατρικῆς, ὅμως οὐδ' ὅσων ἂν τιμὴν καταθέντες δούλους κτήσωνται, οὐδὲ τούτους ὑβρίζειν ἀξιοῦσιν, ἀλλὰ νόμον δημοσίᾳ τὸν ταῦτα κωλύσοντα τέθεινται τουτονὶ, καὶ πολλοὺς ἤδη παραβάντας τὸν νόμον τοῦτον ἐζημιώκασι θανάτῳ, εἰ ταῦτα ἀκούσαιεν καὶ συνεῖεν οἱ βάρβαροι, οὐκ ἂν οἴεσθε δημοσίᾳ πάντας ὑμᾶς προξένους αὐτῶν ποιήσασθαι;*

369 b 4. παραπλήσιον, &c.] Hinc Josephum corrige, apud quem hic locus ita concipitur, παρ' Ἕλλησι πολιτείας καὶ νόμους ἐπιχειρησάντων, ὡς θαυμαστῶν καὶ συνετῶν κατηγοροῦσι. Ejus interpres hæsit Eusebio.

— c 5. σκώπτων συχνῶς, &c.] Corruptus hic locus ex Josepho partem maximam restitui potest, dum ita legit, σκοπῶν, συχνά τις ἂν εὕροι ῥᾴονα ὄντα, καὶ ταῖς τῶν πολλῶν αἴτια συνηθείαις. Tantum pro αἴτια Eusebianum ἔγγιον, vel ἐγγύτερα, sufficiendum erit.

— c 10. λόγους τινὰς, &c.] Longe melius, quam ut est in Josepho et Montac. νόμους τινὰς εἶναι καινούς.

— c pen. ἐξουσίαν.] Ἐξουσίαν hic ἀντὶ τῆς περιουσίας usurpasse videtur Josephus; nisi tamen nimiam hominis hoc in genere παρρησίαν a nonnullis suggillatam esse velit.

370 a 1. οὐδέν.] Lege cum Josepho et alt. manuscr. οὐδ' ἕν. Sed, quod ead. lin. sequitur, προὔδομεν anteponendum τῷ προάγομεν, quod idem Joseph. et Montac. exhibent.

— c 2. ἐπιμνησθῆναι βραχέων.] Malim διὰ βραχέων ἐπιμνησθῆναι.

— c 4, 5. τοῖς πολλοῖς.] Reponendum videtur τοὺς πολλούς.

— d 3. πάλιν δεισιδαιμόνως.] Aristæas tam manuscriptus, quam excusus, πάνυ tantum inserit inter πάλιν et δεισιδαιμόνως, quod lacunam satis non explet. Forte sic legendum et distinguendum fuerit, πάλιν πάνυ δεισιδαιμόνως τοὺς Ἰουδαίους, vel ἀρχομένους διακεῖσθαι· πρὸς ταῦτα οὕτως ἐνήρξατο.

— d 4. θεωρεῖν.] Lege θεωρεῖς cum Aristæa: est enim orationis Eleazari principium.

— d pen. ἐνδεικτικῶς.] Aristæas uterque, ἐνδίκως. Ego nihil muto, nec quicquam deesse arbitror: sequentes enim accusativi ad particip. διδάξας, ἀπὸ κοινοῦ referuntur.

371 a 1. προὑπέδειξε γὰρ, &c.] Totus hic locus ad illa usque verba δυνατὸν ἐνδεικνύμενος, quæ habentur a ult., parenthesi includendus est.

— b 9. εἴτε γάρ.] Aristæas εἴ τι γὰρ, longe melius. Est autem εἴτι γὰρ κατ' ἐκεῖνό τις θείη idem fere quod εἴ τι γὰρ ἐκεῖνό τις εἶναι τίθησι, vel εἴ τῳ γὰρ ἐκεῖνο εἶναί τι δόξειεν: quod autem sequitur, κατὰ τὴν ἐξεύρεσιν, per ἐπεξήγησιν quandam adjunctum videtur.

— c 1. καὶ προσαπέδειξαν, &c.] Aristæas uterque, καὶ προσυπέδειξαν εὔχρηστα, τὴν κατασκευὴν αὐτῶν οὐ ποιήσαντες αὐτοί. Recte, nisi quod ποιεῖν τὴν κατασκευὴν paulo rarius videtur.

— d 5. τοιγαροῦν.] Arist. οὖν. melius.

372 b 5. καθ' ὃν ἕκαστα.] Arist. uterque, cum manuscr. omnibus καθ' ἓν ἕκαστον. Omnino καθ' ἓν vera lectio est: ἕκαστα retineri potest. Mallem tamen καθ' ἓν δὲ, quam καὶ καθ' ἕν.

— d 5. ὅτι δέ ἐστι.] Arist. uterque ὅτι δέον ἐστὶ, quæ vera mihi lectio visa est.

— d 10. ζῶα.] Vocem hanc irreptitiam existimo, quam tamen agnoscunt omnes. Certe de avibus tantum cicuribus agitur.

373 a 7. κατακλεισθῆναι.] Aristæas uterque, κατακλασθῆναι: melius.

— b 2. ἀπέρεισιν.] Sic Arist. uterque: quod rectum est: quod autem prius legebatur, ἅπέρ εἰσιν, omnino vitiosum.

— b 5. τῷ σημει.] Iidem Arist. τὸ σημ. rectius.

— b pen. πρὸς ἄρρενας.] Arist. τοὺς ἄρρ. Forte ἄρρενας πρὸς ἄρρενας, vel ἄρρεσιν ἄρρενας.

— c 2. περὶ ὅν.] Malim περὶ ὃ, et paulo post περὶ τοῦτο, potius quam περὶ τοῦτον.

— d 5. τῆς αἰσθήσεως.] Arist. uterque cum reg. manuscr. τῶν αἰσθήσεων, quod magis probatur.

— d 8. ἐπέραστον.] Arist. ἀπέραστον. Unde conjicio, ἀπέρατον, vel ἀπέραντον.

— pen. συντηροῦντας.] Arist. uterque καὶ συντηροῦντος, optimo, ut videtur, sensu. Non displicet tamen συντηροῦντας, i. e. *observantes*, quod divinæ providentiæ consilia, rerum initiis, progressu, exitu observari possint ac debeant, quo facilius perpetua ejus memoria conservetur.

374 a 1. καὶ ποτῶν ἀπαρξ. &c.] Ita omnes, nisi quod Arist. uterque pro συγχρῆσθαι legit συγχωρῆσαι, quod, opinor, vitium non tollit, sed auget. Ego locum reddidi, perinde ac si legeretur, καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν καὶ βρωτῶν καὶ ποτῶν, ἀπαρξαμένους τῷ θεῷ, τότε συγ. &c.

— a 5. καὶ ἐπὶ τῶν πόλεων καὶ οἰκήσεων, διὰ τὸ σκεπάζεσθαι.] Hæc omnia desunt in utroque Arist. quæ propterea mihi vertenda non putavi: præsertim cum Deuteronomii c. 6. ita mandatum hoc conceptum habeatur: *Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque et movebuntur inter oculos tuos: scribesque ea in limine et ostiis domus tuæ:* ubi πόλεων nulla mentio.

— b 2. τὸν περὶ θεοῦ φόβον.] Quid si τοῦ περὶ θεὸν φόβου?

—— καὶ πορευομένους.] Arist. uterque has voces negligit, cum tamen in Deuteronom. legatur, *Meditaberis sedens in domo tua, et ambulans in itinere, dormiens atque consurgens.*

— d 6. ἐπιβάλληται.] Syntaxis postulat ἐπιβάλλωνται.

— d 9. διὰ γὰρ τῶν ὤτων.] De auribus nihil Aristoteles. De oris partu vetus error est, quem refellens Aristoteles III. de generat. animal. c. 6. καὶ ἡ γαλῆ, inquit, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα τετράποδα, τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχει ἐκείνοις τὰς ὑστέρας· ἐξ ὧν εἰς τὸ στόμα πῶς βαδιεῖται τὸ ἔμβρυον; Tum erroris fontem aperiens: ἀλλὰ, inquit, διὰ τὸ τίκτειν πάμπαν τὴν γαλῆν σμικρὰ, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα τὰ σχιζόποδα, περὶ ὧν ὕστερον ἐροῦμεν, τῷ δὲ στόματι πολλάκις μεταφέρειν τοὺς νεοττοὺς, ταύτην πεποίηκε τὴν δόξαν.

— d 11. τοῖς ἀνθρώποις.] Arist. uterque τῶν ἀνθρώπων: utrumque rectum est; hic tamen ob consequentia genitivus significantior videtur: τρόπος enim ἀνθρώποις ἀκάθαρτος non tam impuros hominum mores, quam eos qui apud homines impuri habeantur, significat.

— d 12. λαβόντες.] Ἔλαβον, opinor, scribere debuit.

375 a 1. Βασιλεὺς ὑμῶν.] Ita recte Arist. uterque, non ἡμῶν, ut ante legebatur. Ptolemæum, intelligit, de quo supra, delatorum nationi perinfensum.

— a 4. ἐπ' ἄλγεσιν αὐτοὺς παραβάλλει.] Corrige ex Arist. ἐπαλγέσιν αὐτοὺς περιβάλλει.

— a 5. post συνεχῶς, addit Arist. ὁ δέ· τούτους γὰρ καὶ λέγω. ἡ γὰρ ἐπαγρύπνησις ἀπώλεια ἀνθρώπων ἀνόσιος. Priora perbene: posteriora sic emendari possunt, ἡ γὰρ ἀγρύπνησις ἐπ' ἀπωλείᾳ ἀνθρώπων, ἀνόσιος.

— b 8. ἐνόμιζε.] Sumit ἐνόμιζε pro ἐδόκει, more mihi quidem adhuc ignoto.

c 8. κατὰ τῆς ὁμιλ. ἄξια λόγου.] Arist. τὰ τῆς ὁμιλίας ἀξιολόγου καθεστάναι· διὸ, τὴν σεμνότητα, καὶ τὴν φυσικὴν διάνοιαν τοῦ νόμου, προῆγμαι, &c. Alt. ex manuscr. reg. κατὰ τῆς ὁμιλίας (sed in apice ν pro σ expressum est, ut ὁμιλίαν non ὁμιλίας legatur) ἄξια καθεστάναι λόγον, διὰ τὴν σεμν. &c. ut in nostro. Mihi solum κατὰ τῆς ὁμιλίας in κατὰ τὴν ὁμιλίαν mutandum videtur, hoc modo, καὶ περὶ τούτων οὖν νομίζω, κατὰ τὴν ὁμιλίαν, ἄξια λόγου καθεστάναι. Sequentia retineri possunt: in iis tamen hæsi Aristææ, apud quem illustrior mihi ac plenior sensus offerebatur.

376 a 2. Ἀριστοβούλου.] De hoc Aristobulo consule Observationes.

— a 8. χεῖρες.] χεὶρ melius legeretur; nisi ante reponatur σημαίνονται.

— b 4. φυσικῶς λαμβάνειν.] Hic φυσικῶς videtur esse φυσιολογικῶς, vel κατὰ τὴν φυσιολογίαν, hoc est explicationem quandam naturæ divinæ convenientem.

377 d 10. ἔδειξε φλεγομ.] Sensus, credo, postulat, οὐκ ἂν ἔδειξε φλεγομ.

378 d 4. Ἰουδαίων ἀπολογίας.] Nondum hujus libri facta mihi copia est. Eusebius noster, S. Hieronymus, et Suidas lib. περὶ τῶν Ἰουδαίων, in operum ejus catalogo mentionem faciunt, qui non alius, opinor, fuerit. Josephus item Antiquitat. XVIII. c. 10. Philonem scribit e tribus unum fuisse, qui ob seditionem Alexandrinam, Judæos inter et Græcos excitatam, pro Judæis ad Caium imperatorem legatione functi sint, imo totius legationis facile principatu. Cum autem Apion graviter in eos invectus esset, Φίλων, inquit, ὁ προεστὼς τῶν Ἰουδαίων τῆς πρεσβείας, ἀνὴρ τὰ πάντα ἔνδοξος, οἷός τε ἦν ἐπ' ἀπολογίᾳ χωρεῖν τῶν κατηγορημένων. Quam ille defensionem, quod eam Caius audire noluisset, scripto fortasse mandaverit, indeque fragmentum hoc noster excerpserit. Cum enim accusationi suæ Apion alia pleraque crimina, ὡς εἰκὸς, intexuisset, ea quoque Philo contrariis suorum laudibus refellenda putaverit.

381 a 2. ἐκκαλεῖ.] Lege cum alt. manusc. ἐκλαλεῖ.

— b 7. Ἔστι δὲ καὶ,] Extat hic locus in excuso Philone Græcolat. p. 678. Vide infra p. 404. quæ de Essænis Porphyrius habeat ex Josepho.

381 b 7. ἡ ἐν Παλαιστίνῃ Συρίᾳ.] Excus. ἡ Παλαιστίνη καὶ Συρία. Alt. e manuscr. ἡ ἐν Παλαιστίνῃ Συρίας. Forte legendum ἡ Παλαιστίνη Συρίας, vel ἡ ἐν Συρίᾳ Παλαιστίνη.

— b 8. ἄγονος.] Excus. ἄμοιρος.

— c 10. χειροήθεις ἀνομίας.] Novus, opinor, sed tamen elegans, planeque σημαντικὸς vocis χειροήθεις usus. Est enim, ut videtur, improbitas χειροήθης, quæ facile usu quodam mutuoque consortio vitæ hominum ac moribus adhærescat. Ita quod animantis, aut personæ proprium est, id virtuti vitioque tribuitur.

— d 7. ἐκπορίζοντας.] Excus. ἐκπορίζοντες, rectius.

— d 9. ἐπιτηδεύσει, &c.] Vide num Philonis interpres mentem ejus assequatur, dum hæc ita reddit, *et propter vitæ institutum divites habentur magis, quam ob rerum copiam.* An εὐτυχίας ἔνδεια *rerum abundantia* est?

382 a 2. εἴ τι τῶν κατὰ πόλεμον ἐπιτηδεύοντα.] Hinc corrigendus videtur excusus, apud quem minus recte legi existimo, ἢ τῶν κατὰ πόλεμον ἐπιτηδεύματα; quod tamen etiam ferri potest.

— a 10. ἰσότητα.] Melius quam, ut in excuso legitur, ὁσιότητα.

— b 3. ὧν τὴν εὐγένειαν, &c.] Excus. τὴν δὲ συγγένειαν.

— b 4. διέσεισεν.] Vocem hanc in excuso repone; quam tametsi legisse interpres videtur, mutilam tamen edidit hiantemque sententiam.

— b 6. Φιλοσοφίας τε.] Amat Thucydides hanc particulam, qua sæpissime in disjunctissimis etiam vel argumentis vel partibus copulandis uti solet. Excusus tamen leg. φιλοσοφίας δέ.

— b 7. ὡς κτῆσιν ἀρετῆς.] Post ἀρετῆς addit excus. λογοθήραις: et recte.

— d 3. παρελθών.] Quid si διελθών?

— d 4. ἀναδιδάσκει.] Optime: nam excus. perperam ἀναγινώσκει.

— d 10. νόμοις καὶ καν.] Malim ὅροις καὶ καν. cum excuso.

— d pen. δείγματα παρέχονται μυρία, &c.] Excusus locum hunc ita legit: τὴν παρ' ὅλον τὸν βίον συνεχῆ καὶ ἐπάλληλον ἁγνείαν, &c. Quam lectionem Eusebianæ prætulerim: maxime cum seq. pag. a 6. legatur ὀλιγοδέειαν, ἀφέλειαν, εὐκολίαν, qui accusativi cum nominat. ἁγνεία convenire non possunt.

383 a 7. δείγματα εὔνοια, &c.] Excusus delet τὸ δείγματα, tum sequentia per accusandi casum effert, εὔνοιαν, ἰσότητα, &c. In quo sibi præclare constat.

— c 6. διανοίαις.] Quid si διακονίαις?

— d 8. Τινὲς τὸν κόσμον, &c.] Extat hic locus apud Philonem excus. p. 2. lib. περὶ τῆς Μωσέως κοσμοποιΐας, quem hic Eusebius inscribit, πρῶτον τῶν εἰς τὸν Νόμον. Secundus, opinor, et tertius fuerint, qui sequuntur, Legis Allegoriarum duo.

— d pen. τοῦ θεοῦ, &c.] Philo melius, τοῦ θεοῦ δὲ π. α. ἐναγῶς κατεψεύσαντο.

385 c 1. τὸν φόβον.] Philo, τὸν ἔφορον, *inspectorem* ac *provisorem*, longe melius.

385 c 8. post αἰσθητῷ add. Philo γένεσιν: optime, quemadmodum νοητῷ ἀϊδιότητα tribuerat.

— d 2. προνοίᾳ διοικεῖσθαι.] Nondum, quod sciam, prodiit in lucem opus illud Philonis de Providentia, cujus hic luculentum sane fragmentum ab Eusebio subjicitur, tanto carius futurum, quanto longius, nisi minutiora divinæ hujus providentiæ cura spoliaret.

386 a 7. οὐκ ἀταξίας.] Ita reposuimus ex alt. manuscr. cum perperam ante legeretur, οὐ κατ' ἀξίας.

387 a 3. ἀρετὴ καὶ φιλανθρωπία.] Ἀρετὴν hoc etiam loco *virtutem* reddidimus, ut ei benignitatis et misericordiæ laus, non Græce tantum, sed etiam Latine tribueretur. Qua in significatione Thucydidem potissimum Philo sequutus videtur. Sic enim ipse lib. ii. [c. 51.] ubi diram luem, quæ Athenis incubuerat, luculente describit, Καὶ μάλιστα (supple διεφθείροντο) οἱ ἀρετῆς τι μεταποιούμενοι· αἰσχύνῃ γὰρ ἠφείδουν σφῶν αὐτῶν, i. e. *Maxime vero* (*interibant*) *qui virtutis* (hoc est, *humanitatis* ac *pietatis*) *sensu ducebantur: eos enim sibi parcere suppudebat.* Idem lib. iv. [c. 86.] ubi Brasidas Lacedæmonius, Acanthios ab Atheniensibus abducere dum conatur, metum illis omnem amittendæ libertatis eximit: *Alioqui enim*, αὐτοὶ ἄν, inquit, φαινοίμεθα ἐχθίονα (supp. ἀρχὴν) ἢ ὁ μὴ ὑποδείξας ἀρετὴν, κατακτώμενοι, i. e. *Infestius palam* (*imperium*) *nobis ipsi pararemus, quam qui nullam omnino virtutem*, (i. e. *nullum in conservanda vel asserenda Græcorum libertate studium*) *ostenderunt.* Profitebantur enim Lacedæmonii se Græciam ab Atheniensium tyrannide liberare velle, quod ait ἀρετὴν ὑποδεῖξαι. Affinis huic significatio est, qua pro beneficiis vel accipiendis vel reponendis apud eundem Thucydidem usurpatur: ut lib. ii. [c. 40.] in illo Periclis ἐνταφίῳ λόγῳ. Καὶ τὰ ἐς ἀρετὴν, inquit, ἠναντιώμεθα τοῖς πολλοῖς, i. e. *Præterea, benignitatem quod attinet, alia longe nostra, quam vulgi hominum ratio fuit.* Sequitur enim, οὐ γὰρ πάσχοντες εὖ, ἀλλὰ δρῶντες, κτώμεθα τοὺς φίλους, i. e. *Nec enim accipiendis, sed dandis ultro beneficiis, amicos paramus.* Et paulo post clarius, ubi dantis reponentisque beneficium discrimen instituit, ὁ δ' ἀντοφείλων, ἀμβλύτερος· εἰδὼς οὐκ εἰς χάριν, ἀλλ' ἐς ὀφείλημα τὴν ἀρετὴν ἀποδώσων, i. e. *At referendæ gratiæ debitor minus alacer est, quod sciat eam se beneficentiam rependere, non cui habendæ gratiæ sint, sed qua contractum ante nomen dissolvat.* Alias apud eundem nominis celebritatem gloriamque significat: ut lib. i. [c. 33.] ubi Corcyræi Atheniensium opem efflagitant, cujus ea sit opportunitas, ἡ φέρουσα ἐς μὲν τοὺς πολλοὺς, ἀρετήν· οἷς δ' ἐπαμυνεῖτε, χάριν· ὑμῖν δ' αὐτοῖς ἰσχὺν, i. e. *quæ cum apud homines gloriam conciliet, tum eos etiam, quorum defensionem suscipietis, obstringat beneficio, vobis denique novam potentiam novasque vires adjungat:* ubi tamen præcipue humanitatis et benignitatis opinionem ac famam indicare visus est.

387 a 4. κόσμον.] Alt. ex manuscript. οἶκον. Rectius, ut videtur, cum de mundo, quasi de ipsius Dei familia, disputet.

— d 1. ἀγαθῆς.] Malim ἀγαθοῦ, cum alt. manuscr.

— d 11. φθορᾶς.] Alt. e manuscr. φθοραῖς, quod nihilo melius videtur. Alter veram, opinor, lectionem repræsentat, φορᾶς, quam ante jam sequutus eram.

388 a 3. ἐπαποδύντες, ἅπασι.] Ita distinximus, quæ prius absque ulla distinctione summa cum perturbatione legebantur.

— a 4. κοινώμεθα.] Humilius verbum hoc videtur, quam ut ei cum participio ἐπαποδύντες satis conveniat. Alt. e manuscr. leg. κονιόμεθα, quod ejusdem metaphoræ verbum est, simulque properandi significationem includit. Esset ἅπασι κονίεσθαι, &c. *rebus iis omnibus, quasi ad pugnandum instrui et accingi, ex quibus lucri aliquid sperabitur.* Quid si κινούμεθα, *impellimur:* vel κονούμεθα, *urgemur*?

— a 7. ἐκ μὲν εἰρήνης.] Aut deest aliquid, aut ἔξω τῆς εἰρην. legend. videtur.

— d 1. ἀγαθῆς μοίρ.] Hic etiam ἀγαθοῦ præstiterit, ut super, p. 387 d 1.

389. ἄσημον, ἐπίσημον.] Etiamsi ἄσημος et ἐπίσημος χρυσὸς proprie *aurum rude signatumque* sonent: hic tamen latius, ut videtur, pro *infecto factoque* sumuntur. Alias, *aurum argentumve signatum*, χρυσὸς, ἄργυρος ἐν νομίσματι, ὡς νόμισμα. *Infectum* autem, ἐν ὕλῃ, ὡς ὕλη, Gallice, *en masse, en lingots. Factum*, ἐν κατασκευῇ, ἐν κατασκευαῖς. Plutarch. Pomp. [p. 642 f.] ἀναφέρεται εἰς τὸ δημόσιον ταμεῖον ἐν νομίσματι καὶ κατασκευαῖς ἀργυρίου καὶ χρυσοῦ δισμύρια τάλαντα, *Referuntur in publicum ærarium argenti et auri tam signati quam facti talenta viginti millia.* Philo noster de legatione ad Caium, ubi de infinitis ejusdem imperatoris opibus, Ἄργυρον καὶ χρυσὸν, τὸν μὲν ὡς ὕλην, τὸν δὲ ὡς νόμισμα, τὸν δὲ ὡς προβόσκημα, δι' ἐκπωμάτων καί τινων ἑτέρων, ἃ πρὸς ἐπίδειξιν τεχνιτεύεται. Obscurum est illud ὡς προβόσκημα, quæ vox mihi quidem alibi nondum occurrit. An forte, quibus in mensa utebantur, cum pocula, tum fercula intelligit? quæ cum singulari artificio elaborata essent, πρὸς ἐπίδειξιν potius quam πρὸς χρείαν facta videbantur. An προβόσκημα invitamentum quoddam et illectamentum oculorum est? quasi hoc poculorum et aliorum id genus aspectu oculi jucundissime pascerentur.

— a 4. ὑπηκόων, &c.] Manifestum hujus loci vitium est, cui nihil opis afferunt manuscr. Reponi forte possit, ἢ ὑπηκόων τῶν ἐν τέλει, καὶ τῶν σωματοφυλάκων θεραπείαν ἐάσαντες.

— a 9. λίθῳ γεγραφημέναι.] Quid sit λίθῳ γεγραφῆσθαι non intelligo. Verti perinde ac si non λίθῳ sed λίνῳ legeretur, quasi stragulorum istorum fundus et lineus fuerit, et eleganti artificio pictus: quanquam ne istuc quidem nimium placet. Facile est vocem aliam sufficere, ut ἐζωγραφημένα, κατάγραφα, vel simil.

— b 10. τυφοπλαστοῦσιν.] Conjiciebam τυφλοπλαστοῦσιν, quam

vocem in alt. manuscr. postea reperi: certe τυφοπλαστεῖν lexicographi non agnoscunt: tametsi Philonis genium satis hoc verbi redoleat: erit autem, *stolide ambitioseque confingere*.

390 a 1. διετέλεσαν.] Alt. e manuscr. διῆγον in margine: quod malim: nam διετέλεσαν participium aut nomen aliquod postularet.

— c 7. ἐπεὶ Πολυκράτει γε.] Historia nota est ex Herodoto, lib. iii.

— c pen. μεγάλου βασιλέως.] Cambysem Cyri filium, secundum Persarum regem, intelligit. Sed haud dubie μνημονικὸν σφάλμα Philonis hoc est: nec enim a rege, sed ab Orœte, Sardibus præfecto, Polycrates in crucem actus est. Quem Orœtem Darius Hystaspis filius, qui Cambysi Smerdique mago successerat, ob alias Persarum cædes sub ipsum regni primordium interfici jussit, ut scribit idem Herodotus.

— c ult. οἶδα, &c.] Neque id Polycratis ipsius aut visum fuit, aut somnium; sed ejus filiæ, si Herodoto fides est.

392 a 2. ἑρπηνώδους.] Corrigendum videtur ἑρπινώδους.

— b 1. δικάσαντες.] Idem videtur esse, quod οἰκονομήσαντες. Suæ enim fortunæ artifices, et fabri quidam fuere. Huc pertinet Eustathii nota in illud Homeric. Il. α'. 541. ubi Juno suum in Jovem paulo commotior, quod se in rerum et consiliorum suorum partem ac societatem non vocaret,

> Ἀεί τοι φίλον ἐστὶν (inquit) ἐμεῦ ἀπὸ νόσφιν ἐόντα,
> κρυπτάδια φρονέοντα δικαζέμεν.

Δικάζειν λέγει, ait Eustath. τὸ σεμνῶς καὶ βασιλικῶς οἰκονομεῖν καὶ ἐπικρίνειν: verti etiam non incommode possit, *sensu judicioque suo æstimarunt*, vel, *suo ipsi sensu ac judicio comprobarunt*.

— c 4. ἱερὸν πόλεμον.] Vid. hac de re pluscula in Observationibus.

393 a 10. ἀπαμπίσχων μὲν τὰ περίαπτα, &c.] Hoc ipsum est, quod Paulus ad Hebr. c. 4. longe divinius: Ζῶν γὰρ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας. καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ· πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ.

— c 1. ἐπίκαιρον.] Alt. e manuscr. distinguit ἐπὶ καιρόν.

— d 7. τὸν αὐτὸν τρόπον.] Eadem a cæteris divinæ providentiæ defensoribus graviter ac vere disputantur. Gemina dabit in primis Synesius Epist. 57. quam verius concionem dixeris. Pauca hæc accipe: Ἄρα τολμητέον ἔρεσθαι Θεὸν, Διὰ τί σὺ μὲν ἀνίστης ἄνδρας ἐπὶ τοὺς ἡμαρτηκότας σοι τιμωροὺς, ὅταν δὲ ὑπηρετήσωσι τῷ θείῳ βουλήματι, καὶ γένωνται δήμιοι τούτοις ἐφ' οὓς καταπέμπονται, δέον ἐκτίσαι χάριν τῆς ὑπουργίας, τότε δὴ μάλιστα καὶ κολάζονται; Quibus responsum idem subjicit, homine tum et Christiano et Christianorum episcopo dignissimum.

394 c 9. τὸν δ' ὑπὸ σελήνην, &c.] Vide in primis Senecam Natural. Quæst. V. c. 18. *Inter cætera*, inquit, *providentiæ opera hoc quoque aliquis ut dignum admiratione suspexerit. Non enim ex una caussa ventos aut invenit, aut per diversa disposuit: sed primum, ut aëra non sinerent pigrescere, sed assidua vexatione utilem redderent vitalemque tracturis.* Et paulo post, *Sed non ideo non sunt ista natura sua bona, si vitio male utentium nocent. Nimirum in hoc providentia, ac dispositor ille mundi Deus, aëra ventis exercendum dedit, et illos ab omni parte, ne quid esset situ squalidum, effudit: non ut classes partem freti occupaturas compleremus milite armato, et hostem in mari, aut post mare inquireremus*, &c. R. P. Granatensis, sanctissimus et eloquentissimus Christianæ vitæ magister, parte 1. c. 7. §. 1. suæ ad Symbol. Isagog. scribit, teterrimæ pestilentiæ luem, quæ Lusitaniam perdiu graviterque vexaverat, non ante desiisse, quam vehementior quidam ventus omnem corrupti aëris labem abstulisset.

395 a 9. καταιονούμενοι.] καταιονᾷν usitatius est quam καταιονεῖν.

— b 7. αὐτῶν ἐγκιρναμένων.] Melius quam alter manuscr. ἐγκρινομένων. Sed illud αὐτῶν, quo spectet, non video. Quid si legatur ἀκτίνων, aut certe τῶν pro αὐτῶν? Ego ἀκτίνων malim.

— d 4. μεθημεριναῖς πυρσείαις.] φρυκτοὺς seu φρυκτωρίας intelligit: de quibus adi magnum illum humanioris literaturæ genium, Justum Lipsium, lib. v. de Milit. Rom. Dial. 9. et Lacerdam nostrum eruditissimis in Virgilium commentariis, ad illud II. Æneid.

Flammas cum regia puppis Extulerat;

Et illud VI. de Helena,

Flammam media ipsa tenebat.

396 d 1. ὡς ἂν εἰ, &c.] Loci hujus vitium tolli potest, si cum altero manuscr. primum ὡς ἂν expunxeris, vel saltem legeris εἰ καὶ ὡς ἄν: deinde οἰομένῳ in verb. εἶναι mutaveris. Præterea δεινὸς pro δεινῶς reponendum videtur. Integer ergo locus sic legi possit, εἰ καὶ (vel εἰ καὶ ὡς ἂν) τῷ δεινὸς εἰπεῖν εἶναι, προλαβὼν, &c.

397 d 8. βοστρύχους.] Non video quid supplicii vox ista significet. Uterque manuscript. habet ὕστριχας, optime: ὕστριξ enim, sive ὕσθριξ, sive ὑστριχὶς, ἐξ ὑείων τριχῶν μάστιξ: acutum sane flagelli genus. Aristophanes in Nubib. [Ran. 631.]

Καὶ πῶς βασανίζω; ἐν κλίμακι
δήσας, κρεμάσας, ὑστριχίδι μαστιγῶν, δέρων,
στρεβλῶν, ἐπί τε τὰς ῥῖνας ὄξος ἐγχέων, &c.

Alia torturæ genera commemorat Synesius Epist. 58. δακτυλήθραν, ποδοστράβην, πιεστήριον, ῥινολαβίδα, ὠτάγραν, χειλοστρόφιον.

398 d 3. χώρα.] Legendum videtur, ἐν χώρᾳ δὲ τῶν Κυκλώπων.

LIB. IX.

399 b 3. ἐξ ἀέρος.] Malim δι' ἀέρος.

404 a 6. Καί τοι διότι.] Habetur hic locus apud Porphyr. Græco-Lat. nuper excus. hoc est ann. 1620. lib. ii. p. 167. alter. editionis Græcæ, p. 27.

—— διότι.] Porphyr. et manuscr. recte vocem hanc expungunt.

— a 8. ζωοθυτοῦσιν.] Porphyr. ζωοθυτοῦν: utrumque male, sed hoc pejus. Nihilo melius ζοωθυτούντων, quod habet alt. manuscr. Legend. ergo putaverim, ζωοθυτοῦντες.

— a 9. τις κελεύοι.] Porphyr. κελεύοιεν, sine τις: recte. Possit tamen Euseb. lectio retineri, si modo διότι, quod habetur l. 6. mutetur in ὡς, vel ὥσπερ.

— b 1. οὐ γὰρ ἑστιώμενοι.] Ignota et falsa loquitur Theophrastus.

— b 4. τοῦ δεινοῦ, &c.] Vide num Porphyrii interpres satis ex ejus mente verterit, *ne quis gravitatis mysterii sit spectator*.

— b 5. μηδ' ὁ.] Porphyr. μὴ ὁ, quod malim.

— b 6. τούτων.] Porphyr. τούτου.

— c 9. Εἰσὶ τοίνυν, &c.] Porphyrius IV. p. 55. edit. Græcæ, at Græco-Lat. 382. hæc de Essæis commemorat ex Josepho, Belli Judaici lib. ii. c. 7. alias 12. De quibus longe brevius egerat Antiquit. XVIII. c. 2. vide supra p. 379. et seq. ex Philone.

— d 10. τόν γε γάμ.] Porphyr. et Joseph. τὸν μὲν γα. recte.

— d 11. τὰς δὲ τῶν γυν. &c.] Interpr. Porphyr. *Quocirca*, inquit, *ut alienarum fœminarum libidines coërceant, excubias agunt:* οὐδὲν πρὸς ἔπος. Addit Joseph. ad vituperii cumulum, καὶ μηδεμίαν τηρεῖν πεπεισμένοι τὴν πρὸς ἕνα πίστιν.

405 a 10. λευχειμονεῖν τε διαπαντός.] Velim interpretem Porphyrii num auctoris mentem assequatur videre.

— a ult. καὶ ἀδιαίρετοι πρὸς, &c.] Ita omnes; sed meo judicio τὸ εἰς quod sequitur expungendum est: sicque ἀδιαίρετοι vel cum ἐπιμεληταὶ præcedenti conjungendum, quasi dicat, præsides illos aut procuratores singulos, nullo cujusquam discrimine, omnium necessitati prospicere: vel, quod malui, ad ἕκαστοι referendum: est autem ἑκάστους ἀδιαιρέτους εἶναι πρὸς ἁπάντων χρείας, singulis, nullo cujusquam discrimine, quod cuique opus est æqualiter suppeditari. Consule, si placet, Josephi et Porphyrii interpretes.

— b 3. αἱρετισταῖς.] Joseph. αἱρεταῖς, minus recte. Porphyr. αἱρεσιώταις: quod probari potest. Sed cogitet interpres quemadmodum ista reddiderit.

— b 3, 4. ἀναπέπταται τὰ παρ' ἀλλήλοις.] Ita etiam Porphyr. At Joseph. ἀναπέπταται τὰ παρ' αὐτοῖς ὁμοίως ὥσπερ ἴδια.

— b 4. καὶ οἱ πρῶτον ἰδόντες.] Joseph. longe aliter, καὶ πρὸς οὓς οὐ πρότερον εἶδον.

405 b 5. εἰσίασιν ὡς πρὸς συνήθεις.] Porphyr. ἴσασιν ὥσπερ συνήθεις· quod minus placet. Joseph. εἰσίασιν ὡς συνηθεστάτους: quæ cum præcedenti ejus lectione optime conveniunt, ac de advenis non de excipientibus dicuntur. Eusebiana lectio non displicet, si modo εἰσίασιν mutetur in ἐξίασιν, claro perspicuoque sensu.

— b 5. διὸ οὐδὲν ἐπικομιζόμενοι, &c.] Josephus hæc pluribus: Διὸ καὶ ποιοῦνται τὰς ἀποδημίας, inquit, οὐδὲν μὲν ὅλως ἐπικομιζόμενοι, διὰ δὲ τοὺς λῃστὰς, ἔνοπλοι· κηδεμὼν δὲ ἐν ἑκάστῃ πόλει τοῦ τάγματος ἐξαίρετος τῶν ξένων ἀποδείκνυται, ταμιεύων ἐσθῆτα καὶ τὰ ἐπιτήδεια· καταστολὴ δὲ καὶ σχῆμα σώματος, ὅμοιον τοῖς μετὰ φόβου παιδαγωγουμένοις παισίν. οὔτε δὲ ἐσθῆτας, &c.

— b 9. ἢ δαπανηθῆναι τῷ χρόνῳ.] Interpres Porphyrii, *vel tempore sumptum fecerint.*

— b 9. οὐδ' ἀγοράζουσι, &c.] Josephus hæc ita clarius, οὐδὲν ἐν ἀλλήλοις οὔτε ἀγοράζουσιν, οὔτε πωλοῦσιν.

— c 2. ἀκωλύτως.] Joseph. Porphyr. et manuscr. ἀκώλυτος, recte.

— c 6. εἰς αὐτὸν εὐχάς.] Si Porphyrius hic per sese loqueretur, nihil in nostra versione mutarem: sed quoniam Josephi verba sunt, credibile non est hoc eum suis illis Essenis, tanquam egregium veræ pietatis argumentum, laudi tribuere, quod soli paulo ante ortum preces nuncuparent. Malim igitur εὐχὰς εἰς τὸν ἥλιον accipere, non quæ soli, vel solis in honorem, sed quæ solis caussa nuncupentur.

406 a pen. μέχρι κόρου.] Post hæc verba ante τοῖς δὲ ζηλοῦσι versus aliquot Josephus intexit, sed quos exscribere tanti non est.

407 d 10. ἐκ παλαιῶν, &c.] Non meminerat Eusebius, cum id scriberet, hæc Porphyrium a Josepho totidem pene verbis accepisse.

408 a 2. Ἑκαταίου.] De hoc ita Suidas: Ἑκαταῖος Ἀβδηρίτης φιλόσοφος, ὃς ἐπεκλήθη καὶ κριτικὸς γραμματικὸς, οἷα γραμματικὴν ἔχων παρασκευήν. Quæ sequuntur decurtata sunt: Γέγονε δ' ἐπὶ τῶν διαδόχων. Βιβλία αὐτοῦ ταῦτα, περὶ τῆς ποιήσεως Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου. Primum tamen illud membrum facile suppleri potest hoc modo, γέγονε δ' ἐπὶ τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων. Imo et sub Alexandro ipso floruerat. Josephus I. cont. Apionem, p. 1048. edit. Græcol. Ἑκαταῖος δὲ ὁ Ἀβδηρίτης, ἀνὴρ φιλόσοφος ἅμα καὶ περὶ τὰς πράξεις ἱκανώτατος Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ συνακμάσας, (i. e. *qui sub Alexandro floruit*, non, ut interpr. *cum Alexandro nutritus,*) καὶ Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου συγγενόμενος, οὐ παρέργως ἀλλὰ περὶ αὐτῶν Ἰουδαίων συγγέγραφε βιβλίον, &c. Tum p. 1049. locum hunc verbis pene totidem repræsentat: nec dubium est, quin Eusebius ex Josepho descripserit: ut patet ex paucis versibus qui paulo post c. 9. Hecatæi verba intercidunt. Alius fuit Hecatæus Milesius, Abderita vetustior, de quo infra, p. 466.

408 b 2. Ἱερουσαλήμ.] Joseph. hanc vocem non agnoscit, et recte: nam paulo post nomen Hecatæus adjungit.

—— πεντήκοντα.] Timochares infra p. 452. quadraginta solum ei tribuit: ibidemque Syriæ mensor, tantum 27. Diverso tempore diversus ambitus esse potuit. Quanquam testimonium ab Hecatæo Josephus et Eusebius, non testimonii rebus in omnibus τὸ ἀκριβὲς, exigebant.

— b 4. δώδεκα μυριάδες.] Centum et viginti hominum millia, non centum et quinquaginta, ut interpres Josephi vertit.

— b 6. περίβολος λίθινος.] Ad templum ista pertinent: quo de quæ ad Hecatæi et Eupolemi sensum infra p. 447. et seq. necessaria videbuntur.

— b 8. ἀτμήτων, &c.] Joseph. οὐκ ἐκ τμητῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἀργῶν λίθων· rectius ut videtur: nam et Deuteronom. xxvii. 5. habetur, *de lapidibus, quos ferrum non tetigit, et de saxis informibus, et impolitis:* Josue viii. 31. *de lapidibus impolitis, quos ferrum non tetigit.* Josephus II. ἐκ λίθων συμμίκτων, οὐ λελατομημένων ἐκ σιδήρου. et IV. ἐκ λίθων μὴ κατειργασμένων, ἀλλὰ λογάδην συγκειμένων.

— c 5. οὐδὲ φύτευμα.] Deuteronom. xvi. 21. *Non plantabis lucum et omnem arborem juxta altare Domini Dei tui.*

— c 8. οἶνον οὐ πίνοντες.] Levitici x. 9. *Vinum, et omne quod inebriare potest, non bibetis tu, et filii tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonii, ne moriamini,* &c. Ezechiel xliv. 20. *Et vinum non bibet omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius.*

— d 6. Μοσόμαμος.] Joseph. Μοσόλλαμος, et rursus infra p. 409 b 1.

—— ἱκανὸς, &c.] Rectius, opinor, quam ut apud Joseph. ἱκανῶς κατὰ ψυχὴν εὔρωστος.

409 b 7. Κλέαρχος δέ.] Clearchus hic, non Ponticus qui dicis tantum caussa Platonem audierit, quo de multa Suidas: sed ille, quem ita verbo uno perstringit, Κλέαρχος Σολεὺς ἔγραψε διάφορα· Solensis erat, i. e. Solis in Cilicia oriundus, Aristotelis discipulus. Pollux lib. ii. c. 4. ὀστᾶ ἓξ καὶ εἴκοσι εἶναί φησιν ὁ Σολεὺς Κλέαρχος, εἷς τῶν Ἀριστοτέλους μαθητῶν. Ejus sæpe meminit Athenæus, eique varia tribuit opera, ut περὶ γραφῶν, libro vii. itemque περὶ παροιμιῶν, ubi et περιπατητικὸν fuisse ait: et lib. ix. περὶ σκελετῶν. Quo ex opere illud fuerit, quod a Polluce laudatur. De somno eundem scripsisse, præter Eusebium nostrum, Josephus auctor est, lib. i. cont. Apion. p. 1047. edit. Græcol. Κλέαρχος, inquit, ὁ Ἀριστοτέλους ὢν μαθητὴς, καὶ τῶν ἐκ τοῦ Περιπάτου φιλοσόφων οὐδενὸς δεύτερος, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ὕπνου βιβλίῳ φησὶν Ἀριστοτέλην τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ περί τινος ἀνδρὸς Ἰουδαίου ταῦτα ἱστορεῖν, αὐτὸν τὸν λόγον Ἀριστοτέλει παρατιθείς. Tum Aristotelis verba subjungit, illa ipsa quæ describit Eusebius. Meminit et Clemens Alexandrinus infra p. 410 b.

409 c 5. σαφῶς δ' ἴσθι, &c.] Joseph. ὡς σαφῶς δέ σοι εἰπεῖν, Ὑπεροχίδη.

— d 2. ἀπαγγελιῶν.] Joseph. ἐπαγγελιῶν.

— d 3. οὕτως εἰ δοκεῖ.] Joseph. ὅ, τί σοι δοκεῖ.

— d 6. Καλανῶν.] Joseph. φιλοσόφων. Tum longiore ductu orationis, καλοῦνται δὲ, ὥς φασιν, οἱ φιλόσοφοι παρὰ μὲν Ἰνδοῖς Καλανοὶ, παρὰ δὲ Σύροις Ἰουδαῖοι, τοὔνομα λαβόντες ἀπὸ τοῦ τόπου.

— d 10. Ἱερουσαλήμ.] Joseph. Ἱεροσαλύμημ. eo probabilius, quo nonnihil a recta voce deflectit. Infra p. 451 b. Eupolemus argutam hujus vocis notationem comminiscitur, quasi ἱερὸν Σολομῶνος, ut Salomonici templi nomen in urbem ipsam corrupto vocabulo redundarit.

410 a 5. ὡς δὲ πολλοῖς, &c.] Joseph. ὡς δὲ πολλοὶ τ. ε. π. συνῳκείοντο, quæ longe aliam sententiam efficiunt: quasi eo libentius sua cum illis communicaret, quo plures eruditione præstantes convenirent.

— b 6. Κλέαρχος.] Clemens hæc habet p. 223. edit. Græcolat.

— b 7. εἰδέναι.] Dubium est, eumne sibi visum fuisse dicat, aut utcunque cognitum.

— c 1. Πυθαγόρειος μὲν ἦν.] Immanis de Pythagora προχρονισμὸς, in quo mirum est etiam hæsisse Clementem. De hoc et similibus lib. x. commodius.

411 a 8. Νουμήνιον.] De Numenio in Observationibus aliquid.

412 a 7. Χοίριλος.] Eadem Josephus lib. i. cont. Apionem, p. 1047. edit. Græcol.

— a 9. τροχοκουράδες.] Joseph. τροχοκούριδες: consule Observationes.

414 b 1. λέγεται δὲ καὶ τοῦ πλοίου.] Hæc Joseph. I. Antiquit. c. 4. p. 10. edit. Græcol.

— b 7. Ἱερώνυμος, &c.] Hi ex eodem Joseph. lib. contr. Apion. notissimi: sed Hieronymus, qui Phœnicum historiam scripsisse hic dicitur, lib. i. cont. Apion. p. 1050. περὶ τῶν διαδόχων opus edidisse memoratur, æqualis Hecatæi, Syriæ præses sub Antigono rege; quem de Judæorum rebus mentionem nullam fecisse queritur. Quod autem legebamus eum περὶ διαδόχων scripsisse, vereor ne διαδοχῶν legendum sit: cujus argumenti librum citat Athenæus VI. p. 273. Niciæ cujusdam Nicæensis.

— d 5. Καθ' ὃν ἄλλοι.] Hunc locum repræsentat B. Cyrillus Alexandrin. contra Julianum Apostatam, lib. i. p. 5. manuscr. Græci: [p. 8 d. ed. Spanh.] sed commodius in Observationibus illustrabitur.

— d 6. Σείσιθρος.] Cyrill. Ξίσουθρος. De quo idem paulo post, verosimili conjectura, Ξίσουθρον μὲν οὖν ὀνομάζουσι τῶν Νῶε, τάχα πού κατὰ φωνὴν Ἀσσυρίων.

—— Σιππάροισιν.] Cyrill. unico π, scribit Σιπαροῖσιν. Dormitabat, ut fere semper, vetus interpres (quem Œcolampadium esse aiunt) dum verteret, *in sculpturis.* Tractus, seu regionis nomen est, de quo in Observationibus.

414 antepen. εὐθέως ἐπ' Ἀρμενίους ἀνάπλεε.] Cyrill. ἰθέως ἐπ' Ἀρμενίης ἀνέπλωσε. Utrumvis elige: utrumque probo.

— pen. παραυτίκα μιν. κ. τ. ἐκ θ.] Meliora hæc videntur, quam quæ Cyrill. καὶ παρ' αὐτῇ ἰὼν, κατελάμβανε τὰ ἐκ θεοῦ. quibus tamen suus quoque sensus esse potest.

— ult. ἔπειτα ὦν ἐκόπασε.] Apud Scaligerum, rectius, ut existimo, legitur, ἐπεί τε ὦν ἐκόπ. Ionibus enim τε et ὦν, παρέλκουσαι particulæ, mirifice placent. At Cyrill. habet, ἐπεί τε ὕων ἐκόπασε. Quis autem ὕων? θεὸς, opinor: præcessit enim θεοῦ.

415 a 1. μετήει τῶν ὀρνίθων.] Cyrill. μεθίει. rectius μετίει, quod Ionicum est. Hic porro genitivus Græcorum ex more. Demosthen. Olynth. I. [p. 16, 29.] λαμβάνειν τῶν ἐν τῇ χώρᾳ, *ex regionis fructibus decerpere*. Et Olynth. II. [p. 18, 15.] μὴ μόνον πόλεων καὶ τόπων φαίνεσθαι προϊεμένους. Notandum illud Xenophont. orat. de Agesilao [1, 22.], τῶν κατὰ κράτος ἀναλώτων τειχέων, τῇ φιλανθρωπίᾳ ὑπὸ χεῖρα ἐποιεῖτο. At lib. iii. [1, 4.] histor. huic Abydeni loco similius, οἱ δὲ ἔπεμψαν τῶν ἐπὶ τῶν τριάκοντα ἱππευσάντων. Atque hunc idiotismum Galli nostri vehementer amant.

—— εἴκου γῆν ἴδοιεν.] Optime. Cyrillum hinc corrigas, apud quem, εἴπου γῆν ἴδοι.

— a 3. ἀχανέος.] Et istuc malim, quam τὸ ἀφανέος Cyrilli.

— a 6. ἀπίκατο.] Cyrill. ἀφίκετο, et paulo post κατάπλεως pro κατάπλεοι. Sed Eusebiana lectio melior, et ἰωνικωτέρα: tantum ἀπικέατο pro ἀπίκατο reponendum.

—— ταρσούς.] *Pedes?* an *alas?* utrumque fieri potuit. Œcolampadius fœdissime, qui *a luto abiisse et in Tarsos venisse* dicit. Pessime omnino de summo antistite meritus est tenebricosus homo, non Lampadius: nec sine stomacho inquinatissima versio legi potest, quam hoc maxime loco, vel de industria fictam, vel in somnis cusam esse dicas. Dignum erat opus alia manu, qualis esset doctissimi ac disertissimi Borbonii, qui desiderium nostrum acuere maluit quam explere.

— a 9. ἀλεξιφάρμακα, &c.] Hinc Cyrilli vitium tollas, apud quem legitur, φάρμακα ἦν, καὶ τοῖσιν, &c.

— c 1. Μηδεὶς δὲ, &c.] Josephum adi, lib. i. Antiq. c. 4. p. 11.

— c 9. οὖσας.] Joseph. εἶναι, quod præstat.

— d 1. τὸν θεὸν αὐτοῖς παρασχεῖν.] Ita etiam Joseph. Malim tamen, et σύνταξις ipsa postulat, ὁ θεὸς αὐτοῖς παρεῖχεν, aut παρέσχεν. Quod sequitur προειπεῖν, non est *assequi*, ut Josephi interpres vertit, sed ὑφηγεῖσθαι, διδάσκειν, παραδοῦναι τοῖς ἄλλοις.

— d 9. Μόλος.] Josephus Μῶχος. Suidas quidem Μόλος proprium nomen agnoscit, cujus autem, non addit. Josephus ipse lib. ii. cont. Apion. p. 1061. et p. 1078. et 1079. pluribus, non Moli, sed Molonis Apollonii meminit, a quo perperam de Judæis scriptum aliquid fuerit. Sed Mochum inter Phœnicios scriptores censet Tatianus infra p. 493 b 8. τὰ Φοινίκων, inquit, οὕτως ἔχει. Γεγόνασι παρ' αὐτοῖς ἄνδρες τρεῖς, Θεόδοτος, Ὑψικράτης, Μῶχος· τούτων τὰς

βίβλους εἰς Ἑλληνίδα κατέταξε φωνὴν Ἄσιτος, ὁ καὶ τοὺς βίους τῶν φιλοσόφων ἐπ' ἀκριβὲς πραγματευσάμενος. Addere potuit Dium, Hieronymum, Sanchuniathonem vel Sanchoniathonem, quem postremum, sed vitiose Σουνιαίθωνα scriptum, cum eodem Mocho Athenæus conjungit, sub fin. lib. iii. ubi Cynulcus, πλὴν εἰ μὴ ἄρα παρὰ τοῖς τὰ φοινικὰ (recte Casaubon. corrigit Φοινικικὰ) συγγεγραφόσι, Σουνιαίθωνι, καὶ Μώχῳ τοῖς σοῖς πολίταις. Ulpianum hominem Tyrium alloquitur. Nec a Mocho isto me revocat, quod hic paulo post τοὺς τὰ Φοινικικὰ συνταξαμένους a Molo et cæteris distinguere videatur. Nam in cæteris illis Hieronymus Ægyptius habetur, quem tamen sup. p. 414 b. τὴν ἀρχαιολογίαν τὴν Φοινικικὴν συγγράψασθαι dicit. Quid quod οἱ τὰ Φοιν. non οἵ τε legi possit?

—— Ἑστιαῖος.] De hoc certi nihil occurrit: nec eum, quod sciam, Josephus contra Apionem inter eos numerat, qui Judæorum meminerint. Eum tamen hic lib. Antiq. I. c. 5. iterum appellat. Est apud Athenæum VI. p. 273. Hestiæi cujusdam Pontici vox egregia, ὁ Ποντικὸς Ἑστιαῖος, inquit, καλῶς ἐκαυχᾶτο μήτε ἀνατέλλοντα μήτε καταδυόμενόν ποτε τὸν ἥλιον ἑωρακέναι διὰ τὸ παιδείᾳ παντὶ καιρῷ προσέχειν, ὡς ὁ Νικαεὺς Νικίας ἱστορεῖ ἐν ταῖς Διαδοχαῖς.

— d pen. Ἡσίοδος τε, &c.] Qui sequuntur, noti omnes ex iisdem maxime libris contra Apionem. De Hecatæo sup. dictum est. Hellanicus infra pag. 466 b. plagii accusatur.

416 b 3. Ἐντὶ δ' οἵ.] Hæc ipsa laudantur a B. Cyrillo Alexandr. lib. i. contr. Julian. fol. 5. B. codic. manuscr. edit. autem Græco-Lat. p. 9. [ed. Spanheim.] ubi ex nostro corrigendum ἐν τῇ, ac mutandum in ἐντὶ, quod Ionicum est, et οἱ ante λέγουσι collocandum[o].

—— ἐκ γῆς ἀνασχ.] Recte. Itaque reponendum apud Cyrill. ἐκ γῆς, unde plurimum ei lucis.

— b 6. πύργων τύρσιν.] Satis intelligebam πύργον, (unde majore vitio πύργων extiterat,) merum esse glossema, quod τύρσιν Ionicam poëticamque vocem explicaret. Vestigium ejus in Cyrillo nullum.

— b 8. θεοῖσι βωθέοντας.] Optime: quæ voces in Cyrillo manuscr. mixtim et confuse leguntur εἰσοσειβωθέοντας, unde Borbonius fecit εἰς θέοντας, vel potius εἰσθέοντας.

— b 10. δῆτα.] Malim cum Cyrillo τοῦ δὴ τά.

— 11. ἐκ θεῶν.] Duæ voces interpretanti exciderunt. Verte si libet, *Deorum consilio, numine, voluntate.*

—— πολύθρα.] Conjeceram πολύθροον. Firmat conjecturam Cyrillus.

— ult. μετὰ δὲ Κρο. &c.] Hæc apud Cyrillum non habentur: multo minus quæ sequuntur: sunt enim Eusebii, non Abydeni.

[o] "Doricum ἐντὶ Ionice scribenti Abydeno non debuerat obtrudere doctiss. F. Vigerus." Koën. ad Gregor. Dial. Dor. s. xcviii.

416 d 1. Περὶ δὲ τοῦ πύρ.] Josephus loco citato. pag. 12. quæ paulo ante locum Abydeni laudat Cyrillus ex Alexandro Polyhistore.

— ult. τοῦ ἐνυαλίου.] Male editum erat τῆς Ἐνυ. At Joseph. ἐνυελίου, perperam ut videtur. Ἐνυάλιος quidem Mars fere dicebatur: hoc tamen cognomentum Baccho non invidit, ut constat ex Macrobio Saturnal. I. c. 19. initio. Cur invideret Jovi? Atque is, si minus ἐνυάλιος, certe Ἄρειος dictus reperitur apud Pausaniam Ἠλιακ. α΄. pag. 161. Τὸν βωμὸν, inquit, εἰσὶν Ἠλείων οἱ ὀνομάζουσιν Ἀρείου Διός. λέγουσι καὶ οἱ αὐτοὶ οὗτοι, καὶ ὡς Οἰνόμαος ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τούτου θύοι τῷ Ἀρείῳ Διΐ. Neutrum in Jove cognomentum doctissimus Gyraldus agnoscit.

417 a 1. σκίδνανται.] Sequentia caput sextum inchoant apud Josephum, cujus et verba sunt, non Hestiæi.

——— τῆς ὁμογλωσσίας.] Joseph. contra, ἀλλογλωσσίας, utrumque recto sensu probari potest.

— b 3. μνημονεύει, &c.] Hic locus extat cap. 8. l. 1. Antiquit. pag. 16.

— d 1. λιμοῦ δέ.] Hinc novum caput Josephus orditur, suisque, non Nicolai, verbis utitur.

418 c 6. Εὐπόλεμος.] Hunc infra sæpe loquentem audiemus: quem cum aliis duobus excusans Josephus lib. I. cont. Apion. ὁ μέν τοι Φαληρεὺς Δημήτριος, inquit, καὶ Φίλων ὁ πρεσβύτερος, καὶ Εὐπόλεμος, οὐ πολὺ τῆς ἀληθείας διήμαρτον· οἷς συγγινώσκειν ἄξιον· οὐ γὰρ ἐνῆν αὐτοῖς μετὰ πάσης ἀκριβείας τοῖς ἡμετέροις γράμμασι παρακολουθεῖν.

— c 3. Οὐρίην.] Forte legend. Οὔρην. Sic enim hanc urbem Antiquit. lib. i. c. 7. p. 15. Josephus appellat. *Ura*, locus etiam Plinio, in ea regione, lib. v. c. 24. sub fin. Genesis xi. *Ur* dicta est, quam Septuaginta χώραν τῶν Χαλδαίων vertere maluerunt. אור, et Chaldaice אורה, *lucem, ignem, vallemque* significat. Hinc urbis hujus nomen, vel quod in vallibus sita, vel quod ignis ibi præcipue cultus. Itaque si Οὔρην, sive Οὐρίην, Græce Χαλδαίων πόλιν interpretatur Eupolemus, fidem non meretur. Sed credibilius alterum ejus nomen Καμαρίνην ab eo sic explicari, ut per Chaldæos non tam populum quam sacerdotes seu philosophos intelligat, quos Hebræi, כמרים, Chaldæi כומרים vocabant, quibus hæc urbs proprie attributa sit, ideoque Camarine dicta. Hæc Scaligero conjectura debetur.

— d 10. εἰς Φοινίκην, &c.] Non est a scriptoribus istis exigendum, ut iis cum sacris literis ad amussim conveniat.

419 a 8. Ἀργαριζίν.] Forte Ἀργαριζίμ. vox e duabus conflata, חר גרזים mons Garisim, quasi divisionum aut divisus, *biceps* enim a plerisque dicitur. Itaque falsum est, quod ait Eupolemus, ὄρος ὑψίστου hoc nomine significari: licet, quod in eo præcipue Deum Samaritani coluerint ut in Sione Judæi, vere mons altissimi dici potuerit. De hoc in Observationibus pluscula.

Consule interea Deuteronomium 11, 29. et 27, 12. Josue 8, 33. Judic. 9, 7. et infr. p. 426 c 1.

— d 7. υἱόν.] *Patrem* in versionem irrepsit: repone *Filium*.

— c 4. τὴν ἀστρολογίαν.] Joseph. Antiq. lib. i. c. 9. τήν τε ἀριθμητικὴν αὐτοῖς χαρίζεται, καὶ τὰ περὶ ἀστρονομίαν παραδίδωσι· πρὸ γὰρ τῆς Ἀβράμου παρουσίας εἰς Αἴγυπτον οἱ Αἰγύπτιοι τούτων εἶχον ἀμαθῶς. Parum sane probabiliter; cum et perbrevis ejus in Ægypto mora fuerit, et gravissimis non modo curis sed etiam periculis occupata. Nam quod adjungit Artapanus, Abraamum annos viginti hæsisse in Ægypto, luculentum est cumulatumque mendacium.

420 a 6. Ἑρμιούθ.] Pro Ἑρμιοὺδ, ut videtur; nisi etiam ita legendum est. Nam hanc quoque vocem ex duabus coaluisse dici potest, ארם יוד quasi Syro Judæus, non Judæus tantum. At communi Syrorum nomine prophani scriptores Judæos sæpe designant. Herodot. II. καὶ Σύροισι πεζῇ ὁ Νεκῶς συμβαλὼν ἐν Μαγδόλῳ ἐνίκησε. Atqui ex 4 Regum 23 constat Nechao regem Ægypti, Josia interfecto, tributum Judæis indixisse: tametsi locum Mageddo scriptura vocet, non Magdolum. Infra 430 a. eandem vocem iterum de Judæis Artapanus usurpat.

— d 9. πατρὸς φίλον.] Imo אברם *Pater excelsus* est: et literæ unius accessione, אברהם, pleniore ac sonantiore vocabulo, i. e. *pater multarum*, supp. *gentium*, ait B. Hieronym. Tradit. Hebraic. in Genes. Videtur ea vox compendio facta ex tribus sequentibus אברם המון, i. e. *pater excelsus multitudinis*, sublata postrema syllaba ון, et ם quod sequitur ר. Et quoniam המון, et *multitudinem* et *sonitum* seu *fremitum* significat; Philo Judæus, qui alioqui Græce multo quam Hebraice doctior est, lib. de Gigantibus sub fin. πατὴρ ἐκλεκτὸς ἠχοῦς ἑρμηνευθεὶς Ἀβραὰμ, ὁ τοῦ σπουδαίου λογισμός· ἐξειλεγμένος τε γὰρ καὶ κεκαθαρμένος, καὶ πατὴρ φωνῆς, ᾗ συνηχοῦμεν. Hæc ille: quæ mihi quidem videntur ejusmodi, ut hominis facilius quam verborum mentem assequare. Eam vero plenius intelliges ex ejusdem libro de nominum mutatione. Sed vide nostrum infra, 518 c. Quid sequutus fuerit Melo, cum Πατρὸς φίλον redderet, etsi tanti non est quærere; conjicere tamen utcunque possis, רחם non רהם eum audiisse: est enim רחם non tantum *misereri*, sed etiam *vehementer diligere*.

421 a 1. γεννῆσαι υἱοὺς ιβ.] Prorsus Ismaelem cum Abraamo patre confudit. Josephus enim Antiquit. I. c. 13. auctor est Ismaelem Ægyptiam uxorem duxisse, ex qua liberos duodecim, quorum et nomina recenset, susceperit: οὗτοι πᾶσαν, inquit, τὴν ἀπ' Εὐφράτου, καὶ καθήκουσαν πρὸς τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν κατοικοῦσι, Ναβατινὴν τὴν χώραν ὀνομάσαντες. Εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ τῶν Ἀράβων ἔθνος καὶ τὰς φυλὰς ἀπ' αὐτῶν καλοῦσι, διά τε τὴν ἀρετὴν αὐτῶν καὶ διὰ τὸ Ἀβράμου ἀξίωμα. Hæc ille. Nec abludunt a scriptura: Genes. enim c. 17. *Super Ismael*, (inquit Deus ad

Abraamum) *exaudivi te: ecce benedicam ei, et augebo, et multiplicabo eum valde. Duodecim duces generabit, et faciam illum in gentem magnam.* Et cap. 25. duodecim ejus liberi, tribuum suarum principes, numerantur.

421 a 8. γέλωτος δέ.] Rursus confundit ac permiscet omnia.

— c 1. Φίλωνος.] Is credo est, quem Josephus lib. i. in Apion. pag. 1051. Demetrio et Eupolemo annumerat, ac πρεσβύτερον Φίλωνα vocat: fortassis ut eum a Philone Judæo et Philone Byblio distinguat, qui ambo juniores. At sequentes vetustioris hujus poetæ versus, mihi quidem tenebræ, καὶ μηδὲν ὑγιές. Nec manuscripti codices hilum juvant. Saltu igitur hæc superare malui, quam in singulis pene verbis offendere. Vid. infr. p. 430 b.

422 a 7. λέγεται δὲ, &c.] Josephus hæc habet I. Antiq. cap. 16.

—— ὁ Ἀφρήν.] Joseph. ὁ Ὤφρης.

— a 10. Ἀφρικά.] Joseph. Ἀφρικάν.

— b 2. Μαλχᾶς.] Joseph. Μαλχός.

— b 6. Ἀφὲρ, Ἀσοὺρ, Ἀφράν.] Joseph. Ἀφέραν, Σουρεὶμ, Ἰάφραν, quæ paulo post cum aliqua etiam mutatione leguntur. De his vera et certa, vide Genesis 25, 1. et sequentibus.

— c 11. Δημήτριος.] Hoc Demetrii fragmentum, tametsi subinde nutet, multo tamen propius, quam cæterorum, ad historiæ sacræ veritatem accedit.

— d 3. ἑβδομήκοντα πέντε.] Imo septuaginta septem, octavo forte jam inchoato. Annorum enim erat nonaginta unius, cum Josephum ex Rachele suscepit, post annos quatuordecim, quibus Labano servierat: si autem ex 91 subduxeris 14, reliquos habebis 77: sed error irrepsit in numerum: ideoque ἑπτὰ pro πέντε reponendum: ut hac ipsa pagina versu ultimo legitur.

423 a 1. δύο θυγατέρας γῆμαι.] Recte: nam exacto primo illo servitutis voluntariæ septennio uxorem utramque duxit: ac primum quidem Liam, soceri fraude calumniaque victus: Rachelem inde post 7 dies in sororis nuptiarum celebritatem impensos: juxta illud Genesis 29, 27. *Imple hebdomadam dierum hujus copulæ,* (tui cum Lia videlicet,) *et hanc quoque dabo tibi.* Et versu 29, *Acquievit placito, et hebdomada transacta Rachel duxit uxorem.* Non audiendus ergo Josephus, qui Antiquit. I. c. 19. hebdomada illa dierum in annorum hebdomadam mutata, διελθούσης, inquit, ἄλλης ἑπταετίας, τὴν Ῥαχήλαν παρέλαβεν. Quod si verum esset, quomodo tandem post 7 priores annos, ex 4 simul uxoribus liberos Jacob suscepisset? Eundem in errorem inductus est B. Chrysostom. homil. 56. in Genes. Fons erroris videtur, quod in Hebr. tantum legatur שבע זאת, et apud Septuaginta τὰ ἕβδομα ταύτης. Cujus septenarii ambiguitatem ut tolleret Hieronymus, *hebdomadam dierum* optime reddidit. Illi 7 annos acceperunt: quam iisdem suspicionem auxit, quod sequitur, καὶ δώσω σοι καὶ ταύτην ἀπὸ (Chrysostom. ἀντὶ) τῆς ἐργασίας, ἧς ἐργᾷ,

(Chrys. ἐργάσῃ) παρ' ἐμοὶ ἔτη ἑπτὰ ἕτερα. At horum verborum sensus est, ea lege post septem illos dies ei se Rachelem uxorem dare, ut inito jam matrimonio septem alios serviret annos: non, quod Josephus putavit, postquam alio septennio serviisset futurum ut eam uxorem duceret.

— a 3. ὀγδοήκοντα τεσσάρων.] Et constat hic numerus, septennium integrum primæ servitutis includens. Falso ergo Chronicum anno Jacobi 80 natum esse Rubenum posuit.

— a 4. μηνὶ δεκάτῳ.] Quod de mensibus tam accurate scribit Demetrius, ut novem circiter intervallo Ruben fratresque nascerentur, quod etiam in cæteris omnibus liberis observavit, fides sit penes auctorem. Minutam hanc diligentiam scriptura missam fecit.

— a 11. παιδίσκην Ζελφάν.] Nominum facta mutatio est. Bala enim Rachelis ancilla vocabatur, Genes. 30, 3. Liæ vero, Zelpha; ibid. ver. 9. Hunc item Demetrii locum excutit noster Salianus, Annal. suor. tom. 1. anno mundi 2283. ac præsertim in schol. et Petavius item noster lib. ix. cap. 19. magni vere operis De doctrina temporum.

— b 1. συλλαβεῖν τὸν Νεφθαλείμ.] Veram habes patriarcharum istorum seriem in Genes. capp. 29. et 30. Bala quidem Nephthalimum genuit, ut habetur, Genes. 30, 8. Sed Demetrius bis peccavit: semel, quod Liæ Balam attribuat; iterum, quod ei, quam Liæ ancillam fecerat, Nephthalimum hunc dederit.

— b 9. παρὰ Ῥαχὴλ, συλλαβεῖν.] Et hic multa peccat Demetrius. Primum indicare videtur Liam concepisse, nec tamen fœtum ipsi ullum tribuit: (Græca sane minus hic pura sunt:) deinde Zelpham Liæ reddit, quam ante sustulerat: tertio Issacharem filium ejus facit, quem ipsamet Lia pepererat, Genes. 30, 18.

— c 7. τεκεῖν υἱὸν ὄνομα Δάν.] Cave credas. Fuit enim Dan Balæ Rachelis ancillæ primogenitus. Genes. 30, 6.

— d 5. ἔτη εἴκοσι.] Genes. 31, 41. sicque per viginti annos in domo tua servivi tibi, quatuordecim pro filiabus, et sex pro gregibus tuis. Perperam ergo Josephus Antiq. I. c. 19. qui Josephi ortu, quem scriptura decimo quarto anno Racheli natum esse docet, hoc viginti annorum intervallum circumscribat. Statim enim post illa verba, χρόνοις δ' ὕστερον καὶ Ῥαχήλῃ γίνεται ὁ Ἰώσηπος υἱὸς, subjungit, Τοῦτον πάντα τὸν χρόνον, ἔτη δ' ἐστὶν εἴκοσιν, ἐποίμαινε τῷ πενθερῷ, &c. Nisi dicamus his verbis τοῦτον πάντα τὸν χρόνον hanc quoque sex annorum προσθήκην inclusisse. Videat porro, qui secum ipse consentiat, qui superius non nisi post alterum servitutis septennium ductam a Jacob Rachelem dixerit. An vero sex tantum annis consequentibus liberos ex Rachele suscepit? Falsum est. Nam conceptis verbis scriptura tradit simul ex ambabus ambarumque ancillis suscepisse: unde etiam illa duarum sororum æmulatio.

423 d pen. Συμεῶνα ἐτῶν ιβʹ.] Legendum omnino ἐτῶν ιαʹ. alioqui duobus mensibus Rubeno primogenito senior esset.

— d ult. Λευὶν ἐτῶν ιβʹ.] Corrige similiter, ἐτῶν ιʹ. alioqui mensibus quatuor fratrem natu maximum antecedet. Quid quod superior μηνολογία per sese id postulat?

424 a 7. ἔτη δέκα.] Genes. 33, 17. Jacob antequam ad Sichimos veniret, eo in loco tentoria figit, quem propterea *Sochot*, id est *tabernacula*, nominavit. Sed quandiu illic hæserit, scriptura non docet. Sunt qui decem fere annos in Sochot traductos fuisse velint, ut perbrevis apud Sichimitas ejus mora fuerit. Contra Demetrius Sochot ne meminit quidem, ad decem annos ejus apud Hemorem habitationi tribuit. Sane probabilius videtur paucis omnino vel annis, vel etiam mensibus, illam in Sochot moram circumscribi, cum scriptura tantum dicat ibi fixa esse tentoria; apud Sichimitas autem domicilium esse collocatum. Quod autem Genes. 34, 21. Hemor cum filio, Jacobi familiam apud Sichimitas commendans, viros pacificos esse dicat, &c. id tam brevis moræ argumento non est: nam aliquot annis eorum mores et ingenia probari potuerunt. Nec urget illud Tornielli, quod tum primum egressa Dina videatur, quasi recens eo venisset. Nam quod ante vel egressa non fuerit, vel si egressa est, probri nihil subierit: ejus rei, cum aliæ, tum hæc in primis caussa esse potuit, quod nondum per ætatem satis id liceret. At ex Demetrio cum injuriam illam accepit annorum sedecim fuit, aut circiter. Adde, tum forte oblatam, quæ ante commoda satis non fuerat, ejus flagitii occasionem fuisse.

425 a 5. μίαν.] Sensus et ἀκολουθία postulat δύο: alioqui sex tantum, non septem partes habiturus erat.

— b 6. ἐν γῇ Χαναὰν σιε.] Accurata chronologia. Nam Abramus, qui anno ætatis 75 in Chananitidem venerat, centenarius cum esset Isaacum genuit, ut habetur Genes. 21, 5. Atqui ab anno 75 ad 100 anni 25 munerantur. Isaacus autem sexagenarius Jacobum et Esau ex Rebecca suscepit, Genes. 25, 26. Qui anni sexaginta cum prioribus viginti quinque annos efficiunt octoginta quinque. Postremo Jacobus anno ætatis 130 in Ægyptum descendit, Genes. 47, 9. Quibus si addideris priores 85, homadem illam habebis annorum 215.

— b ult. Ἀσὴρ ἐτῶν, &c.] Sequens annorum istorum ratio longius a veritate discedit. Primo enim Dan a Juda proximus fuit, Genes. 30, 5. Deinde Nephthalimus Danum sequitur, Nephthalimum Gadus, Gadum Aser, quem hic ante Nephthalimum recenset, eodemque tamen juniorem facit. Aserem sequitur Issachar, Issacharem Zabulon, Zabulonem Dina, Dinam Josephus, Josephum Benjaminus.

— c 4. ἐν Αἰγύπτῳ ἔτη λθʹ.] Imo nonaginta tres: si quidem anno 17 in Ægyptum abductus, Genes. 37, 2. Ibidem anno 110 mortuus est, Genes. 50, 22.

425 c 5. ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ, &c.] Creato, an mortuo? undecunque numeres, tam incertus est hic numerus, quam annus orbis conditi. In patris Petavii chronologia, cui plurimum tribuo, annus ille Jacobi in Ægyptum καθόδου mundi annus est 2237. Diluvium incidit in ann. mundi 1655: quam summam si detraxeris ex 2237, supererunt 582. Proinde annus ille adventus in Ægyptum ex ejusd. chronolog. principiis erit annus a diluvio 582.

— d 3. ἐτῶν ὄντα π′.] Circiter, non ἀκριβῶς. Tum enim, ut etiam ante Demetrius, annorum fuit 77.

— d 7. Κλάθ.] Caath vocabatur, non Clath.

— d 8. γενέσθαι Κλάθ.] Imo sane multis ante Jacobi mortem annis: quot tamen, certo definiri vix potest.

— d 10. ἐτῶν ρμζ′.] Ita Genes. 47, 27.

— d 12. Κλὰθ ὄντα ἐτῶν μ′.] Error ex priori consequens, quo eodem anno et Jacobum mortuum et Caathum in lucem editum posuit. Error autem est, cum inde sequatur natum esse Caathum in Ægypto, cum tamen frater ejus Merari natu minimus ante illum in Ægypto natus fuerit, Genes. 46, 11. Multo ergo senior Caathus erat, cum Amraamum genuit. Annus tamen ille haud certius, quam ejusdem Caathi ortus designari potest.

— d 13. Ἀβραὰμ,] Hebraice עמרם. Demetrius fecit Ἀβραὰμ, sublato μ, et inserto α: nisi tamen scripserat Ἀμραάμ. Septuaginta Ἀμβρὰμ, inserto β ob euphoniam: vulgaris enim hic error est, quod in manuscript. codicibus μ et β eodem fere modo pingerentur. Sic infra 447 b 10 Μωαμῖται pro Μωαβῖται scriptum est.

426 a 9. Θεοδότου.] Hunc etiam Josephus I. advers. Apion. p. 1051. inter eos numerat, qui Judæorum liberalius meminerunt. Josephi verba dabit infra noster p. 458. Alius hic Theodotus videtur ab eo, quem p. 493 b inter Phœnicios scriptores ex Tatiano recenset.

— c 1. δύ' οὔρεα.] *Hebal*, opinor, et *Garisim*. vide supra, p. 419 a 8. tam in notis, quam in Observationibus.

— d 6. ποιμενόθι.] Mendose. Quid si ποίμνηθεν?

— d 9. ἔτησιν.] Forte ἔτεσσιν, quasi dicat, *illo tempore*. Quid si τοῖς σίντησι? Nam hominum improbitas p. 428 d coarguitur.

428 a 5. εἷς γε νυοὺς] Uterque manuscr. adhuc, ut videtur, corruptius γεννοὺς τεταγμένης ὅτι δῶμα.

430 b 9. ὅλης.] Ita omnes, nullo tamen sensu. Forte ὅλως.

— d 6. Βασσάρας υἱὸν, &c.] Verti perinde ac si prius υἱὸν abesset, posterius autem in Ἰὼβ mutatum esset. Bassaram Jobabi, quem postea Jobum magno consensu dictum esse volunt, matrem, Septuaginta Bossoram vocarunt, Genes. 36, 13. Gravis est quæstio perdiuque jactata, quibus ex parentibus aut ubi natus patriarcha Jobus: qua de, ut omittam cæteros, novissime pluribus disputarunt Salianus et Petavius, ambo nostri: alter eruditor. Annal. tom. 1. ann. mundi. 2319: alter præclari operis De

doctrina temporum lib. ix. c. 20. Nos in Observationibus, si quid necesse videbitur, afferemus.

431 a 1. Ἰωβάμ.] Legendum credo Ἰωβάβ. Similitudo τοῦ μ καὶ τοῦ β in manuscriptis codicibus hunc etiam errorem peperit.

— d 8. τὸν υἱόν.] Vox *alterum* in versionem irrepsit: expunge.

— d 4. Ἀρτάπανος.] De Artapani loco dicetur in Observationibus.

433 b pen. θέλων.] Corrige θέλοντα: postrema enim syllaba ob sequentis similitudinem abrasa est.

436 d 8. Ἐζικιῆλος, &c.] De hoc et tragico ejus fragmento in Observationibus necessaria dabimus.

437 b 3. οἰκοδομαῖς.] Meliuscule stabit hic versus, si legeris, βαρέαις τε οἰκοδυμαῖς.

— c 2. παρ' ὄχθην.] Corrige ex alt. manuscr. παρ' ἄκρα: tum pro λάσιον repone λάσια.

438 c 3. δι' αὐτῶν.] Recte manuscript. δ' αὐτῶν.

440 b 1. σκῆπτρον δέ μοι, &c.] Qui sequuntur versus, in priori editione fœdissime titubantes, in hac nostra labis adhuc aliquid retinentes, partim nonnulla manuscript. ope, partim conjectura sanari ac restitui possunt. Lege ergo,

Σκῆπτρον δέ μοι παρέδωκεν, κ' εἰς θρόνον μέγαν
μ' εἶπεν καθῆσθαι, βασιλικὸν δέ μοι δίδου
διάδημα, καὐτὸς ἐκ θρόνου χωρίζεται·
Ἐγὼ δ' ἐσεῖδον γῆν ἅπασαν ἔγκυκλον,
κ' ἄνερθε γαίας, κἀξ ὕπερθεν οὐρανοῦ·
καί μοί τι πλῆθος ἀστέρων πρὸς γούνατα
ἔπιπτ'· ἐγὼ δὲ πάντας ἠριθμησάμην·
κἀμοὶ παρῆγεν ὡς παρεμβολὴ βροτῶν·
εἶτ' ἐμφοβηθεὶς ἐξανίσταμαι ὕπνου.

— c 4. ξεῖνε.] Manuscr. ξένε· recte.

— c 9. σε τεθεᾶσθαι.] Malim σ' εἰσθεᾶσθαι, quod posterius habet manuscr.

— c 11. Forte lege possit, τά τε ὑπένερθεν γῆς, καὶ τὰ ὑπὲρ οὐρανόν.

441 a 1. ἐφέστηκας.] Legendum videtur ἕστηκας.

442 a 2 τὸ ταχθεν.] Omnino reponendum videtur τὸ πραχθέν.

— b 4. ἀναβλήσει.] Malim ἀναβλύσει cum manuscr.

— c 5. τρεῖς ἐφ' ἡμέρας.] In versione legendum *volvet triduo.*

443 a 3. πρόσθεν.] L. πρόσθε.

444 d 10. Βεελσεφῶντις.] Disting. Βεελσεφῶν τις. Exodi 14, 9.

445 a 7. Κἄπειθ' ὁ.] Delendum ὁ.

447 a 4. Εὐπόλεμος.] Sequentia Eupolemi loca in Observationibus, quoad necesse videbitur, excutiemus.

448 c pen. δισμυρίους.] Reponendum opinor ἀνὰ δισμυρίους, hoc est quadraginta millia ex duabus, viginti millia ex singulis, ut

paulo post ἀνὰ μυρίους: alioqui sexaginta tantum, non octoginta millium summa futura est.

448 d 4. γενομένης.] Legendum existimo γενόμενοι. Notus[o] Hellenismus, ἀπό τινος πράγματος γενέσθαι, hoc est ἀπηλλαχέναι τοῦ πράγματος, *negotio perfunctum*, vel *ab eo recentem esse*. Plutarch. Alexandr. [p. 683 c.] ἀπὸ τῶν ἱερῶν γενομένῳ τῷ βασιλεῖ προσελθόντες, *regem a peracto sacrificio recentem adeuntes*. Ibid. [p. 703 d.] ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀπὸ τῆς πυρᾶς γενόμενος, καὶ συναγαγὼν πολλοὺς τῶν φίλων· *a busto illo reversus*. Idem in Themistoc. [p. 121 c.] γενόμενος δὲ ἀπὸ τῶν πράξεων ἐκείνων. Interdum ἐλλειπτικῶς, absque verbo: Herodian. VII. περιτυχόντες τῶν ἀπὸ ὑπατείας τινὶ, *cum in aliquem ex consularibus incidissent*. Sic οἱ ἀπὸ στρατηγίας, πρεσβείας, &c. *imperio, legatione functi*.

449 d 11. καὶ παρέχειν.] Καὶ rectius, opinor, expungatur.

— d pen. πηχῶν ἕξ.] Verti perinde ac si legeretur πηχῶν ξ'. Consule Josephum Antiquit. VIII. 2.

453 b 1. ὀρεινοῖς, &c.] Forte legend. ὑπαὶ πύργοισιν ὀρεινοῖς.

455 a 2. Βηρωσσοῦ.] Eximium planeque aureum est hoc Berosi fragmentum, quod Josephus lib. i. in Apionem, p. 1044. et 1045. conservavit, quodque in Observationibus paucis illustrabitur.

456 d 5. Μεγασθένης.] Fragmentum Berosiano conjunctissimum, quo de aliquid etiam in Observationibus dicendum erit. Extat apud Joseph. eod. l. in Apion. ejus aliqua mentio.

— d 12. ὅτε ᾠδή·] Conjiciebam ὅτε δὴ φθεγξάμενος εἶπεν. Malo tamen ὅτεῳ δὴ, ut legitur apud Scaligerum.

457 b 6. ἀποδείκνυσι βασιλέα.] Legendum ἀποδεικνῦσι βασιλ. non ἀποδείκνυσι, ut in priori editione. Nec enim Nabannidochum istum creavit Neriglissaras, qui superstes non erat: sed Babylonii.

— b pen. λέγεται δέ.] Sequentia unius Eusebii, quod sciam, diligentiæ accepta ferri debent.

— c 1. Βῆλον δὲ σφέα.] F. Βῆλον δὲ σφέας τοῦ κατακλυσμοῦ (aut alterius simil.) παῦσαι, *hanc eluvionem repressisse*.

LIB. X.

461 b pen. ὁ καθείς.] Omnino reponend. ex manuscr. καθ' εἷς· nam εἷς καθ' εἷς, vel ὁ καθ' εἷς, passim apud recentioris ævi scriptores, maximeque sacris in literis, pro ἕκαστος usurpatur: *οἱ καθ' ἕνα, αἱ κατὰ μίαν*, fere apud veteres.

— d 6. Παραστήσαντες δὲ, &c.] Leges hunc locum Strom. VI. non procul ab initio: p. 450. licet notetur 446. edit. Græco-Lat.

— d 7. ἐπινοίας.] Clem. διανοίας.

— d 10. καθ' ὃ σημαινόμενον.] Græca hic subhorrida sunt, nec tamen, opinor, a genio Clementis aliena: vult enim, hoc tantum

[o] Pluribus eum illustrat P. Leopardus Em. VII. 1.

sensu, quatenus in prophanorum cogitationem lucis aliquid ex divinorum librorum fonte redundavit, ad eosdem furtivam aliquam veritatis particulam pervenisse.

461 d 11. ἐκδεχόμενοι.] Hanc vocem junge cum ἀπεδείξαμεν: adverbialiter enim sumi videtur, pro ἐφεξῆς, ἐκδεχομένως, aut simil.

462 d 7. ὡς δειχθήσονται.] Post hæc verba sequitur apud Clement. ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ φώρια ἀντικρὺς ὁλόκληρα ἔχοντες διελεχθήσονται· αὐτοτελῶς γὰρ τὰ ἑτέρ. &c.

— d 9. Εὐγράμμων.] Clementi Εὐγάμων dicitur, itemque apud Eusebium nostrum in Chronico, ubi eum sub Olympiade 53 constituit. Nam Gregorius Gyrald. Dialogo de Poët. 3. Clementem Eusebiumque laudans, antiquam forte Eusebiani Chronici editionem sequutus, Eugamnum, corrupto, ut videtur, nomine appellavit. Non ergo fugit hic scriptor hominis oculatissimi diligentiam, ut putavit Scaliger. Is porro non tantum Thesprotia scripsit, sed etiam Telegoniam, ut habetur in eodem Chronico, sicut Homerus Ulysseam, Æneidem Virgilius, alii alia: nisi pro *Telegoniam*, malis *Theogoniam*, quod in antiqua editione fuerat.

— d 14. Ἐπιλείψει με ὁ βίος.] Extant sequentia apud Clement. eodem lib. vi. p. 253 c.

463 a 6. ἑλληνικῇ μυθολογίᾳ.] Melius, ut existimo, quam ap. Clem. ἑλληνικὴν μυθολογίαν.

464 a 6. Πλωτίνεια.] Legendum omnino cum alt. manuscr. Πλατώνεια. v. 467 ult.

— d 3. προρρήσεις.] Sane Laërtius dictum Pythagoram fuisse tradit παρὰ τὸ ὡς Πύθιον ἀγορεύειν, quasi non minor ejus quam Pythii Apollinis oraculis fides haberetur. Hinc et magiæ suspectus esse cœpit. Adi, si placet, Cœlium Rhodigin. lib. xix. c. 7.

— d pen. ταῦτα καὶ αὐτὸς ἂν εἶπον.] Malim ταυτὰ καὶ αὐτὸς εἶπεν, ut αὐτὸς ad Andronem referatur. At in versionem pro Androne Theopompus irrepsit.

465 a pen. Συβάρεως ἅλωσιν.] Lege Strabonem lib. vi. et Diodor. Sicul. XII. Trecenta Sybaritarum millia a centum Crotoniatarum millibus, duce Milone athleta fortissimo, partim cæsa partim profligata sunt. Urbs ipsa mox æquata solo: post annos 58 a Thessalis instaurata: iterumque lustro vix exacto, novis incolis ab antiquis victoribus ejectis semidiruta. Thurium ejus in locum successit.

— c ult. ἐπλήσθη.] Mont. ἐπλήχθη. Melius. Sed forte τὸ præcedens in τῷ mutandum est.

466 b 7. Ἑκαταίου τοῦ Μιλησίου.] Scriptoris olim clarissimi, quo tempore Darius Hystaspis filius Persis imperabat. Herodotus lib. v. p. 343. auctor est ei rebellioni, qua Milesii a Persis Aristagora duce defecerunt, unum obstitisse. Ejusdem Strabo pluribus in locis perhonorifice meminit. Mitto Suidam et al.

— c 9. οὐ μὲν γάρ τι.] De muliebri nequitia Clemens Alexandr. Strom. VI. p. 446. ex Orpheo, ὡς οὐ κύντερον ἦν καὶ ῥίγιον ἄλλο γυναικός. Cui Homer. accinens Odyss. λ'. ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός.

467 b 1. Ἴδεω.] Iliados ι'. 554.

— c 3. λαῶν.] Odyss. β'. 234.

——— οἳ δ' ἐπεί.] Passim, ut Iliad. π'. 563.

468 d 11. ἄλλην ἄλλως.] Malim ἀλληνάλλως, unica voce, i.e. ὡς ἔτυχεν, ut explicat Suidas.

— d ult. ἀγνώμονι.] Sensus exigit εὐγνώμονι, quanquam legi etiam possit γνώμονι. Vulgus enim ἀλληνάλλως *temere* ferebatur, philosophi judicio et ratiocinatione, tanquam regula quadam ac perpendiculo, utebantur.

469 a 8. οὐκ Ἑβραίων μόνον, &c.] Diogenes Laërtius in procemio, τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον ἔνιοί φασιν ἀπὸ βαρβάρων ἄρξαι. Γεγενῆσθαι γὰρ παρὰ μὲν Πέρσαις Μάγους, παρὰ δὲ Βαβυλωνίοις ἢ Ἀσσυρίοις Χαλδαίους, καὶ Γυμνοσοφιστὰς παρὰ Ἰνδοῖς, παρά τε Κελτοῖς καὶ Γαλάταις τοὺς καλουμένους Δρυΐδας καὶ Σεμνοθέους, &c.

— b 1 post τὰ δ' ἐξ Αἰγύπτου,] Clarius et distinctius legeretur, ἤ καί ποθεν ἄλλοθεν, περὶ θεῶν μυστήρια, &c. tametsi Græcorum, etiam disertissimorum, intricata sæpe ac trajecta oratio est.

— c 8. νεώς.] Quid si νεῴ, et lin. sequente, κεκοσμημένοι, pro κεκοσμημένους? Hæc sane lectio cum priori ἐκράτει λόγος, et sequenti ξόανα ἐξείργαστο, conveniret.

— d 6. Δωδωναῖος.] Præstiterit Διδυμαῖος, ut jam sub operis hujus initium [p. 134 d] me annotare memini. Sunt enim hæc Apollinis cognomenta.

472 b 6. Ἀρσεπεδονάπται.] Arsepedonaptæ[o] qui proprie fuerint, adhuc quæro. Alter manuscr. legit Ἀρσεπεδονάπαι, sed in edit. nostra magis acquiesco. Vox opinor, Græca est, non Ægyptiaca, et fortassis ex tribus, ἄρσις, πέδον, et ἅπτω composita: erant enim isti mathematicorum filii περὶ τῶν γραμμῶν συνθέσεις occupati, ut ait ipse Democritus.

— b 7. ἔτεα[p] ὀγδοήκοντα.] Hic numerus in Observationibus expendetur.

474 c 4. λάβδ.] Leg. λάμδ. Τὸ β vulgari errore subiit in locum τοῦ μ.

475 b 5. Ἰατρικήν.] Extat hic Clementis locus Stromat. I. p. 225. edition. Græco-Lat. Qui locus subinde vel truncatur ab Eusebio, vel insigni membrorum ac periodorum trajectione mutatur. Porro Theodoret. Græcar. affect. lib. i. non procul ab initio, simili disputationis in genere versatur, sed brevius.

[o] Reinesius Ep. XIII. ad Nesterum p. 25: "Ἁρπεδονάπται, Ægyptiorum "philosophorum genus, ita dicti fuere ἀπὸ τῆς ἁρπεδόνος: ἁρπεδὼν autem et "ἁρπεδόνη *funis:* erant nimirum geometræ, et a funiculis, quibus ad dimeti-"enda plana utebantur, ita denominabantur."

[p] "Peregrinatus est usque ad octogesimum annum." Ita interpretatur Menag. ad Diog. Laërt. IX. 35. Quam inepte, non est ut dicam.

Fronto Noster ὁ μακαρίτης, dissimulato nomine, locum illum Clementis erudite illustravit. Quod necessarium videbitur, Observationes dabunt. Interim Plinium consule VII. cap. 56.

475 b pen. ἔπλευσε.] Post hoc verbum, quæ sequuntur, præcedunt apud Clementem, p. 224 d.

— c 1. Χαλδαῖοι.] Hic etiam ab Eusebio nonnulla resecantur.

— c 10. λύχνους τε αὖ.] Hæc item loco mota sunt. Nam apud Clementem p. 224 e. statim post Χαλδαῖοι, ante illa Εἰσὶ δὲ οἱ Κᾶραι, leguntur.

— d 5. Τέλμις τε καὶ Δαμναμενεὺς, &c.] Hæc leges apud Clementem p. 225 a 2. post superius illud ἔπλευσε. Verum pro Τέλμις editum est Κέλμις, et pro Δαμναμενεὺς, Δαμνανεύς. Recte Κέλμις, Δαμνανεὺς vitiose. Auctor ejus carminis quod Phoronis dictum est:

Ἔνθα γόητες
Ἰδαῖοι Φρύγες, ἄνδρες ὀρέστεροι, οἰκί' ἔναιον·
Κέλμις, Δαμναμενεύς τε μέγας, καὶ ὑπέρβιος Ἄκμων.
Οἳ πρῶτοι τέχνην πολυμήτιος Ἡφαίστοιο
εὗρον ἐν οὐρείῃσι νάπαις, ἰόεντα σίδηρον
ἐς πῦρ τ' ἤνεγκαν, καὶ ἐριπρεπὲς ἔργον ἔδειξαν.

Hæc Phoronidis auctor poëta. Sic dictum carmen illud a Phoroneo Argivorum rege. Cave enim Phoronidem poëtam fuisse putes, ut Erasmus. Infra p. 497 d 7. ex Clemente Alexandr. Ἀκουσίλαος Φορωνέα πρῶτον ἀνθρώπων γενέσθαι λέγει· ὅθεν καὶ ὁ τῆς Φορωνίδος ποιητὴς εἶναι αὐτὸν ἔφη πατέρα θνητῶν ἀνθρώπων.

— d 6. Ἰουδαίων.] Manifestus error. Recte Clemens cum illo Phoronidis auctore Idæos vocavit.

— d 7. Δέλας δὲ ἄλλος Ἰουδαῖος.] Clemens, ὁ δὲ ἄλλος Ἰδαῖος. Vere quidem Ἰδαῖος, sed nomen Δέλας ex nostro Eusebio repetendum. Plinius lib. vii. c. 56. *Æs conflare et temperare Aristoteles Lydum Scythem monstrasse, Theophrastus Delam Phrygem putat.*

476 a 7. αὐτόχθων.] Recte, ut paulo ante Ἆπιν αὐτόχθονα dixerat. Clemens αὐτοσχέδιον legit, corrupte, ut videtur.

— b 3. περί τε μουσικήν.] Juvat Plinii locum ex lib. vii. 56. adscribere. *Musicam,* inquit, *Amphion: fistulam et monaulon Pan Mercurii: obliquam tibiam Midas in Phrygia: geminas tibias Marsyas in eadem gente: Lydios modulos Amphion: Dorios Thamyras Thrax: Phrygios Marsyas Phryx: Citharam Amphion: ut alii, Orpheus: ut alii, Linus: septem cordis additis Terpander: octavam Simonides addidit: nonam Timotheus: cithara sine voce cecinit Thamyras primus: cum cantu Amphion: ut alii, Linus: citharœdica carmina composuit Terpander: cum tibiis, canere voce, Troezenius Dardanus instituit.* Hic Thamyras Plinio dicitur, quem paulo post Thamyrim vocat Eusebius, cum Homero.

— b 8. Τρίχορδον, &c.] Totum hoc membrum apud Clementem deerat, post tamen ex Nostro assutum est.

— b 9. Σεμιράμεως βασιλίδος Ἀσσυρίων.] Hinc emendandus

Clemens, apud quem inveterato mendo legitur, Σεμιράμεως βασιλέως Αἰγυπτίων.

476 d 2. Σκάμμων.] Clemens et Suidas Σκάμων. Ita etiam Athenæus lib. xiv. ubi de sicinnide, quod saltationis genus erat, disputans, Σκάμων, inquit, ἐν πρώτῳ τῶν εὑρημάτων. Cujus operis hic d 7 mentio est, tanquam Scamoni cum al. plerisque communis.

— d 3. ὁ Ἐφέσιος.] Clemens, ὁ Ἐρέσσιος. Legendum Ἐρέσιος. Sic enim apud Diogenem Laërtium legitur: et Stephanus de Urbibus, Ἔρεσος, inquit, πόλις ἐν Λέσβῳ, ἐξ ἧς Θεόφραστος Ἀριστοτέλους γνώριμος καὶ διάδοχος. Τὸ ἐθνικὸν Ἐρέσιος, καὶ Ἐρεσιεύς.

477 a 7. Πρῶτον οὖν.] Josephus hæc habet lib. i. contr. Apionem, ipso statim initio, p. 1033. edit. Græcol. Gelen.

— b 8. εὑρήσεις.] Melius quam ut Joseph. εὕροι.

— d 4. ὑφ' ἑαυτοῦ.] Joseph. ἀφ' ἑαυτῶν. F. ἐφ' ἑαυτοῦ.

— d 8. ἀπ' ἐκείνου τ. χ.] Malim ἐπ' ἐκείνου, cum Josepho: negat enim certam illius ævi cognitionem publicis ex monimentis hauriri posse; non autem rerum tempore illo posteriorum.

478 a 8. διὰ γραμμάτων.] Josephum sequutus sum, apud quem legitur ἐκ τῶν ᾀσμάτων, quæ vera lectio est.

— d 10. ἢ τὰς περὶ τῶν Ἀργολ.] Omnino τὰς illud delendum est, nec apud Joseph. legitur.

479 a 9. ἐξετασθῆναι.] Corrigendum ex Josepho est, ἐξ ἀρχῆς.

— b 10. φοινικῶν.] Lege φονικῶν, ex Josepho.

480 a 8. τούτων δ' ἡμῖν.] Diodori locus est, ex lib. i. Biblioth. p. 86. edit. Græco-Lat.

— c 4. τόπων ἢ κατασκευασμ.] Interpres Diodori, *desumptas a locis aut operibus appellationes.* Rectius visum est, *partim loca, partim opera quædam, ipsorum cognomentis insignia.* Quomodo enim in Ægypto Græcorum philosophorum appellationes ostenderent a locis operibusve desumptas? Facile autem et loca quædam et opera ipsorum cognomentis insignia ostendere potuerunt: cum ibi et perdiu versati essent, et nonnulla industriæ suæ monimenta reliquissent. Huc autem pertinet illud Strabonis lib. xvii. Ἐκεῖ οὖν (de Ægypto loquitur) ἐδείκνυντο οἵ τε τῶν ἱερέων οἶκοι, καὶ Πλάτωνος καὶ Εὐδόξου διατριβαί.

— c 10. τὴν ἑαυτοῦ πλάνην.] Mallem τὴν αὐτοῦ πλάν., id est, τὴν ὑπ' αὐτοῦ πεποιημένην.

481 a 2. μετὰ χερσίν.] Post hæc verba sequitur apud Diodorum locus, ut in re fabulosa, perinsignis, ad eum fontem indicandum unde Homerus aliique deinceps poëtæ τὰ πρὸς τὴν νεκυίαν hausisse videantur.

— a 3. Μελάμποδα.] Diodor. p. 87 d 2.

— c pen. τὸ γὰρ νηπενθές.] Consule Odysseas δ'. a v. 220. ubi Homerus ista copiose.

— d 2. ἐκ τῶν Αἰγυπτίων.] Adde Θηβῶν, ex Diodoro, quæ paulo post d 9 appellantur.

481 d 3. τῆς Πολυδάμνης.] Diodorus et manuscr. Πολυμνήστης. Sed Homerus favet Eusebio, [Od. δ'. 227.]

Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα,
ἐσθλὰ, τά οἱ Πολύδαμνα πόρεν Θῶνος παράκοιτις
Αἰγυπτίη, &c.

Favet et Justinus Martyr in Parænet. p. 20. Τὸ νηπενθὲς, ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθες ἁπάντων φάρμακον ἡ Ἑλένη λαβοῦσα παρὰ τῆς Θέωνος γυναικὸς Πολυδάμνας εἰς τὴν Σπάρτην ἐκόμισε.

— d 14. Μώμεμφιν.] Diodor. Μέμφιν. Sed vitiose, opinor. Primum enim, cur adderet ὀνομαζομένην, qui Memphim jam sæpius ante nominarat? Deinde notior illa Memphis, quam ut illam προσθήκην desideret. Postremo, nec geographi Momemphin ignorarunt. Stephanus, Μώμεμφις πόλις Αἰγύπτου, unde Μωμεμφίτης Νόμος. Diodorus ipse p. 60 d 3. de Psammiticho, ἐνίκησε περὶ τὴν πόλιν ὀνομαζομένην Μώμεμφιν. Strabo lib. xvii. post Gynæcopolitanam præfecturam, ἐφεξῆς δὲ Μώμεμφις, καὶ Μωμεμφίτης Νόμος. Aureæ quidem Veneris non meminit, sed tamen Venerem a Momemphitis præcipue cultam esse tradit. At Justinus Martyr loco jam citato, καὶ χρυσῆν δὲ Ἀφροδίτην, inquit, ὠνόμασεν ἐκ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ ἱστορίας, ἔγνω γὰρ καὶ τέμενος χρυσῆς Ἀφροδίτης ἐν Αἰγύπτῳ λεγόμενον, καὶ πεδίον χρυσῆς Ἀφροδίτης ὀνομαζόμενον. Ejusdem urbis mentio est apud Herodot. lib. ii.

482 a 6. κατεστεμμένον.] Diodor. κατεστρωμένον, quod malo, tametsi alterum non improbem.

— b 5. Οἰνοπίδην.] Œnopidem Chium intelligit, de quo Ælianus Var. Histor. lib. x. c. 7. Οἰνοπίδης ὁ Χῖος, inquit, ἀστρολόγος, ἀνέθηκεν ἐν Ὀλυμπίοις τὸ χαλκοῦν γραμματεῖον, ἐγγράψας ἐν αὐτῷ τὴν ἀστρολογίαν τῶν ἑνὸς δεόντων ἑξήκοντα ἐτῶν, φήσας τὸν μέγαν ἐνιαυτὸν εἶναι τοῦτον.

— b ult. Εὔδοξον.] Æschinis filium, patria Gnidium, Platonis auditorem, atque, ut Tullius lib. ii. [c. 42.] de Divinat. loquitur, *in astrologia judicio doctissimorum hominum facile principem.* Ejus vitam Diogen. Laërtius lib. viii. conscripsit. Multi de eo multa, præcipueque Plutarchus variis in locis. Ἔνδοξος pro Εὔδοξος ob summam nominis celebritatem cognominatus est. Profectus in Ægyptum cum Chrysippo medico, ut Diogenes tradit: at Strabo lib. xvii. συνανέβη γὰρ δὴ (inquit) τῷ Πλάτωνι ὁ Εὔδοξος, δεῦρο· (de Ægypto loquitur) καὶ συνδιέτριψαν τοῖς ἱερεῦσιν ἐκεῖνοι ἐνταῦθα τρισκαίδεκα ἔτη, ὡς εἴρηταί τισι. Consule Petavium nostrum lib. ii. c. 5. et 6. eximii operis De doctrina temporum, ubi Scaligeri de Eudoxo deque ejus octaeteride somnia dissipantur.

— c 5. Τηρακλέα καὶ Θεόδωρον.] Diodor. Τηλεκλέα καὶ Θεόδ. quæ vera lectio est. Sed addenda quæ subdit eo loco historicus ad illud Apollinis signum pertinentia. Τοῦ γὰρ ἀγάλματος, inquit, ἐν Σάμῳ μὲν ὑπὸ Τηλεκλέους ἱστορεῖται τὸ ἥμισυ δημιουργηθῆναι· κατὰ δὲ τὴν Ἔφεσον, ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Θεοδώρου τὸ ἕτερον μέρος

συντελεσθῆναι· συντεθέντα δὲ πρὸς ἄλληλα τὰ μέρη συμφωνεῖν οὕτως, ὥστε δοκεῖν ὑφ' ἑνὸς τὸ πᾶν σῶμα κατεσκευάσθαι. Τοῦτο δὲ τὸ γένος τῆς ἐργασίας παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησι μηδαμῶς ἐπιτηδεύεσθαι, παρὰ δὲ τοῖς Αἰγυπτίοις μάλιστα συντελεῖσθαι. Hæc Diodorus. At Pausanias Theodorum illum Teleclis non fratrem, sed filium, vocat. Sic enim ille in Arcadicis, [VIII. 14, 7.] p. 248. Διέχεαν δὲ χαλκὸν πρῶτοι καὶ ἀγάλματα ἐχωνεύσαντο, Ῥοῖκός τε Φιαίου, καὶ Θεόδωρος Τηλεκλέους, Σάμιοι. Tum de Theodoro nominatim: Θεοδώρου δὲ ἔργον ἦν καὶ ἐπὶ τοῦ λίθου τῆς σμαράγδου σφραγὶς, ἣν Πολυκράτης ὁ Σάμου τυραννήσας ἐφόρει. Similia scribit in Phocicis [X. 38, 6.] extremo lib. nisi quod Rhœci patrem Philæum, non Phiæum, ut in Arcadicis nominat: licet interpres Φιλαίου utrobique legerit.

483 c 6 et 7. δεύτερον ἔτος Δαρείου.] Hæc et sequentia in Observationibus illustrabuntur.

484 d 5. post βασιλείας.] Addendum ἐπὶ, vel εἰς, ante τὸν ἀνωτ.

485 b 1. ἀληθέστατα, ὅτι.] Rectius videtur ὅτι ἀληθέστατα, quemadmodum legit Scaliger[q]: quam lectionem si sequemur, εἰληφὼς retinendum erit.

— b 5. Ἀβελβαλῷ.] Apud Scaligerum[r], Ἀβιβάλῳ: utrum verius sit, nondum definio: utriusque notatio facilis est, et cum Hebraica dialecto consentiens.

— c 7. τῆς Ἀσσυρίων βασιλίδος.] Apud Scaligerum adduntur pauca hæc [vide supra p. 31 b.]: ἢ πρὸ τῶν Ἰλιακῶν, ἢ κατ' αὐτούς γε τοὺς χρόνους γενέσθαι ἀναγέγραπται· τὰ δὲ τοῦ Σαγχουνιάθωνος εἰς Ἑλλάδα γλῶσσαν ἡρμήνευσε Φίλων ὁ Βύβλιος.

486 c 6. μικρῷ.] Lege μικροῦ.

489 a 3. ταῦτα γὰρ Ἀθην. ἱστορ.] Malim ταῦτα γὰρ ἱστοροῦσιν, deleto Ἀθηναίων.

— a pen. ἔκ τε.] Particula τε, aut expungenda est, aut aliquid aliud postulat.

— b 4. Αἴγυπτον.] Dele hanc vocem, aut repone ἀπ' Αἰγύπτου.

— b 7. δειχθήσεται.] Forte δεικνύεται.

— d pen. ἧς τὸ τελευταῖον.] Deest hic aliquid. Quo enim τὸ ἧς referatur? Forte ante hunc articulum scripserit Africanus, τῆς δ' αἰχμαλωσίας ἑβδομήκοντα. Certe ὁμὰς illa mille ducentorum ac triginta septem annorum, quos ab Exodo ad Cyrum usque numerat, ex consequentium annorum collectione non existet, nisi hos septuaginta insuper addideris: tametsi ut deesset omnino nihil, duobus et septuaginta opus esset. Nam detractis septuaginta, confiunt modo mille centum et sexaginta quinque, quibus septuaginta si addideris, 1235 habiturus es. Sed (opinor) anni Mosis octogesimi partem adnumerat, et annum captivitatis septuagesimum ultra Cyri primum mensibus aliquot excurrisse putat.

[q] Fragm. Vet. Hist. post librum De Em. Temp. p. 6.
[r] V. ad Euseb. p. 11.

Eam enim summam non ex librariorum errore, sed Africani ex mente conflatam esse, constat ex sequentibus ubi sæpius eadem inculcatur.

490 d 2. σπαρτοί.] Supplendum credo vel ὀδόντες, vel στρατιῶται, vel aliquid simile. Omnino enim post Europam de Cadmo Cadmique militibus ex draconis dentibus repente satis loquutus videtur. [Nihil supplendum esse docet Jortinus H. E. T. II. p. 360.]

491 c 2. Νῦν δὲ προσήκειν.] Hic Tatiani locus extat tomo I. Bibliothecæ Patrum Græco-Lat. nuper edit. p. 180.

— d 5. τὸ μὲν γὰρ, ἄγνωμον, &c.] Interpres Tatiani hæc ut arbitror minus auctoris ex mente reddit, *ne quid nobis suspectum vel merito rejiciendum esse possit:* membra enim sunt ἀντικείμενα, prius illud τὸ μὲν ἄγνωμον, posterius hoc, τὸ δ' ἂν, &c.

— d 7. ὅπλων ἀντερείδων.] Vera lectio, ex qua Tatianus emendari possit, apud quem vitiose ὅλων ἀναντιρρήτων.

492 a 3. Μεγακλείδης τε καὶ Χαμελέων.] Rectius, quam ut apud Tatianum, Μεγακλείδης τε ὁ Χαμαλαιέων· posterior enim hæc lectio eidem homini utrumque nomen attribuit, cum tamen duo illi fuerint. Corrigendum tamen videtur Χαμαιλέων, ut habetur in altero manuscr. et legitur apud Clementem Alexandrin. Strom. I. p. 220 a 1. edition. Græco-Lat. Τὸ μὲν οὖν Γνῶθι σαυτὸν, inquit, οἱ μὲν Χίλωνος ὑπειλήφασι, Χαμαιλέων δὲ ἐν τῷ περὶ θεῶν, Θαλοῦ. Et infr. eod. lib. p. 258. Χαμαιλέων τε ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ περὶ μέθης. Fuit igitur Heracleotes, atque inter alia de diis ac de ebrietate scripsit. Idem nomen legitur apud Athenæum lib. i. p. 21. Χαμαιλέων γοῦν, inquit, πρῶτον αὐτόν φησιν σχηματίσαι τοὺς χοροὺς, &c. ubi de Æschylo poëta loquitur.

— b 9. τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι διακοσίοις τεσσαράκοντα.] Tatianus excusus τῶν Ἰλιακῶν διακοσίων πεντήκοντα. Sed Fronto noster, ὁ μακαρίτης, observat, in manuscripto regio Eusebianam extare lectionem. Certe διακοσίοις, non διακοσίων, legendum esset. De annis, vel quadraginta, vel quinquaginta, adeoque de migratione hac Ionica, in Observationibus pluscula.

— b 10. πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων.] Alt. manuscr. habet περὶ non πρό: unde conjicio legendum esse, περὶ τὰς Ὀλυμπιάδας. Vid. Observationes.

— c 9. τοῖς ἐπ' ἀκριβὲς ἐξετάζειν δυναμένοις.] Interpres Tatiani sic vertit, *aliis diligentius inquisituris relinquo:* at meo judicio, ista cum sequentibus ἡμῖν εἰρήσθω conjungi debent: alioqui nutaret ac penderet oratio.

— c pen. δυνατὸν γὰρ, &c.] Alter manuscript. hæc longe brevius, εἰκὸς γὰρ ψευδῆ ἀποφαίνεσθαι αὐτοὺς, nempe καὶ τὰ πρὸς τὴν ἱστορίαν. Tatianus excus. cum nostro consentit, nisi quod paulo post d 1. περὶ τοὺς χρόνους habet, non ut hic, περὶ τοὺς λόγους. Placet tamen Eusebiana lectio propter sequentia: vult enim, ut patet, in ipsa quoque rerum historia perfacilem iis lapsum fuisse, qui jam in temporum descriptione titubassent.

492 d 1. Παρ' οἷς γὰρ ἀσυνάρητος.] Plane contrarium videtur τὸ ἀτρέμα συντάττεσθαι, hoc est, παντάπασιν ἁρμοζόντως καὶ ἀκριβῶς. Ita Plutarch. in Themistocle [p. 125 b.] singulari, ni fallor, exemplo: τοῖς χρονικοῖς, inquit, δοκεῖ μᾶλλον Θουκυδίδης συμφέρεσθαι, καίπερ οὐδὲ αὐτοῖς ἀτρέμα συνταττομένοις, i. e. *Thucydidi cum Annalibus*, (vel *temporum rationibus*,) *convenire magis videtur; tametsi ne ipsi quidem exquisite satis diligenterque confecti sint*: vel, *tametsi ne ipsi quidem ita confecti sint, ut in iis nihil omnino titubet, ac fluctuet*: hoc enim proprie ἀτρέμα sonat. Nam Stephanum audire non possum, qui *sensim et placide* reddidit: nisi (quod tamen ipse reprehendit) placide factum id dicatur, quod non tumultuarie, sed otiose diligenterque factum sit. Melius Amiot. *encor qu'elles mesmes ne soient gueres bien faictes.* Petavius noster c. 25. lib. x. De Doctrina Tempor. aliter accipit, ut Plutarchus, *non omnes istis Annalibus suffragari velit, atque ideo non quiete ac silentio perscriptos esse, sed ab aliis redargui.* Eos tamen ibidem pessimos fuisse probat.

— d 5. Πλὴν Ὅμηρος.] Hæc apud Tatianum reperies tomo illo I. Biblioth. Patr. p. 184.

—— μὴ μόνον ὕστερος τῶν Ἰλιακ.] Tatianus excusus expungit μὴ μόνον, atque ὕστερον legit; quod omnino esset pugnantia loqui, licet verteretur ὕστερον *statim post.* Hic autem apud Eusebium, Μὴ μόνον, ut sæpe μονονοὺ, μονονουχὶ, οὐχ ὅπως, et similia, est *non solum non*: quæ lectio si probatur, membrum hoc opponi debet non tantum proxime consequenti, ἀλλὰ κατ' ἐκεῖνον τοῦ πολέμου καιρόν· nihil enim admodum novi concederet, qui jam illum eo bello non posteriorem fuisse concessisset: sed etiam aliis, quæ subjungit. Mallem tamen, ne quid dissimulem, retenta negatione μὴ, abverbium μόνον expungere.

— d 7. γεγονέναι.] Hoc etiam verbum apud Tatianum reponendum est: quemadmodum et τὸ συνεκστρατεῦσαι, quod paulo post hic sequitur, præstat τῷ συστρατεῦσαι, quod habet Tatianus.

— d 11. τῆς δὲ γεγονυίας, &c.] Hinc etiam corrige Tatianum, apud quem γεγονὼς, vitiose.

493 a 3. μετὰ Σέλευκον.] Ita omnes: Tatianus tamen habet αὐτὸν, quod ad Alexandrum referri debet. Antiochus post Alexandrum tertius idem esse non potest qui tertius post Seleucum. Nam tertius ab Alexandro fuit Antiochus nominis primus, cognomento Soter, Seleuci filius: at tertius a Seleuco Antiochus nominis secundus, cognomento Deus, Soteris filius.

— b 9. Ἄσιτος.] Tatianus excus. χαῖτος. Neutrum nomen alibi reperio.

— d 7. εἰς ἅπερ ἤθελον χωρία.] Tatian. εἰς ἅπερ ἦλθον, quod magis probo.

— d 8. λέγει δὲ οὕτως.] Aut expungenda hæc verba sunt; aut resecta Ptolemæi oratio est, cujus fortassis initium fuerit quod sequitur, ὁ δὲ Ἄμωσις. Equidem expungi malim: quod enim

Mosem sub Amosi constituens æqualem eum Inacho Tatianus faciat, erroris illius est pridem inveterati, quem primus sustulit Eusebius.

493 d ult. Αὔαριν.] Vid. Observationes.

494 a 4. Γεγόνασιν Ἀργείων βασιλεῖς.] De his regibus, eorumque serie, aliquid in Observationibus dicetur.

— c 2. κατὰ τὸν Ἴναχον.] Tatian. μετὰ τὸν Ἴναχον. Rectius, ut existimo, quia sequitur paulo post καὶ μετὰ Μωσέα. Tametsi, cum Græcorum historiam ab Inacho fere duci confirmet, utrobique κατὰ non incommode legi possit. Atque hanc lectionem sequuti sumus.

495 b 1. ὡς μυθολογίαν.] Tatian. ταῖς μυθολογίαις.

— c 6. δριμώσπια.] Consule Observationes.

— d 10. τοῦ πλείονα, &c.] Verborum perspicua sententia est, at obscura sententiæ ratio. Cur enim Amphion, quod res Troianas duabus ætatibus antecedat, apud studiosos plura dici prohibeat? Alter manuscr. habet πλείονος, ex quo πλείονας conjeci: quasi dicat, Amphionem tam antiquum esse, ut alium præterea φιλομαθῆ neminem quæri patiatur.

— d pen. ὁ μέν.] Phemius videlicet. Odyss. ρ΄. 262.

ἀνὰ γάρ σφισι βάλλετ᾽ ἀείδειν
Φήμιος.

Et Odyss. χ΄. 330.

Τερπιάδης δέ τ᾽ ἀοιδὸς ἀλύσκασε κῆρα μέλαιναν
Φήμιος.

— d ult. ὁ δέ.] Demodocus, et ipse cantor nobilissimus. De quo Odyss. θ΄. sæpissime.

—— ὁ Θάμυρις.] Iliad. β΄. 595.

ἔνθα τε Μοῦσαι
Ἀντόμεναι, Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς.

496 d 5. Εἴρηται μὲν οὖν.] Vide locum apud Clement. Græco-Lat. 1. Strom. p. 234 e.

— d 7. Κασσιανῷ, &c.] Vid. Observationes.

487 c 8. τετρακοσιοστῷ.] Hic numerus in Observationibus expendetur.

— c 10. τριακοστῷ.] Typographi *sexagesimo* ediderunt: repone, *trigesimo.*

— d 10. βουληθείς.] De Solone loquitur, qui sacerdotes Ægyptios eam in disputationem pertrahere conabatur.

— d 11. τῇ πόλει.] Irreptitias voces expunge, quas Plato non habet. Tantum post λόγος distinguendum nonnihil. Ait enim Solonem, ut in eam de rebus antiquis disputationem Ægyptios sacerdotes pelliceret, de Græcanica antiquitate sermonem injecisse. Sunt qui τῇ δὲ accipiant pro ἐκεῖ, sed perperam. Locum integrum Serranus misere depravavit.

— d 12. ἐπιχειρεῖν.] Clemens ἐπιχειρεῖ. Nihil mutandum est;

nam apud Platonem præcessit ἔφη, ad quod τὸ ἐπιχειρεῖν refertur ἀπὸ κοινοῦ.

498 a 9. ἦτε ἐκ Κρήτης.] Hoc fabulæ monstrum est. Lege, ut sup. p. 494 d 4. ex Tatiano, unde ista Clemens; ἥ τε ἐκ Φοινίκης, τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Κρήτην ἀνακομιδή.

— b 1. Ἄγις καὶ Κέρκυλος.] Clemens Αἰγίας καὶ Δερκύλος. Difficile est statuere utra lectio vera sit. Posterius nomen quod attinet, plures opinor Δερκύλλους, seu Δερκύλους, quam Κερκύλους, vocatos reperias.

— d 1. Ὅμηρος μέμνηται.] Iliad. β΄. et ε΄. sæpissime. Heraclidem appellat Iliad. β΄. 554. Τληπόλεμος δ' Ἡρακλείδης, ἠΰς τε, μέγας τε. et Iliad. ε΄. 628.

499 b 5. Ἴσιδι.] Nomen Isidis ex Clemente supplevimus, quod in Eusebio deerat; Isis enim illa est, quam sequente versu Io dictam esse confirmat.

—— εἰσὶ δὲ οἳ τὴν Ἰώ, &c.] Apud Clementem ita legitur, Ἶσιν δὲ, τὴν καὶ Ἰὼ φασιν.

— c 11. τὸν Ἆπιν.] Et hanc utramque vocem ex Clemente addidimus.

— d 2. καὶ Σάραπιν.] Addit Clemens ante ὕστερον, συνηθείᾳ τινὶ τῶν ἐγχωρίων.

— d 5. Λητώ.] Versus est Odyss. λ΄. 579.

500 c 1. Ἄρξομαι δέ.] Locum hunc leges apud Josephum lib. i. contr. Apion. p. 1039. edit. Græco-Lat. ex vers. Gelenii. Hos autem contra Apionem libros περὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀρχαιότητος inscriptos esse ex hoc titulo 13. conjici possit.

— c 3. οὐχ οἷόν τε παρατ. τἀκείνων.] Optima lectio, ex qua Josephi editionem corrigas, in qua legitur: οὐχ οἴωντε παρ. κᾀκείνων· quæ interpres ita reddit, *quas non arbitrantur commendare quæ nostra sunt.* Divinare hoc fuit.

— d 3. Τοῦ Τίμαιος.] Supplendus et corrigendus hic locus ex Josepho, apud quem Manethus ille sic incipit, Ἐγένετο βασιλεὺς ἡμῖν Τίμαος ὄνομα. In nomine Τίμαιος nihil mutandum putavi, quod mihi de vera illius appellatione non constaret.

— d 9. ἐκαλεῖτο δέ.] Joseph. p. 1040 b ult. qua de Manethonis historia, si tamen historia est, consule Observetiones.

—— τὸ σύμπαν αὐτῶν ἔθνος Ὑκουσσώς.] Joseph. τὸ ἔθνος Ὑκσώς, quam vocem deinde tam constanter retinet, quam Eusebius Ὑκουσσώς. Nec facile sit homini non Ægyptio veram lectionem divinare.

501 a 2. Ὑκουσσώς.] Joseph. tantum ὕκ, sed male, ut ex sequentibus plane constat.

— a 4. Ὑκουσσώς.] Hic vicissim repone tantum ὕκ, ex eod. Josepho.

— a 9. καὶ τοὺς τῶν ποιμ.] Josephus delet καὶ, rectius, ut videtur: nisi malis τοὺς ἐν τῶν ποιμ. quod eorum ex numero reges crearentur.

— b 4. Μισφραγούθωσις.] Joseph. Ἀλισφραγούθωσις.

500 c 2. Θμούθωσιν.] Joseph. Θούμωσιν, quem pag. 1041 b. Τέθμωσιν appellat.

— c 3. πολιορκίαν.] Repone πολιορκίας, ex Josepho.

— d 8. ταῦτα μὲν, &c.] Adi Joseph. p. 1041 g.

— d pen. ἀπῴκησαν.] Corrigend. ex Josepho ἐπῴκησαν, nisi malis εἰς τὴν χώραν τ. ἀπῴκ.

502 c 8. Ἐπειδὴ τοίνυν, &c.] Clemens Alexandrin. lib. i. Stromat. p. 237 c. edit. Græco-Lat. eodem in argumento versatur.

LIB. XI.

509. Ἀττικός.] De hoc nonnulla dabimus in Observationibus. [De eo vide Brucker. Hist. Crit. Philos. T. ii. p. 175. Adde Creuzer. in Porphyr. Vit. Plotin. p. cx.]

510 a 3. ἡ δι' αὐτοῦ.] Malim abesse articulum ἡ.

— a 11. Ἀριστοκλῆς.] De hoc etiam in Observationibus aliquid. [vid. Brucker, l. c. p. 479.]

514 b 1. μεγάλη Μωσέως ᾠδή.] Et hic locus in Observationib. illustrabitur.

515 a pen. οὐκοῦν οὕτως ἀξιώσεις.] Extat hic Platonis locus in Cratylo, pag. 260 b edition. Græco-Lat. Ficini.

— b 11. Ὀνομαθέτου.] Plato Νομοθέτου, quemadmodum alt. manuscript. Ficinus tamen vertit, *nominis impositor*. At νομοθέτου vera lectio est, tametsi primo aspectu ὀνομαθέτου arrideat. Pagina enim præcedente in eo maxime Plato fuit, ut nomina rebus imponere sapientis legislatoris esse confirmaret, ab eo loco literæ F. Ἆρ' οὐχὶ ὁ νόμος δοκεῖ σοι ὁ παραδιδοὺς αὐτά; (ὀνόματα;) Ἔοικε. Νομοθέτου ἄρα ἔργῳ χρήσεται ὁ διδασκαλικὸς, ὅταν ὀνόματι χρῆται. Δοκεῖ μοι. Νομοθέτης δέ σοι δοκεῖ πᾶς εἶναι ἀνὴρ, ἢ ὁ τὴν τέχνην ἔχων; Ὁ τὴν τέχνην, &c. Idem ex nostro perspicue satis auferes infra pag. 520 d 7.

— d 4. Ἐννοῶ ὅτι, &c.] Plures paginas transvolat Eusebius. Hæc leges pag. 268 a 6.

— d 5. οἱ ὑπὸ τοῖς.] Articulum οἱ ex Platone addidimus.

— d 6. Τί οὖν δή; &c.] Ita locum distinximus, Platonem sequuti, apud quem Τί οὖν δή; verba sunt Hermogenis: at Socratis, quæ sequuntur.

— d 10. Εἰκότως.] Ita rursus distinguendum fuit; est enim hoc adverbium Hermogenis Socrati assentientis. Tum vero πῦρ, ὕδωρ, κύνας, et alias ejusmodi voces, Phrygias potius esse quam Græcas, ait Socrates. Idem tamen infra pag. 274 d. indicare videtur, primorum nominum rationem vel ad deos vel ad barbaros homines revocare velle, speciosum quoddam illius effugium esse, qui rationis hujus reddendæ molestiam deprecetur. Εἰ μὴ ἄρα δὴ, inquit, ὥσπερ οἱ τραγῳδοποιοὶ, ἐπειδάν τι ἀπορῶσιν, ἐπὶ τὰς μηχανὰς καταφεύγουσι, θεοὺς αἴροντες· καὶ ἡμεῖς οὕτως εἰπόντες ἀπαλλαγῶμεν, ὅτι τὰ πρῶτα ὀνόματα οἱ θεοὶ ἔθεσαν. Ἆρα καὶ ἡμῖν κράτιστος οὗτος τῶν λόγων; ἢ ἐκεῖνος, ὅτι παρὰ βαρβάρων τινῶν

αὐτὰ παρειλήφαμεν; (εἰσὶ δὲ ἡμῶν ἀρχαιότεροι βάρβαροι.) ἢ ὅτι ὑπὸ παλαιότητος ἀδύνατον αὐτὰ ἐπισκέψασθαι; Αὗται γὰρ ἂν πᾶσαι ἐκδύσεις εἶεν, καὶ μάλα κομψαί, τῷ μὴ ἐθέλοντι λόγον διδόναι περὶ τῶν πρώτων ὀνομάτων, ὡς ὀρθῶς κεῖται.

516 b ult. ἀλλὰ τὸν μὲν γεώδη, &c.] Vide supra pag. 307 a.

517 c 10. παρὰ τὸ Ἤλ.] Recte. Est enim איל *fortitudo:* unde nascitur אל, quod præter fortitudinem, etiam *fortem Deumque* significat.

518 c 1. τὸν Ἀβραάμ.] Vide quæ obiter supra notavimus pag. 420 d 9. de Abraami nomine.

522 d 4. τὰς αἰτίας τῆς.] Facile erat conjicere, supplendum esse aut διατάξεως, aut συστάσεως, aut φύσεως αὐτῶν, aut aliq. simile. Montac. cod. suppl. τῶν ὄντων φύσεως, sed addendum videtur præterea τὸ ante δημῶδες.

— d 5. πλὴν ὅσον.] Idem Montac. cod. suppl. ἦν ἀναγκαῖον. Sed Hellenismus his vocibus facile careat. Solum pro ὅτι τε μή, quæ sequuntur, mallem ὅτι μηδέ.

524 b 8. Τὶ τὸ ὄν, &c.] Adi Platonem in Timæo pag. 526 d. edit. Græco-Lat. Ficini: ubi legitur, Τὶ τὸ ὂν μὲν ἀεί.

— b 9. μὲν ἀεί.] Plato delet ἀεί.

— b ult. Post αὐτὰ ὄν, Plato sic leg. τὸ δ' οὖν δόξῃ, μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου δοξαστὸν, γιγν. &c. (sic enim eo loco distinguendum.) Plura quidem verba: sensus tamen idem. Cæterum longior iste orationis ductus magis Platonis ex genio. V. infr. p. 526 d 4.

— c 6. λευκότερον διασαφήσας.] Hoc est ἐναργέστερον. Ita etiam infra, τὴν διὰ τοῦ δόγματος διάνοιαν καὶ Φίλων ὁ Ἑβραῖος λευκότερον ἑρμηνεύων. Et lib. ult. λευκοῖς τοῖς ἐλέγχοις ἀπεγύμνωσα. Stratonis iambographi versum apud Athenæum lib. ix. pag. 383. Casaubonus sensum hunc sequutus solerter emendavit. Perperam ante legebatur,

Πηγὸς πάρεστιν; Πηγός; οὐχὶ λεκὰς εἰ
Ἐρεῖς, σαφέστερόν θ', ὃ βούλει μοι λέγειν;

Reposuit ille,

Πηγὸς πάρεστιν; Πηγός; οὐχὶ λευκὰ σὺ
Ἐρεῖς, &c.

Herus sal postulabat a coquo, id enim erat πηγὸς πάρεστιν; Coquus vocis hujus insolens, ac dubius, πηγός; inquit, admiranti similis. Tum instans, uti quid velit clarius aperiat, οὐχὶ λευκὰ σὺ ἐρεῖς; &c. Ita λευκὰ, et σαφέστερον ἐρεῖν, pro eodem sumuntur.

— d 6. Τὰ τοιαῦτα, &c.] Eodem in Timæo p. 529 d. Sed ibi locus hic ita concipitur: Ταῦτα δὲ πάντα, μέρος χρόνου· καὶ τό τε ἦν, τό τ' ἔσται, χρόνου γεγονότος εἴδη φέροντες λανθάν. &c. Eusebius sensum reliquit integrum, verba decurtavit.

— d 11. γένεσιν οὖσαν.] Plato γένεσιν ἰοῦσαν, quod est cum motu conjunctius.

524 d ult. διὰ χρόνου.] Plato, ποτε.

525 a 1. οὐδὲ γενέσθαι ποτέ.] Hæc Plato non habet, quæ tamen libenter cum Eusebio retinuerim.

— a 2. ἔσεσθαι τὸ παράπαν. &c.] Sinceriora hæc videntur quam ut apud Platonem legitur, ἔσεσθαι τὸ παράπαν τε, οὐδὲν ὅσα γένεσις, &c. quæ tamen lectio improbanda non est.

— a 6. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὰ τοιάδε.] Verba etiam hæc Platonis sunt, non Eusebii, ut videri posset.

— a 8. εἶναι γενησόμενον.] Sensus integritas paucula hæc exigebat, quæ sequuntur in Platone, καὶ τὸ μὴ ὂν, μὴ ὂν εἶναι· ὧν οὐδὲν ἀκριβῶς λέγομεν.

— d 1. οὐκοῦν.] Legere malui οὔκουν· negat enim, opinor, εἰκὸς esse, quod sequitur; non affirmat: alioqui pugnantia loqueretur.

526 b 2. τοῦ ὄντος ὀνόματος.] Vocem ὄντος libenter expunxerim.

— c 2. εἶπον.] Numenius ipse? an alii? Posterius hoc malui, quod addiderit, quæ audierat, ea se, quantum meminisse potuit, retulisse.

— c 5. λόγον.] Legi mallem τὸν λόγον: ipsammet porro Platonis orationem intelligit, ut ex sequentibus manifeste constat.

527 a 3. ἀόριστον.] Sensus, ni fallor, postulat ὁριστόν.

—— καὶ ὥς φησι Πλάτ.] Malim ὥς φησι Πλάτων, καὶ γινόμενον. nam illud quoque, δόξῃ μόνῃ δοξαστὸν, Platonis erat.

— d 2. Οὔτε οὖν, &c.] Adi Plutarchum in Moralib. pag. 391. sub finem.

528 a 8. παθητῶν, καὶ μεταβλητῶν.] Rectius, ut videtur, quam apud Plutarch. τῶν παθημάτων μεταβάντων.

— a 9. ἐνέργειαν.] Plutarchum sequutus sum, apud quem editum est ἐνάργειαν.

— b 5. σκίδνησι, καὶ πάλιν συνάγει.] Clarius legeretur, σκίδναται, καὶ παλ. συνάγεται.

— c 6. ἀέρι γένεσις.] Librariis Eusebianis exciderunt quæ sequuntur, καὶ ἀέρος θάνατος, ὕδατι γένεσις.

—— ἀλλ' ἔστι, &c.] Plutarch. ἀλλ' ἔτι σαφ. ἐπ' αὐτῶν ἴδοις ἄν. Lege ergo, ἀλλ' ἔτι σαφέστερον ἐπ' αὐτῶν ἡμῶν ἴδοις ἄν.

— d 2. κοινὸν ἐκμαγεῖον.] Corpus, aut hominem ipsum certa quadam specie figuraque præditum, κοινὸν ἐκμαγεῖον vocat: materia enim licet assiduas uno in corpore mutationes efficiat, corpus tamen unum, quasi commune quoddam exemplar, quod adulterare sit nefas, intuetur. De alia vocis hujus acceptione, qua pro conceptaculo sumitur, consule Petavium nostrum in not. ad orationem I. Themistii pag. 517. Vide etiam infra pag. 845 d ult. ubi materia ipsa primo δεξαμενὴ tum ἐκμαγεῖον vocatur.

529 a 4. καὶ κινουμένη συμφαντας. &c.] Ita reposuimus ex Plutarcho, cum perperam ante legeretur, ἡ κινουμένη φανταζόμενον ὕλη.

— a 6. ἐξ οὗ.] Melius abesset præpos. ἐξ, ut apud Plutarch. expungitur.

— a 9. μηδέπω.] Id etiam cum Plutarcho malui, quam μηδέποτε, quod melius cum ἤδη, quod sequitur, committi videretur.

— a 13. ἐκλυόμενος.] Hanc lectionem vulgatæ illi apud Plutarch. prætulerim, ἄγαν ἐκδυόμενος. Eandem sequutus videtur Latinus interpres, cum reddidit, *elanguescens ratio perdit.* At Gallico non satis hic, opinor, cum auctore convenit, qui sic vertit, *la raison le descouvrant incontinent, le destruict tout sur le champ.*

— a 14. ἐκθλίβεται γάρ.] Tempus? an ratio? Posterius malui, ob sequentem ex visu comparationem. Amiotus tamen ad tempus retulit, quod etiam vereor ut satis cum superiori membro cohæreat, in quo ἀπόλλυσι verterat, *destruict*, hoc est, *perimit.*

— a 15. ὥσπερ αὐγὴ, &c.] Plutarch. ὥσπερ ἀκμῇ βουλόμενος ἰδεῖν, &c. Quæ foedissima labes doctissimo et elegantissimo Amioto imposuit. Sic enim ille, *comme le voulant veoir necessairement mesparty en deux*, i. e. *quasi duas in partes necessario distractum videre velit.* Latino interpreti de Eusebiana lectione aliquid suboluerat. Et altera lectio, quæ apud eund. Plutarch. affertur, ἂν γῇ pro ἀκμῇ, licet etiam depravata, nostræ tamen propior est quam vulgatæ. Tantum sequente versu libenter legerim, τὸ ἐξ ἀναγκ.

— a 17. εἰ δέ.] Sic legendum, non ὁ δὲ, ut apud Plutarch.

— a 18. ἡ μετρουμένη.] Hinc etiam fœdum errorem tolle, ἡ μέτρον μὲν, qui apud excusum Plutarchum inveteravit, nec tamen eruditis interpretib. imposuit.

— a 19. οὐδ' αὐτὴ μόνον.] Mutuam Plutarchus operam commodat, apud quem recte legitur, οὐδὲν αὐτῆς μένον. Nisi malis, οὐδὲ αὐτὴ μένον, quod forte melius cum sequenti membro ἀλλὰ γινομένη congrueret.

— a 18. ἀλλὰ γινομένη.] Plutarchus, ἀλλὰ γινόμενα πάντα καὶ φθειρόμενα κατ' αὐτὴν πρὸς τὸν χρόνον συνεμίγη. Placet Eusebius.

— a 20. οὐδὲν τοιοῦτον.] Recte Plutarchus, οὐδ' ὅσιον.

— c 1. εἰ χρή.] Tollit particulam εἰ Plutarchus, et recte.

— c 4. καὶ οὗ πρότερον.] Hæc et sequentia περὶ τοῦ θεοῦ dicuntur a Plutarcho non περὶ τοῦ αἰῶνος, ut existimavit Latinus interpres. Amiotus quidem ad Deum retulit, sed vereor ut satis ex Plutarchi mente reddiderit, *devant lequel rien n'est*, i. e. *quo prius nihil est.* Atque id in caussa est, quamobrem Gallica sequens oratio minus cohærere videatur.

— c 8. κατ' αὐτό.] Et hoc rectius, quam, ut apud Plutarch. κατὰ τοῦτον.

530 d 5. Περὶ δὲ τοῦ συμβόλου.] Platonis hæc epistola est decima tertia, ad Dionysium vero quarta: p. 728 c. edit. Fic. Fuit igitur ex iis Plato, qui cum Deum cognovissent, non tamen sicut Deum glorificaverunt.

— d 6. πρὸς τὰς ἐπιστ.] Plato περὶ τὰς ἐπ. melius.

531 a 2. ὁ μὲν δὴ Θεός.] Prompta hæc sunt ex quarto legum pag. 600 f. edit. Græco-Lat. Fic.

— a 4. εὐθείαν.] Manuscr. εὐθέα. Sed infra pag. 798 d. hujus edit. Atticus legit εὐθείᾳ

533 b 6. Εὐπρεπές.] Nondum occurrit hic Philonis locus. Profitetur quidem Eusebius pagina seq. a. hæc apud Philonem haberi, eo in lib. cui titulum fecerit, περὶ τοῦ χεῖρον τῷ κρείττονι φιλεῖν ἐπιτίθεσθαι. Qui liber etiamnum extat, neque tamen hanc ejus orationem repræsentat.

534 a 5. αὐτῷ κρείτ.] Repone τῷ κρείττ.

— b 3. ἐν τῷ Ἐπιμενίδῃ.] Ita omnes; nec mutare libuit. Certum tamen est Ἐπινομίδι legendum esse, cum nec ullus extet Platonis dialogus hoc Epimenidis titulo; et in Epinomide quæ sequuntur pluribus a philosopho disputentur, p. 702 g. Qui etiam locus citatur a B. Cyrillo Alexandrino, lib. viii. adversus Julianum, fol. 168. p. b. codic. manuscripti: [p. 271 d. Spanh.] et a B. Theodoreto, Græcar. affection. lib. ii. p. 32.

— b 7. καὶ τιμὰς ἀποδιδῶμεν.] Soli videlicet, lunæ, reliquisque sideribus, de quibus ibi, tanquam de veris numinibus, impie loquitur.

— b ult. τοῖς δὲ, μήτε τινὰ μοῖραν.] Post τοῖς δὲ, addend. videbatur, ἡμέρας: ut enim soli annos, lunæ menses, ita cæteris, lunæque adeo ipsi, proprios in septimana dies adscribebant, quorum nomina etiam perseverant. Theodoretus legit, τῷ δὲ μηνός τινος μοῖραν τάττ.

— c 6. καὶ ἐν Ἐπιστολῇ.] Sexta est Platonis Epistola, cujus hic clausulam adscribit Eusebius; itemque BB. Clemens Alexandr. Strom. V. p. 436 c. et Cyrillus Alexandr. loco paulo ante laudato.

— d 1. κατὰ δύο κοινῇ, &c.] Plato sic tantum legit, κατὰ δύναμιν ὡς οἷόν τε ἐστι πλειστ. Illa tamen, κατὰ δύο κοινῇ, et vertuntur a Ficino, et necessaria sunt: nec dubito, quin κατὰ δύναμιν superflua sint, cum sequatur ὡς οἷόν τέ ἐστι.

— d 3. καὶ νόμῳ κυρίῳ.] Ita Plato. Hinc et Eusebium nostrum correximus, et corrigi Cyrillus potest, apud quos καὶ νόμῳ καὶ κυρίῳ τούτῳ, sensu plane nullo. Erat et alius error in nostro κεχρῆσθαι, pro καὶ χρῆσθαι.

535 b 2. Κόσμον αἰσθητόν.] Locum hunc in Plotino leges, Enneadis 5. lib. i. cap. 4, 5, 6, 7, 8.

— c 3. Τίς οὖν.] Capite 5. Plotini.

— c 9. Πῶς οὖν.] Cap. 6. Plot. circa medium.

—— περὶ ἐκεῖνο.] Τὸ ἓν intellige, quo de Plotinus ibi disputat.

— c 11. οἷον ἡλίου, &c.] Hinc Plotinum corrige, apud quem mendosissime legitur, οἷον ἡλίου τὸ περὶ αὐτὸ λαμπρὸν, ὥσπερ περὶ θεόν.

— c 12. ἐξ αὐτοῦ τε.] Hæc etiam integriora quam ut apud Plotinum ἐξ αὐτοῦ ἀεὶ γεννώμενον μένοντος.

535 d 5. ἀρχετύπων.] Ita Plotinus, et recte: cum apud Euseb. perperam ἀρχέτυπον legeretur.

— d pen. ὧν ἀπολ. ὑποστάντων.] Mallem οὗ ἀπολ. ὑποστάντος, præcessit enim πρόεισί τι.

536 a. τέλεια.] Ut Plotin. male enim Euseb. τέλειον.

—— τὸ δή.] Longe melius quam τὸ δὲ, quod Plotinus habet.

— a. τί οὖν χρή.] Hæc laudantur etiam a Cyrillo Alexandr. adversus Julianum Apost. lib. viii. fol. 169. p. b. manuscr. Græci [p. 273 a. Spanh.]: et Theodoreto lib. ii. Græcar. Affect. p. 33.

— a 4. μετ' αὐτό.] Plotin. et Cyrill. μετ' αὐτὸν, rectius, cum sequatur ἐκεῖνον, ἐκεῖνος: alioqui τὸ τέλειον, quod antecessit, αὐτὸ et ἐκεῖνο postularet.

— a 8. νοῦν εἶναι.] Subaudi χρὴ λέγειν, ἀπὸ κοινοῦ, quod Plotino frequentissimum est.

— a 9. μετ' αὐτόν.] Quæ apud Plotinum sequuntur Cyrillo digna visa sunt, quæ attexeret. Et merito quidem; sic enim habent: οἷον καὶ ἡ ψυχὴ, λόγος νοῦ, καὶ ἐνέργειά τις, ὥσπερ αὐτὸς ἐκείνου· ἀλλὰ ψυχῆς μὲν ἀμυδρὸς ὁ λόγος· ὡς γὰρ εἴδωλον νοῦ ταύτῃ καὶ εἰς νοῦν βλέπειν δεῖ· νοῦς δὲ ὡσαύτως πρὸς ἐκεῖνον, ἵνα ᾖ νοῦς. ὁρᾷ δὲ αὐτὸν, οὐ χωρισθεὶς, ἀλλ' ὅτι μετ' αὐτὸν καὶ μεταξὺ οὐδὲν, ὡς οὐδὲ ψυχῆς καὶ νοῦ. Quibus ille verbis cum aliquam SS. Triadis umbram informaret, sed quæ Arianis favere nimium videretur, addidit Cyrillus antidotum, quod facile prætermisit Eusebius. Νοῦν μὲν γὰρ εἶναί φησι τὸν καθ' ἡμᾶς Θεὸν Λόγον, inquit Cyrillus, ἐπείτοι καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ Σοφίαν ὀνομάζομεν. πλὴν οὐκ ἐν μείοσιν, ἢ δευτέροις, κατά τι γοῦν ὅλως, τῆς τοῦ Πατρὸς ὑπεροχῆς καὶ δόξης· οὔτε μὴν, ὡς οὐκ ἔχοντα τὸ αὐτοτελὲς, φαμὲν αὐτὸν τελειοῦσθαι ἐνορῶντα τῷ Πατρὶ, καθὰ δὴ τούτοις δοκεῖ, &c. Iterumque, Ἐκεῖνοι μὲν, ὧδέ τε δοξάζοντες, καὶ εἰς ἀνομοιότητα φύσεων κατασύροντες τὰ παρά γε σφίσι τεθαυμασμένα, ψυχραῖς καὶ μειρακιώδεσιν ἐπαυχοῦσιν ἐννοίαις· ἡμεῖς δὲ παντέλειον εἶναί φαμεν τὸν Πατέρα, ὁμοίως δὲ τὸν Υἱὸν, ὡς ἐκ τελείου τέλειον· καὶ μὴν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Et Theodoretus, τὴν Πλάτωνος διάνοιαν, inquit, ἀναπτύσσοντες καὶ ὁ Πλωτῖνος καὶ ὁ Νουμήνιος, τρία φασὶν αὐτὸν εἰρηκέναι ὑπέρχρονα καὶ ἀΐδια, Τἀγαθὸν, καὶ Νοῦν, καὶ τοῦ παντὸς τὴν Ψυχήν· ὃν μὲν ἡμεῖς Πατέρα καλοῦμεν, Τἀγαθὸν ὀνομάζοντα, Νοῦν δὲ, ὃν ἡμεῖς Υἱὸν καὶ Λόγον προσαγορεύομεν· τὴν δὲ τὰ πάντα ψύχουσαν καὶ ζωοποιοῦσαν δύναμιν Ψυχὴν καλοῦντα, ἣν Πνεῦμα ἅγιον οἱ θεῖοι προσαγορεύουσι λόγοι.

— a 10. Ποθεῖ δὲ,] Plotinus cap. 6. extremo: Cyrillus et Theodoretus locis jam citatis.

—— καὶ τὸ γεγεννημένον.] Hæc unus habet Eusebius, quæ tamen retinenda existimo: solum τὸ καὶ libenter expungerem.

— a ult. καὶ τοῦτο ἀγαπᾷ, καὶ μ. ὅ. ὦ. μ. τ. γ. κ. τ. γ.] Hæc sumpsimus ex Plotino et Theodoreto, quæ non legebantur in nostro. Eadem Cyrillus agnoscit, nisi quod pro ὅταν ὦσι μόνοι scribit ὅταν ἓν ὦσι, quod vereor ut Platonicis istis aut Plotinicis in mentem venerit. Nec quemquam moveat istuc μόνοι, cum τὸ

γεννῆσαν καὶ τὸ γεγεννημένον Græcorum hic idiotismus est, qui rei significatæ potius quam vocum ipsarum rationem sæpe habent, ut cum μειράκια εὐτυχεῖς dicuntur a Synesio, et al. id genus.

536 d 2. τὸ ἄριστον.] Ita omnes, præter Cyrillum, apud quem male τὸ ἀόριστον.

—— τὸ γεννῆσαν.] Omnes præter Theodoretum, qui legit, τὸ γεγεννημένον. Ego libenter utrumque conjunxerim, ut legatur, ὅταν δὲ καὶ ἄριστον ᾖ τὸ γεγεννημένον, τὸ γεννῆσαν ἐξ ἀναγ. &c.

— b 3. ὥστε.] Al. omnes ὡς τῇ, quod etiam prætulerim. Porro Cyrillus ista breviter et erudite sic explicat, τὸ διὰ μέσου κεῖσθαι μηδὲν, κεχωρίσθαι δὲ μόνῃ τῇ ἑτερότητι· καὶ οὔτι που τάχα τῇ κατὰ τὴν φύσιν· ἀλλ' ὅτι τὸ γεννῆσαν πρὸς τὸ γεννώμενον μίαν πως ἔχει διαφορὰν, τὴν τοῦ ὅτι τὸ μὲν γεγέννηκε, τὸ δὲ γεγέννηται.

— b 6. καὶ διὰ τοῦτο.] Sequentia dabit Plotinus initio cap. 8. qui locus a nobis in Observationibus diligentius expendetur.

— c pen. αὐτοῦ Πλάτ.] Lege αὐτοῦ τοῦ Πλάτ. cum Plot.

— d 10. Τὸν μέλλοντα.] Loci hujus principium a S. Cyrillo laudatur, et excutitur eodem lib. viii. cont. Julian. fol. 169. p. a. cod. manuscr. [p. 272 c. ed. Spanh.]

537 a 1. ᾗ τῷ πρωϊαίτ.] Hæc, usque ad ταὐτὸν lin. 4 inclusive, omittuntur a Cyrillo, quæ tamen negligenda non sunt.

— a 4. προσκαλεσάμενοι.] Male apud Cyrill. προσκαλεσάμενος.

— a 6. ἀρχώμεθα οὕτως.] Sic legendum non ἀρχόμεθα δὲ οὕτως, ut apud eundem Cyrillum.

— a 7. εὐκτέον μὲν ἤδη, δ. δ. δ.] Sunt hæc ἀνδρὸς μάλα εὐλαβουμένου, quæ tamen Cyrillus præterit.

— a 10. ἐστὶν εἷς.] Cyrill. ἐστὶν ὁ εἷς. Nec plura subdit ex Numenio, credo quod sequentia minus Christiana essent.

— b 6. ἀνάγει τε, &c.] Rectius opinor, et magis auctoris ex sensu legeretur, παράγει τε ἕ. ε. τ. ἴ. ἤ. ἧς ἐπωρέξατο ὕλης, quam lectionem in versione sequutus sum.

— b 9. καὶ τοῦ δημιουργοῦντος.] Interpolatus hic locus est, quem partim ex manuscr. partim etiam ex Cyrillo, qui paucula hæc prioribus subjungit, emendare licet. Sic ergo legendum: καὶ τοῦ δημιουργοῦντος δὲ θεοῦ χρὴ εἶναι, καὶ νομίζεσθαι πατέρα τ. π. θ.

— c 5. ἑλεῖν τὸν λόγον.] Prorsus, ut Gallice, *prendre son discours*. Nec alia est quæ sequitur, ἅλωσις τοῦ λόγου. Cujusmodi tamen ἑλληνισμὸν apud veteres observare me vix memini. Sequens dictio magis adhuc intricata.

— d 3. κηδεύοντα, &c.] Obsecro, quid istuc est, κηδεύειν θεοῦ τοῖς ἀκροβολισμοῖς? Reddidi, perinde ac si legeretur, κηδευόμενα. Nam ἀκροβολισμοὶ quidem significare videntur ἄκρας τῶν ἀκτίνων βολάς. Hæc tamen p. seq. b 4. totidem verbis repetuntur.

538 c 1. τὰ φυτεύοντα.] Lege τὸν φυτεύοντα. Ex sequentibus enim manifeste constat, primum Deum cum agricola, secundum vero cum satore conferri.

— c 2. ἐστιν.] Quid si ἔχει? nisi forte hic etiam subintelligas ἀναφερόμενος.

538 d 1. ἐστί.] Legendum videtur οἷα δή ἐστι, vel al. simile.

— d 2. νόμισμα κοῖλον.] Aptius, opinor, ἀργύριον vel ἄργυρον κοῖλον diceret, quod *cœlatum argentum* Latini vocarunt, eodem fortassis ex capite. Pollux I. c. 1. sect. 15. hæc inter se conjungit, ut admodum affinia, κοιλᾶναι λίθον εἰς θεοῦ μορφὴν, καὶ διαγλύψαι, καὶ διατυπῶσαι, καὶ διαξέσαι. Excavantur enim quæ cælantur, licet aliæ subinde partes emineant. Aristoteles Œconom. II. [25] ubi Didalis Persæ factum commemorat, προελθὼν, inquit, ἐς αὐτὸ (s. τὸ χωρίον) ἔλαβεν ἐκ τῶν ἐνόντων ἱερῶν ὅσος ἐνῆν κοῖλος ἄργυρος, ubi omnes κοῖλον ἄργυρον *argentea vasa* accipiunt, quod ea fere cava esse soleant. Causæ nihil video, quamobrem ἀργύριον κοῖλον Plutarcho sit argentum cœlatum, ἄργυρος κοῖλος Aristoteli non sit. Ita quicquid præcipue ac veluti κατὰ τὸ προηγούμενον altius profundiusque subsidit, etiamsi κατ' ἀκολουθίαν aliunde simul intumescat, id κοῖλον, aut κοιλαινόμενον dicebatur: ut κοίλη θάλαττα, et κοιλαινομένη, *subsidens*, ac *dehiscens* mare, Polluci, I. c. 19. sect. 16. Ita κοῖλος ῥέειν fluvius dicebatur, qui vel depressior vel tumidior flueret. Ælianus XV. de Animal. c. 27. scribit in Ægypto, τοῦ ποταμοῦ κοίλου ῥυέντος, λοιμὸν γενέσθαι. Quæ Socratis verba sunt, ut constat ex Athenæo lib. ix. p. 388. initio: ubi tamen λιμὸς scribitur, non λοιμός. Apage fluvios Cœlum, et Olyram, quos etiam Casaubonus rejicit. Fluvius aut depressior fluebat, aut tumidior, quam par esset; inde regioni fames. Nam si λοιμὸν ex Æliano retinemus, tumidiorem potius accipe, quam depressiorem: immodica enim eluvio, æstuante præsertim cœlo, facilius pestilentiæ caussa esse potuit. Videant obiter ἐτυμολογισταὶ, num Latini *cœlum* etiam quasi κοῖλον dixerint; id enim propius fuerit, quam *cavum*, unde hoc nomen arcessunt.

— d 3. τὰ δὲ θεῖα.] Affini plane sensu loquebatur Seneca, Epist. xli. cum diceret, *Prope est a te Deus, tecum est, intus est. Ita dico, Lucili, sacer intra nos Spiritus sedet, &c. Quemadmodum radii solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt, unde mittuntur: sic animus magnus et sacer, et in hoc demissus, ut propius divina nossemus, conversatur quidem nobiscum, sed hæret origini suæ: illinc pendet, illuc spectat, ac nititur: nostris tanquam melior interest.*

539 a 10. ἔσται ἑστώς.] Forte scribendum ἐστὶν ἑστ. ut de secundo Deo dicitur, ἐστὶ κινούμενος. Nisi forte per futurum illud tempus ἀμετακίνητον στάσιν indicare voluit, quæ de constantiæ suæ gradu nullo unquam tempore sit movenda. Atque is Hebræorum idiotismus est, apud quos futurum præsentis loco maxime usurpatur, ubi eandem semper suique similem rei perpetuitatem significant. Hinc illud Exodi iii. 14. *Ego sum qui sum,* 'Εγώ εἰμι ὁ ὤν, Hebraice legitur, אהיה אשר אהיה, *Ero qui ero:* et paulo est, *Qui est, misit me:* ὁ ὤν: Hebr. אהיה, quod verbatim sonat, *Erit, misit me ad vos.* Clemens Alexandrin. II. Strom. pluribus id agit, uti Deo qui perpetuo stet erecto similiter et constanti animo serviamus. οὕτως 'Αβραὰμ, inquit, ἑστὼς ἦν

κατέναντι κυρίου· καὶ τῷ Μωσεῖ λέγεται, σὺ δὲ αὐτοῦ στῆθι μετ' ἐμοῦ. Quo etiam Simonianorum hæreticorum consuetudinem revocat, qui suum illud numen stantes venerarentur: οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Σίμωνα, inquit, τῷ ἑστῶτι, ὃν σέβουσι, ἐξομοιοῦσθαι τρόπον βούλονται. An forte, ut Platonici, primum hunc Deum ἑστῶτα, secundum vero κινούμενον putaverunt?

539 c 10. ὄμματα δ' αὐτοῦ.] Quod de secundo illo Deo Numenius falso dicebat, id de Christiani hominis animo, qui cœleste quoddam vitæ genus instituat, usurpari merito possit. Nec aliud spectabat Paulus, cum diceret, *Conversatio nostra in cœlis est*, aut cum homines Christianos, *cives sanctorum, ac Dei domesticos esse cupiebat.*

— d 4. διακροῦσαι.] Forte, διακροῦσθαι vel διακρουσθῆναι, ut cum sequenti ἀποπλεχθῆναι conveniat.

— d 7. τῆς ὕλης.] Perspicuum glossema est, cum præcedat ὑπὲρ ταύτης.

540 a 10. Ἑβραίων.] Rectius Ἑβραῖον, cum alter. manuscripto.

— b 4. Ἀμελίου.] De Amelio, nonnulla in Observationibus. Interea vero Theodoretum adi lib. ii. de Græcor. Affect. p. 33. et Cyrillum Alexandrin. lib. in Julianum 8. fol. 177. p. 1. cod. Græci manuscript. [p. 283 d. Spanh.] qui ambo locum hunc Amelii proferunt: nisi quod Cyrillus eum ex Porphyrio potius, sed Amelium suum laudante, quam ex ipsomet Amelio videtur hausisse. [Vid. Brucker. Hist. Crit. Philos. T. ii. p. 233.]

— b 9. ἀξιώσειε.] Post ἀξιώσειεν addit Cyrillus εἶναι.

— c 1. καὶ ἀξίᾳ.] Ita reposuimus ex manuscripto, cui similes Theodoretus et Cyrillus, cum perperam editum esset ἀταξίᾳ.

— d 1. καταχθῆναι.] Cyrill. κατενεχθῆναι.

— d 11. πρὸς τὸν θεόν.] Hactenus B. Joannis verba in priori editione citabantur: nos tamen, quod ita locus exigere videretur, reliqua ex manuscripto addidimus.

541. c 8. παρὰ τὸν πάντων βασιλέα.] Hic locus in Observationibus excutitur ad pag. Eusebianæ hujus edition. 536 b.

542 b 4. λέγωμεν δή.] Paucula hæc leges in Timæo, sub initium pag. 527. versionis Ficini.

— b 6. ἐγγίγνοιτ' ἄν.] Plato Ficini et Serrani ἐγγίγνεται, quicum et manuscr. congruit. Hoc certe magis ex suavitate Platonis.

— b 9. Ἀρ' οὖν οὐ καί.] Extat locus lib. vi. de Repub. pag. 478 Fic.

— d 2. ἀλλὰ καὶ τὸ εἶναι.] Hæc, usque ad οὐκ οὐσίας, ex Platone supplevimus, alioqui pendebat illud μὴ μόνον, quod præcesserat. Librariorum oculos verborum παρεῖναι et προσεῖναι similitudo παρήγαγε.

544 c 4. δεῖν συντετύχηκε.] Subobscura videtur hypallage pro δεῖ vel ἔδει συντετυχηκέναι.

— d 2. ἀπέδωκε.] Vox contrita philosophis, ac viris eruditis pridem observata, hoc est, dialectico præsertim more aliquid

efficere, demonstrare, et simil. Quo sensu aliquando τὸν λόγον adjunctum habet, aliquando per se solum ponitur. Numenius hic ista conjunxit, ἐκ συλλογισμοῦ ἀποδιδόναι.

— d 5. γὰρ τὸν κυκλικόν.] Mallem abesset τὸν γὰρ, ut postulat orationis nexus. Cæterum vel addenda vox λόγον, vel certe supplenda: κυκλικὸν autem λόγον appellat, opinor, vulgatam et philosophorum ore tritam orationem, quæ nihil admodum haberet exquisiti, cujusmodi est quod sequitur, bonum boni adeoque artificis numinis ideam esse. Vide sup. p. 39 d 13. ubi de Cyclicis poëtis.

545 a 4. οὕτω δὲ γεγενημένος.] Hæc fusius a Platone disputantur in Timæo, pag. 526. Ficin. litera F.

—— δηλονότι ὁ κόσμος.] Hæc parenthesis Eusebii est.

— a 8. τινὸς εἶναι.] Post hæc verba multa sequuntur in Platone, quæ prætermittit Eusebius. Paucula vero quæ subtexit leges ibid. pag. 527 c.

— b 4. Διδύμῳ.] Notus ille est, de quo hæc Suidas, Δίδυμος, inquit, Ἀτήϊος ἢ Ἄττιος χρηματίσας, φιλόσοφος Ἀκαδημαϊκὸς, πιθανῶν καὶ σοφισμάτων λύσεις ἐν βιβλίοις β′, καὶ ἄλλα πολλά.

— d 11. ἡμέραν τε.] ἀπὸ κοινοῦ subintellige παρά: nec enim vult, opinor, diem alium, aliamque noctem, cæteraque similiter, tanquam distinctas singularum creaturarum ideas: sed illam duntaxat lucem, qua de scriptura loquitur, quasi communem universi hujus ideam, ante alia omnia divinitus et quasi προηγουμένως extitisse.

546 a 10. Τίς ἐξήγειρεν &c.] Locus hic aliter in vulgatis Septuag. concipitur, Τίς ἐξ. ἀ. ἀ. δ. ἐ. α. κατὰ πόδας αὐτοῦ, καὶ πορεύσεται· δώσει ἐναντίον ἐθνῶν. Dubium non est, quin apud Eusebium corrupta postrema sint. Nam et Hebraice legitur לרגלו, *ad pedem ejus*, et δ' ὡσεί pro δώσει, Hebr. יתן, vitiose scriptum est. Latin. Vulgat. pro *justitiam*, *justum* reddidit: licet enim צדק, proprie *justitiam* sonet, recte tamen significationis potius quam vocis rationem habendam putavit. Justum enim aliquem propheta indicabat, seu Cyrum, seu Abraamum, seu, quod mavult Hieronymus, Christum ipsum.

— b 3. κοινὸς ἡμ. λόγος.] Ludit in ea voce λόγος, quia vulgaris hic communisque λόγος, i. e. superior hac de re tractatio, proprium illum singularemque Λόγον, Verbum inquam divinum, humanæ naturæ conditione nobis similem esse confirmavit.

— b 6. ἐγεννήθη.] In vulgat. edit. ἐγενήθη, unico ac simplici ν.

— ult. εἰ δή.] Ita manuscr. ex quo οἱ δὴ alterius editionis vitium corrigas.

— d 11. Εἰ δέ τις, &c.] Leguntur hæc apud Philonem, lib. de Mundi Opificio, pag. 4 c.

547 a 9. εἰ μείζων &c.] Locum hunc emendabimus ex Philone, apud quem ita conceptus est, ὃ μεῖζόν ἐστι, τῆς ἀνθρωπίνης, μίμημα θείας εἰκόνος· δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἡ ἀρχ. &c.

547 b 7. τοῦ κόσμου.] Philo, τοῦ οὐρανοῦ.

— c 2. ἀφιλόσοφον.] Philo add. τῷ ὄντι.

— c 7. πρῶτον οὖν.] Philo post has voces ante ὁ ποιῶν inserit παρὰ τοῦ νοητοῦ κόσμου. *Ex mundi mente percepti exemplari*, vel, *ad mundi m. p. exemplar*, non, ut al. *in mundo intelligibili.*

— c pen. καινόν.] Lege κενὸν ex Philone.

— d 8. ὑπερβάλλον.] Philo ὑπερβαλλόντως.

— d ult. τὰ κριτήρια.] Repone τῶν αἰσθητικῶν κριτηρίων, ex Philone.

548 a 2. τὸ δὲ ἀόρατον &c.] Philonem Eusebius decurtavit. Sic enim ille: τὸν δὲ ἀόρατον καὶ νοητὸν θεῖον λόγον, καὶ θεοῦ λόγον, εἰκόνα λέγει θεοῦ· καὶ ταύτης εἰκόνα, τὸν (lege τὸ) νοητὸν φῶς ἐκεῖνο, ὃ θείου λόγου γέγονεν εἰκὼν, τοῦ διερ. &c.

— c 10. τῷ ἕκτῳ.] Legendum τῷ πέμπτῳ. Ibi enim pag. 432. edit. Græco-Lat. locus hic habetur.

— d 7. τοῦ καλοῦ.] Rectius, quam ut apud Clement. καλουμένου.

549 a 10. κατὰ τὰ γένη.] Vera lectio, non καὶ τὰ γένη, ut est apud Clement.

— c 9. ψυχὴν διοικοῦσαν.] Plato Leg. 10. p. 669 b Ficin.

— d 7. Ἐπειδὴ γάρ.] Ibid. Plato, p. 673 a.

— d 10. πλειόνων δὲ τῶν μή.] Ficinus vertit, *et quidem plurium:* quem sensum vulgata lectio ferre non potest, nisi dicamus post μὴ subaudiendum esse ἐναντίων, ut sensus sit, ἐναντία πλείονα εἶναι τῶν μὴ ἐναντίων, hoc est, κακὰ πλείονα τῶν ἀγαθῶν. Sed hæc mera videtur ἀκυρολογία. Cogitabam τινῶν pro τῶν rescribi posse; ut vellet Plato, in cœlo duo tantum esse rerum genera, bonarum et malarum, non aliud quicquam ex utroque; quasi temperatum, quod pugnam illam vel tollere possit vel lenire.

550 b 6. τοῦ αἰῶνος.] Hæc vox in vulgat. etiam Græcis legitur, quam Latina interpretatio non agnoscit.

— b 11. ἀγγέλων θεοῦ.] Ita Septuaginta: cum cæteri omn. interpretes habeant υἱῶν Ἰσραὴλ, *filiorum Israel:* ut Hebr. בני ישראל.

551 a 11. ἐν τῷ Ἀλκιβιάδῃ.] Priorem intelligit. v. p. 37 d 5. edit. Fic. Consule præterea lib. 10. de Repub. p. 516 d. ubi de ead. immortalitate disserit.

— b 5. φαίνεται.] Hic apud Platonem maxima distinctio est: illud enim φαίνεται Alcibiadi respondenti tribuitur. Inde Socrates alia perrogat, ab Eusebianis diversissima[s]. Nostris tamen hærendum censeo, quæ cum proximis et superioribus optime conveniant. Præcessit enim apud Platonem: Ἐννενόηκας οὖν, ὅτι τοῦ ἐμβλέποντος εἰς τὸν ὀφθαλμὸν τὸ πρόσωπον ἐμφαίνεται ἐν τῇ τοῦ καταντικρὺ ὄψει, ὥσπερ κατόπτρῳ· ὃ δὴ καὶ κορυφὴν καλοῦμεν,

[s] "Spuria esse et ab homine Christianæ fortasse religioni addicto interpolata quislibet per se sentiet. Accedit quod orationis nexum turbant," etc. AST. ad Platon. Alc. p. 335.

εἴδωλον ὂν τοῦ ἐμβλέποντος. (Quo loco vitiose κορυφὴν, pro κόρην, editum arbitror.) Et paulo post: Ὀφθαλμὸς ἄρα, εἰ μέλλει ἰδεῖν ἑαυτὸν, εἰς ὀφθαλμὸν αὐτῷ βλεπτέον, καὶ τοῦ ὄμματος εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον, ἐν ᾧ τυγχάνει ὀφθαλμοῦ ἀρετὴ ἐγγιγνομένη. &c. in quibus est comparationis hujus ἀπόδοσις.

— c 6. θῶμεν οὖν.] Sequentia leges in Phædone, p. 385 b Ficin. Serrani autem 79.

— d 2. ἄλλο δή τι.] Plato particulam δὴ non agnoscit.

— d 3. τὸ μὲν σῶμα.] Plato ἢ τὸ μὲν σ.

553 c 9. μελετῶσα &c.] Periodus Platonico more producta, suspensa, impedita.

554 d 10. καὶ αὐτοῦ.] Quid si καὶ ἅπτου, vel καὶ λυτοῦ, quæ voces paulo post adhibentur.

555 b 8. περιαιρῶν.] Alias περιαιρεῖν *circumcidere*, aut *omnino tollere* est: hic ut videtur, περιλαβεῖν, sed καταλαβεῖν.

— b 9. ὃν πεποίηκε.] Dubitari non potest, quin desideretur aliquid. Forte subaudiendum ὡς αὐτὸν ἀποδέχεται, vel ὡς διεξέρχεται, aut aliquid simile. Nisi malis quod alt. manuscript. repræsentat, περιαιρῶν ὁ Βοηθὸς, ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου γέγραφεν οὕτως, nec imperativum ἐπάκουσον agnoscit.

— c 8. Κροτωνιάτης φυσικός.] Pythagoras, credo. Nam Crotone potissimum, Italicæ philosophiæ scholam, ut constat, aperuit, et pro animorum immortalitate studiose acriterque pugnavit.

557 d 6. Πᾶν τὸ γιγνόμενον.] Platonem consule in Timæo, p. 526 d. Ficin.

— d 9. καὶ κόσμος.] Rectius Plato et manuscr. ἢ κοσμός.

558 a 3. περιληπτά.] Plato inter hanc vocem et sequent. inserit μετὰ αἰσθήσεως γιγνόμενα.

— a 5. δημιουργόν.] Plato πατέρα.

— c 5. Ἐξ οὖν λόγου.] Idem Plato ibid. p. 529 g. Ficin.

— c 9. φυλακὸν χρόνου.] Plato et manuscr. Euseb. inserunt ἀριθμῶν.

559 b 11. ξυνεστήσατο οὐρανόν.] Plato ibid. p. 527 f.

— c 7. χρόνος οὖν.] Plato p. 529 e.

— c 9. Plato 530 g.

— ult. ἐμοῦ γε θέλ.] Ita etiam Plato. At manuscript. Euseb. ἐμοῦ γε μὴ θελ. Quam lectionem sequutus est Cicero, cum locum istum verteret.

— d 8. ὅτι ἐγίγνεσθε.] Manuscr. ὅτε ἐγιγ. recte. Nam et Plato ὅτ' cum apostrophe.

—— τὸ γὰρ πᾶν.] Plato in Politico, p. 174 g.

— d 11. πορευόμενος.] Γρ. et Plato πορευόμενον, quod magis placet.

— d ult. εἰληφός.] Plato εἰληχός.

560 a 1. πάλιν.] Plato melius, ἀνάπαλιν.

— a 2. γεγονέναι.] Plato, et manuscr. Euseb. γέγονε, sine interrogatione, quæ vera lectio est.

560 a 3. διὰ τὸ ποῖον δή, &c.] Ita rescripsimus et distinximus ex eodem Platone, apud quem ista, διὰ τὸ ποῖον δή; Socrati; quæ sequuntur, hospiti cum eo disputanti tribuuntur.

— a 6. δὲ φύσις.] Ita Plato et manuscr. Prior editio inter utramque vocem inserebat ἐστί.

—— ὂν δή.] Γρ. et Plato ὂν δέ. Elige.

— b 2. ἀνακύκλησιν.] Ficinus reddit *circuitum: revolutionem* malui, quæ vox mutationem et regressum involvit, de quo ibi Plato.

— d 4. ἐπισκευαστήν.] Ficinus, *præparatam.* Ego, *subinde instauratam.* In eo enim Plato est, ut mundum sibi permissum deficere, ac propemodum interire, mox diviniore manu gubernatum instaurari denuo et quasi reviviscere doceat. Habet igitur immortalitatem, non αὐτόθεν, aut ἔχουσαν ὡσαύτως ἀεὶ, sed ἐπισκευαστὴν, quæ subinde quodammodo sarciatur.

— c 5. δι' ἑαυτοῦ.] Rectius, quam ut in Platone ἑαυτόν.

— c ult. λογισάμενοι δέ.] Melius Plato, λογισάμενοι δή.

561 a 9. καθεστηκυίας.] Ita Plato et γρ. Euseb. recte. Perperam enim legebatur καθεστηκυῖα.

— b 7. γένεσις δέ.] Platonem consule in eodem Politico, p. 175 e Ficin.

— c 1. ὅτι τὸ μὲν, &c.] Ficinus ita vertit, *quod illis temporibus nihil genus hoc ex sese propagabat:* vereor, ut satis apte.

— c 3. τὸ δὲ γηγενές, &c.] Hæc etiam Ficinus obscurius. *Quod autem dicitur, quandoque genus ortum ex terra fuisse, hoc ea tempestate fuit rursus ex terra conversum.* Quid enim est, *rursus ex terra converti?*

— c 7. τελευτώσῃ.] Ita recte Plato et manuscr. Editum pessime fuerat τελευτῶσι.

—— τελευταίᾳ.] Plato προτέρᾳ. Melius et significantius. Quæ verba sic Ficinus, *qui statim post primam revolutionem orti sunt,* quo unico membro Græca duo complexus est. Ego utrumque exprimere sum conatus.

562 a 4. Ἐπειδή.] Plato in eod. Politico, p. 176 c.

— a pen. πεσούσης.] Active sumpsit pro βαλούσης, raro admodum exemplo.

— d 10. Ταῦτα τοίνυν.] Sequentia leges apud eundem Platon. lib. de Repub. 10. p. 518 f.

— d ult. ἑκάτερον.] Probum videlicet, atque improbum.

563 a 6. Ἡρὸς τοῦ Ἀρμενίου.] Erem istum, Armenii filium, proprioque nomine Zoroastrem dictum esse tradit Clemens Alexandr. Stromate V. p. 436 d. edit. Græco-Lat. Quem locum noster infra laudat p. 675 d. De hoc ita Macrobius lib. i. in Somn. Scipion. c. 1. *Sed ille Platonicus secretorum relator,* inquit, *Er quidam nomine fuit, natione Pamphylius, miles officio: qui cum vulneribus in prœlio acceptis vitam effudisse visus, duodecimo demum die inter cæteros una peremptos ultimo esset honorandus igne: subito, seu recepta anima seu retenta, quicquid emensis inter utramque vitam*

diebus egerat videratve, tanquam publicum professus indicium, humano generi nuntiavit. Ejusdem meminit Valerius Maxim. I. cap. 8. Sed *Eris* pro *Eri* reponendum est. Vide etiam B. Justinum Martyrem in Parænetico, Origenem contra Celsum, lib. ii. p. 72. et Plutarchum lib. ix. Symposiac. Problem. 5. ubi Ἀρμόνιος pro Ἀρμένιος Eris pater dicitur: ipsum autem Erem male Ἧραν scriptum reperies.

— b 3. δαιμόνιον.] Ficinus vertit, *dæmonum*: ego *admirabilem* malui. Quæ enim rara, nova, inusitata in utramque partem, ea δαιμόνια vocari solent.

— d 2. Ἀντύλλῳ.] Hunc Plutarchi locum non reperio. Similem tamen reperio in opusculo De Sera Numinis Vindicta p. 563. de Thespesio quodam Solensi multo recentiore, qui τριταῖος ἤδη περὶ τὰς ταφὰς αὐτὰς ἀνήνεγκεν, ac deinceps, cum πάνυ ἀκολάστως ante vixisset, ἄπιστόν τινα τοῦ βίου τὴν μεταβολὴν ἐποίησεν. Is Aridæus antea vocabatur, θεσπέσιος postea vocatus est, quod μοίρᾳ τινὶ θεῶν eum in locum solo τῷ φρονοῦντι, i. e. *sola mente*, aspirasset. Vide, si lubet, cætera sane quam longa. Qui plura volet de παλιμβίοις istis, adeat Plinium histor. lib. vii. cap. 52. Valerium Maxim. lib. i. c. 8. de Attilio Aviola consulari, et L. Lamia prætorio, itemque Fulgosum lib. i. cap. 6. ubi multa id genus exempla commemorat, duoque in primis huic Plutarchi Antyllo plane similia: alterum Curinæ cujusdam Hipponensis, qui cum mortuus putaretur, excitatus repente Curinam alterum fabrum ferrarium indicavit, eumque, non se, morti addictum esse narravit: alterum Stephani Romani, cujus loco alter item Stephanus a judice nominatim postulatus interiit. Similia narrat Phlegon Trallianus De Mirabilibus et longævis.

— 564 d 1. Ἀλλὰ μέν τοι.] Plato in Phædone, p. 398 d. Fici.

— d 9. πέπεισμαι.] Melius quam πέπυσμαι, ut apud Platon. Nam paulo post, hoc est versu abhinc 3, idem, πέπεισμαι repetitur.

567 a 4. ὧν τὰ πολλά.] Plato ὄντα πολλὰ πλήθει: longe melius.

— a 5. πολλαχοῦ.] Plato πανταχοῦ.

— b 3. κρίσιν ψυχῶν.] Vide Trismegistum in Æsculapio, c. 10. non absimilia disputantem.

— c 4. Τρίτος δὲ ποταμός.] Adi Phædonem, p. 400 c. Ficin. Qui locus citatur etiam a Theodoreto lib. xi. de Græcor. Affectionib. p. 154. lib. Græco-Lat.

— c pen. κύκλῳ.] Ita Plato et manuscr. recte, non κύκλος, ut ante.

569 a 4. καμάτων.] Plato σωμάτων. Omnino Eusebius καμάτων legit, quemadmodum et Theodoretus, ut constat ex primo versu literæ d, infra hac p. ubi eadem vox et repetitur, et cum Scripturæ verbis componitur.

— c 2. Τίς ἀναγγελεῖ, &c.] Ita Septuaginta. Vulgatus longe

dissimilis. *Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis;* Hebraice, מי יגור *quis habitabit?* Septuag. credo legerunt מי יגיד *quis nuntiabit?* In fine versus pro *ardoribus sempiternis*, Hebr. מוקדי עולם, *foci æternitatis*, Septuag. legisse videntur מקום, i. e. *locus.*

LIB. XII.

573 b ult. Εἰ μὲν τοίνυν.] Plato I. Leg. p. 569 a. Ficin.

574 b 1. οὐκοῦν τὰ μετά.] Plato ibid. 567 b. Ficin.

— c 3. πιστὸς ἀνήρ.] Hæc ead. Theodoretus, lib. i. de curand. Græcor. affectionib. p. 13. ubi ἀνταρύσασθαι legitur pro ἀντερύσασθαι: utrumque placet. Porro ibi fides pro fidelitate potius accipitur, quam ea virtute unde Christianis fidelium nomen impositum. Nec alia mens videtur testimoniorum, quæ paulo post ex evangelio proferuntur.

575 b 6. Εἴς τινα γάρ.] Plato Leg. XI. p. 680 g. Ficin.

— b 9. καὶ τῶν κατά.] Plato ἢ τῶν κατὰ, rectius. Malim tamen utramque vocem adhiberi, ἢ καὶ τῶν κατά.

— d 8. λόγων δέ.] Plato, lib. ii. de Republ. p. 429 d. Ficin.

576 b 7. οὐκοῦν οἶσθ'.] Plato ibid. e.

577 a 8. Ἄκουε δή.] Plato in Gorgia, p. 312 e. Ficin.

— b 3. τὸν μὲν δικαίως.] Multa hanc in rem disputat idem Plato, lib. x. de Republ. p. 519. Ficin.

— c 2. ἔρημον πάντων, &c.] Ficinus hæc de reo ipso aut judicium subeunte accipit, non de judice. Equidem id quoque mallem, si verba paterentur. Paterentur autem, si pro καταλείποντα sive καταλιπόντα, quod habet Plato, legeretur καταλιποῦσαν, vel certe ἔρημον in ἐρήμου et καταλιπόντα in καταλιπόντος mutaretur. Verum quidem est nudum etiam a Platone judicem postulari; sed oculis, auribus, et corpore toto nudum: paulo enim ante præcesserat, καὶ ἅμα καὶ αὐτοὶ ἀμπεχόμενοι δικάζουσι, πρὸ τῆς ψυχῆς τῆς αὐτῶν ὀφθαλμοὺς καὶ ὦτα καὶ ὅλον τὸ σῶμα προκεκαλυμμένοι. Quod autem hic ait, propinquorum suorum comitatu nudos esse oportere, meo judicio reis potius quam judicibus conveniat. Illa quoque species, et pompa quædam exterior, in reo potius quam in judice metuenda.

— c 10. οὐδὲν ἧττον.] Plato, οὐ πολὺ ἧττον. Et paulo post, ἥνπερ pro ὥσπερ, et particulam καὶ delet ante τὴν φύσιν.

578 c 9. ἰάσιμα ἁμαρτήματα.] Hausit hinc Synesius, quæ in Epist. 40. effundit, quibus Joannem illum parricidii suspectum hortatur, ut voluntaria pœna futuri supplicii gravitatem ac perpetuitatem redimat. Ἐῶ γὰρ λέγειν, inquit, ὅτι πολλοῖς (ἱματίοις) ὁ ῥύπος οὕτως ἐνέφυ σφόδρα διὰ τοῦ βάθους, ὡς ἀναπάλλακτος εἶναι· καὶ φθάνει διαφθαρέντα πρὶν εἰς τὴν φύσιν ἐπανελθεῖν, ὅτι τὸ πάθος αὐτοῖς γέγονε φύσις, ἢ διὰ χρόνου πλῆθος, ἢ διὰ μέγεθος. οὕτω δὲ ἐχούσῃ ψυχῇ καλῶς ἂν εἶχεν εἶναι φθαρτῇ· νῦν δὲ τὰ μὲν ἁμαρτήματα

λόγον ἔχει πρὸς τὰς ἀνεκπλύτους κηλῖδας· ἡ ψυχὴ δὲ οὐκ ἔτι πρὸς θοιμάτιον ἐκεῖνο, τὸ πιναρόν τε, καὶ οὐκ ἀντέχον· ἀλλ' ἀθάνατος οὖσα τίνει δίκην ἀθάνατον, ὅταν ἁμάρτῃ δευσοποιά τε καὶ αναπόνιπτα. Ἀλλ' ἐν ᾧ γάρ τις ἥμαρτε βίῳ δίκας διδοὺς, οὐ πάνυ προστετηκὸς ἔχει καὶ προσιζῆσαν τὸ πάθος, ἀλλ' ὡς ἂν εἴποι τις, ἀρτιβαφὴς οὖσα ψυχὴ τάχιστα πλύνεται, &c.

— d 4. παραδείγματα γίνεται.] Qualis ille, qui apud Virgil. in VI. succlamabat assidue,

Discite justitiam moniti, et non temnere divos.

Quibus autem παραδείγματα? Mortuis, qui, ex Platone, revicturi denuo.

579 b 6. χαλεπὸν γάρ.] Clemens Alexandrinus in Protreptico, ubi de imperatore qui Antinoum Ganymedem suum consecrari jusserat, οὐ γὰρ κωλύεται ῥᾳδίως ἐπιθυμία, φόβον οὐκ ἔχουσα.

— c 4. κακοὶ γίγνονται.] Apud Platonem hunc locum ita conceptum leges, κακοὶ γίγνονται τῶν δυναστῶν. Ὅπερ οὖν ἔλεγον, ἐπειδὰν, &c.

— d pen. σκοπῶ ὅπως, &c.] Vox utique Christiani hominis ore sensuque dignissima, quæque vecordem ac stolidam nonnullorum securitatem et fiduciam jugulat.

580 a 9. Καὶ ὀνειδίζω σε, &c.] Synesius Epist. 44. Platonico ex genio, Καὶ τίς ἂν γένοιο, τοῦ σώματος ἐξελθὼν, εἴθ' ὑπὸ βιαίας δίκης, εἴτε ἕτερον τρόπον, κἄπειτα αὐτὴν τὴν ψυχὴν αὐτῇ τῇ ψυχῇ θεασάμενος, οὐκ οὔσης ἀρνεῖσθαί σοι γλώττης, ἀλλ' ἐγκεκολαμμένον ἔχων τοὐπίσημον τὸ τῆς πράξεως; οὐκ ἰλιγγιάσεις; οὐκ ἀπορήσεις; ἕλξῃ σιγῶν, καὶ ἐκκείσῃ τῇ δίκῃ, καὶ σὺ, κἀγὼ, καὶ πᾶς ὃν οὐ προκαθαίρει μετάνοια δημοσιευθεῖσα, &c.

——— οἷός τε εἶ.] Plato οἷός τε ἔσῃ, quod rectius videtur.

— c 6. εὐλαβητέον ἐστι.] Non auro contra cara est hæc Platonis oratio, quam noluissem ab Eusebio decurtari. Addit enim hæc non minus illustria: Ἐὰν δέ τις κατά τι κακὸς γίγνηται, κολαστέος ἐστί. καὶ τοῦτο δεύτερον ἀγαθὸν, μετὰ τὸ εἶναι δίκαιον, τὸ γίγνεσθαι, καὶ κολαζόμενον διδόναι δίκην· καὶ πᾶσαν κολακείαν, καὶ τὴν περὶ ἑαυτὸν, καὶ τὴν περὶ τοὺς ἄλλους, καὶ περὶ ὀλίγους, καὶ περὶ πολλοὺς φευκτέον. Ἐμοὶ μὲν οὖν πειθόμενος ἀκολούθησον ἐνταῦθα, οἷ ἀφικόμενος εὐδαιμονήσεις, καὶ ζῶν καὶ τελευτήσας· καὶ ἔασόν τινά σου καταφρονῆσαι ὡς ἀνοήτου, καὶ προπηλακίσαι, ἐὰν βούληται· καὶ ναὶ μὰ Δία, σύ γε θαρρῶν πάταξαι τὴν ἄτιμον ταύτην πληγήν· οὐδὲν γὰρ δεινὸν πείσῃ, ἐὰν τῷ ὄντι καλὸς κἀγαθὸς, ἀσκῶν ἀρετήν. Hæc Plato: quem sequutus Epistola 44. Synesius, Ἀλλ' ἀνδριστέον, ὦ γενναῖε, γενναῖος γὰρ εἴης· καὶ τῶν μὲν ἡδονῶν ὑπεροπτέον, ἃς ἀδικοῦντες ἐπορισάμεθα, τοὺς δὲ ἀνθρώπους οὐκ αἰσχυντέον· ἀλλὰ τῷ δικαστῇ μὲν ὁμολογητέον τὴν πρᾶξιν, ἐξιλαστέον δὲ τῇ παραυτίκα τίσει τὰς κάτω ποινάς. Μεγίστου γὰρ ὄντος ἀγαθοῦ, τοῦ μὴ ἁμαρτεῖν, δεύτερον ἀγαθὸν τὸ δικαιωθῆναι· ὅστις δὲ χρόνον πολὺν ἀδικῶν ἀκόλαστος μένει, τοῦτον δεῖ νομίζειν ἀτυχέστατον, οὗ μήτε θεὸς, μήτ' ἄνθρωπος κήδεται. Audi et Senecam Epist. 76. (SS. enim Patrum voces

hic omitto.) *In illo loco,* inquit, *in quo vir bonus discitur, paucissimi sedent: et hi plerisque videntur nihil boni negotii habere quod agant; inepti et inertes vocantur. Mihi contingat iste derisus. Æquo animo audienda sunt imperitorum convicia, et ad honesta vadenti contemnendus est iste contemptus.*

581 a 5. Εὐλαβοῦ.] Hæc Plato, Epist. 2. ad Dionysium p. 707 e. Ficini vers. quæ laudantur etiam a Theodoreto lib. i. de Græcor. affect. qui est de fide, p. 19. ubi pluribus hoc ipsum argumentum tractat, quam parce graviora mysteria cum plebeiis aut rudibus ingeniis communicanda sint. Clemens Alexandr. Strom. V. [c. 4. p. 658. Potter.] Οἱ θεολογήσαντες, inquit, βάρβαροι καὶ Ἕλληνες τὰς μὲν ἀρχὰς τῶν πραγμάτων ἀπεκρύψαντο, τὴν δ' ἀλήθειαν αἰνίγμασι καὶ συμβόλοις ἀλληγορίαις τε αὖ καὶ μεταφοραῖς παραδεδώκασιν. Hinc et nostra fides Apostolo [1 Cor. 2, 7.] ἐν μυστηρίῳ ἀποκεκρυμμένη, ἵνα, inquit Clemens, [p. 803. Potter.] ζητητικοὶ ὑπάρχωμεν, καὶ προσαγρυπνούμενοι ἀεὶ τῇ τῶν σωτηρίων λόγων εὑρέσει. Hinc illa apud philosophos τῶν ἐξωτερικῶν, quæ popularia magis et obvia, ab ἀκροαματικοῖς et ἐποπτικοῖς, quæ purioribus tantum et acutioribus oculis pateant, accurata distinctio, quam ibid. Clemens pluribus persequitur. Lege si libet Franciscum Patritium, Disputat. Peripateticar. tomo I. lib. vi. tuam affatim cupiditatem explebit.

— c 5. Καὶ δὴ καί.] Locum hunc Platonis sexto Legum reperire non potui. At lib. vii. de Repub. pluribus ab eo de necessaria magistratibus scientia disputatur.

582 c ult. οὐκοῦν ὦ Θρασύμαχε.] Plato, lib. i. de Repub. p. 417 g. Fici.

583 b 3. Τὸν δ' οὖν.] Plato II. de Repub. p. 423 b.

— c 9. ὢν δὲ δίκαιος.] Verba hæc a librariis prætermissa ex Platone supplevimus.

584 d ult. Ὅτε ἐγένετο.] Plato in Convivio, p. 328 a. Porro fabulæ hujus explicationem apud Plotinum leges, Ennead. III. lib. vi. a capite 6. ad libri finem. Summa est: Venerem τὴν ψυχὴν esse docet: Porum, τῶν πάντων λόγον: Jovem βασιλικὸν Νοῦν: Pori ebrietatem, λόγον ἀπὸ κρείττονος ἀρχῆς πεσόντα εἰς ἐλάττονα: Jovis hortum, quod hortus omnis ἀγλάϊσμα sit, καὶ πλούτου ἐγκαλλώπισμα, aliud esse nihil, quam τὰ παρὰ τοῦ νοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ψυχὴν ἐλθόντα ἀγλαΐσματα, hoc est, τοὺς λόγους, τοὺς παρ' αὐτοῦ ῥυέντας. Amorem, ipsum animæ desiderium πρὸς τὸ κρεῖττον, ex Poro et Paupertate natum, quia μετέχει μὲν ἐνδείας, ᾗ πληροῦσθαι θέλει, οὐκ ἄμοιρον δ' εὐπορίας ἐστὶν, ᾗ οὗ ἔχει τὸ ἐλλεῖπον ζητεῖ.

585 c 10. δεῖ δὲ πρῶτον.] Plato in eod. Convivio, p. 322. Ficin.

— d 11. ὦτα.] Plato ᾠὰ, sed linea sequente habetur ᾠά. Sunt quibus ζῶα vel νῶτα placeat. Ego nihil mutandum putavi, non quod aures bifariam secari dixerit, sed quod eadem facilitate partem utramque Jupiter diviserit, qua geminæ aures postmodum condiendæ secarentur.

585 d pen. τομήν.] Ita Plato, et recte, τιμὴν enim in al. editione perperam legebatur.

586 b 2. Θεὸς ἔνεμεν.] Plato in Politico, p. 175 h. Ficin.

— c 2. ἄστρωτοι.] Ita etiam Plato. Ficinus tamen vertit, *expediti*.

— d 7. Εἰ μὲν τοίνυν.] Idem Plato ibid. p. 176 b 1.

587 a 10. οὕτως γε κατ'.] Melius, ut videtur, quam apud Platonem, ὥστε κατά.

— c pen. Ἆρ' οὖν.] Plato, lib. iii. Leg. p. 585 c. Ficin.

589 a 2. Γῇ δὴ οὖν.] Plato, lib. i. Leg. p. 567 f.

— b 10. αὖ τῶν.] Ita recte Plato vocem utramque distinguit, male conjungebat prior editio.

— b 11. ἀγαθῶν.] Plato ἀγαθόν.

—— φρόνησις.] Glossema videri possit. Plato tamen ejusmodi voces, minus sæpe necessarias, inculcare solet.

— c ult. βλέπει.] Plato βλέπειν, quod magis probo. Quæ sequuntur trajecta nonnihil videntur. Itaque legere malim βλέπειν. Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τοὺς γάμους ἀλλ. ἐπικ. ἐν ταῖς τῶν παίδ. &c.

— d 7. ὁμιλίαις.] Ita hoc membrum a sequentibus distinguendum: secus non levis est sententiæ futura perturbatio, ut ex Ficini versione constare potest. Nam quæ sequuntur, ita reddit: *Contra vero dolores, voluptates, et cupiditates, in omni conversatione vituperet*, &c. Atqui nolebat Plato dolorem omnem aut omnem animi commotionem reprehendi, sed potius quod in quaque rectum laudari, vituperari contra quod vitiosum, ut ex disputationis contextu manifeste patet.

— d 15. ἀληθοῦς δόξης.] Ficinus, *vera opinione*. Sed quæ tandem vera hæc opinio? et si qua est, quid eam inter prudentiamque discriminis? δόξα hic, opinor, *gloria* est: multa enim Plato de laude honestis actionibus tribuenda disputaverat: adeoque proxime ante κατιδὼν in eo præcipue versatus erat.

590 a 6. τάξιν εἰληφότα.] Ficin. *et quonam ordine posita pateant illi*, &c. Vereor, ut Platonis ex mente. Hæc enim ex superioribus intelligenda sunt, ubi de ordine, quo statui leges oporteret, disputatum erat: quem ipse ordinem in Cretensium et Lacedæmoniorum legibus aperiri vellet, qui peritis notus ac perspectus haberetur, aliis tamen perobscurus esset.

— a 8. ἄλλοις ἡμῖν.] Prorsus ut nos vernacule, *à nous autres*. Quem etiam idiotismum apud Demosthenem[t] non semel leges: ut in Midiana, [p. 545, 27. Reisk.] τῶν ἴσων οὐ μετεῖχε τοῖς ἄλλοις ἡμῖν. Id. Plato in Theæteto, [p. 170 d.] ἡμῖν δὲ τοῖς ἄλλοις, περὶ τῆς σῆς κρίσεως, πότερον οὐκ ἔστι κριταῖς γενέσθαι;

— a 10. τὴν βασιλείαν, καὶ δικαιοσύνην.] Addidisset βασιλ. τοῦ θεοῦ, καὶ δικ. αὐτοῦ, ut est in Evangelio.

[t] Exempla congessit Schæferus in Annot. ad Or. c. Mid. p. 517, 20. T. III. p. 321.

590 c 4. λέγω οὖν.] Plato lib. i. Leg. p. 572. Ficin.

591 b 5. Μὴ τοίνυν.] Plato ibid. g.

— b 9. ἐνίοτε εἷς.] Mallem ἐνίοτε τῶν εἷς.

— c 1. μάλιστα, &c.] Plato sic, μάλα πεπαιδ. ἀνθρώπων σφόδρα: quod magis probo.

— c 3. εἶναι παιδείαν.] Quæ sequuntur apud Eusebium, usque ad alterum παιδείαν, apud Platonem reponenda sunt.

— c 9. ὡς ἐμοὶ φαίνεται.] Et hoc rectius videtur, quam apud Platonem, ἐξ ὧν φαίνεται.

— d 10. κατὰ δύναμιν.] Verba superflua, quæque Plato non agnoscit.

— d pen. Παιδείαν.] Idem Plato lib. ii. Legum, initio, p. 575 F.

592 a 3. λόγον λαμβάνειν.] Id malim, quam λόγῳ λαμ. Sequitur enim, λαβόντων δὲ τὸν λόγον, quod etiam agnoscitur a Platone.

— a 4. συμφωνήσωσι τῷ λόγῳ, &c.] Ficin. *Rationi consentiant, propter superiorem bonorum morum consuetudinem*, quasi esset τῷ ὀρθῶς, vel διὰ τὸ ὀρθῶς. Vide num id Plato velit.

— 5. αὕτη.] Hinc Platonem corrigas, apud quem male, αὐτῆς θ' ἡ συμφ.

— a 7. τεθραμμένον.] Nescio quo pacto in marginem irrepserit, quod ibi notatur, apud Platonem esse τετραμμένον. Apud illum enim, tam in Ficini, quam in Serrani editione, quemadmodum et in omnibus manuscr. habetur τεθραμμένον. Mihi tamen τετραμμένον aptius videretur; quid enim est τὸ τῆς ἀρετῆς τεθραμμένον περὶ τὰς ἡδονάς;

— c 12. εὐσεβείας.] Legendum εὐσέβειαν, aut certe εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς ἀνάληψιν.

593 a 4. Θεῷ δή.] Plato VI. de Repub. p. 475 g. ubi legitur, θείῳ δὴ καὶ κοσμίῳ.

— c 2. ἀλλ' οὖν οἶσθ'.] Hæc Ficinus cum interrogatione conjungit, minus, opinor, Platonis ex sensu. Idem enim est, qui cum id paulo difficilius esse dixisset, philosophis tamen longe facilius esse confirmat.

— c 3. διενέγκαιεν.] Id malim, quam διενεγκεῖν, quod apud Platonem legitur, cum ὅτι præcesserit.

— c 4. ἐθελῆσαι ἄν.] Omnino sic legendum ex Platone et manuscr. vitiosa enim prior editio, ἐθελήσαιεν.

— d 7. ὃ δή.] Ita recte Plato, non τὸ δή, ut in priori editione.

594 a 7. Δοκεῖ μοι.] Plato, lib. ii. Leg. p. 578 e. Ficin.

— b 7. τεθειμένοις.] Plato πεπεισμένοις: quod eo magis probandum videri possit, quod paulo post sequatur, οἶσπερ ὁ γέρων, quasi unus sit hic senior, ex illis ὑπὸ τοῦ νόμου πεπεισμένοις.

— b 10. ἃς ᾠδὰς καλοῦμεν.] Hiulca, pendens, et Attico maximeque Platonico more intricata simul et trajecta oratio. Nam illud quidem ἃς ᾠδὰς καλοῦμεν omnino pendet. Quæ sequuntur, usque ad πράττεσθαι, parenthesi claudenda existimo: ita quidem,

ut *γεγονέναι, καλεῖσθαι, πράττεσθαι,* posita fuerint pro *γένοιντ' ἂν, καλοῖντο, πράττοιντο,* vel (quod Platoni, Demostheni, et aliis *ἀττικωτέροις* familiarissimum est) pro imperativis usurpata. Consule, si placet, Ficini versionem.

— d 2. *ἔν τε ῥυθμοῖς σχήματα,* &c.] Ficini: *Tam figuras eorum rhythmis, quam accentus harmoniis.* *Σχήματα,* seu *σχημάτια,* hic, et alibi passim, certi quidam corporis motus, quos in saltationibus edebant in numerum: Latinis *staticuli* dicebantur. Aristoteles lib. de Poëtica, *Οἱ ὀρχησταὶ διὰ τῶν σχηματιζομένων ῥυθμῶν μιμοῦνται καὶ ἤθη καὶ πάθη καὶ πράξεις.* Aristophanes Pace, [322] *Μηδαμῶς πρὸς τῶν θεῶν Πρᾶγμα κάλλιστον διαφθείρητε διὰ τὰ σχήματα.* ——— *Ἀλλ' ἔγωγ' οὐ σχηματίζειν βούλομαι.* Id erat *λέγειν κατὰ τὴν ὄρχησιν,* i. e. ipso gestu motuque corporis aliquid inter saltandum venuste ac decore exprimere, ut loquitur Athenæus lib. xiv. Quid *ῥυθμοῦ* nomine Plato intelligat, ex toto illo lib. ii. de Legibus cognosci potest, maximeque p. 580 f. dum ita statuit, *τῇ δὲ τῆς κινήσεως τάξει ῥυθμὸς ὄνομα εἴη.* Tum de harmonia, *τῇ δ' αὖ τῆς φωνῆς, τοῦ τε ὀξέος ἅμα καὶ βαρέος συγκεραννυμένων, ἁρμονίας ὄνομα προσαγορεύοιτο.* Et p. 582 e. ubi voces illæ *σχῆμα, μέλος, ῥυθμὸς,* clarius usurpantur: *οὐ γὰρ ἄν,* inquit, *ἐκεῖναί γε* (Musæ) *ἐξαμάρτοιέν ποτε τοσοῦτον, ὥστε ῥήματα ἀνδρῶν ποιήσασαι τὸ σχῆμα γυναικῶν καὶ μέλος ἀποδοῦναι· καὶ μέλος ἐλευθέρων αὖ καὶ σχήματα ξυνθεῖσαι, ῥυθμοὺς δούλων καὶ ἀνελευθέρων προσαρμόττειν.*

— d 11. *Τοὺς ποιητάς.*] Plato eodem lib. ii. de Legibus p. 579 a.

595 b 6. *τρίτον δὲ πλοῦτος.*] Platonem sequutus sum, apud quem legitur, *τρίτον δὲ ἰσχὺς, τέταρτον δὲ πλοῦτος.*

— c 3. *ὡς ταῦτά ἐστι ξύμπαντα.*] Huc pertinent illa Synesii orat. de Regno, p. 8. ubi cum *τὰ θυραῖα τῶν ἀγαθῶν* Platonico et Aristotelico more *ὀργανικὰ* vocavisset, utpote *ὑπηρετεῖν εἰδότα κακίαις οὐ μεῖον ἢ ἀρεταῖς,* ita prosequitur, *ὥσπερ οὖν εὐχῆς ἄξιον ἀπεῖναι τοῦ φαύλου τὰ ὄργανα, ὅπως ἀνέργητον ἔχῃ τὴν μοχθηρίαν· οὕτω παρεῖναι τῷ καλῶς χρησομένῳ, οὗ πάντες ἂν καὶ πόλεις καὶ ἰδιῶται ὀνίναιντο, ἵνα μὴ ἀχρεία καὶ ἄπρακτος ἀρετῆς φύσις ἀγνοουμένη μαραίνηται, ἀλλ' εἰς ἀνθρώπων εὐεργεσίας δαπανήσῃ τὴν δύναμιν.*

— d 6. *ἦ γὰρ ὁρᾶτε.*] Familiaris, ut in dialogis, compellatio, nec vernaculæ nostræ dissimilis; *Car, voyez-vous bien? Mais voyez-vous bien?*

596 b 9. *νομοθετικόν.*] Plato, eodem lib. ii. Leg. p. 577 d.

— d 7. *Συγχωρῶ.*] Id. ibid. p. 578 c.

597. *θατέρου.*] Ita etiam Plato; sed omnino reponendum *θεάτρου,* ex alt. manuscr.

— c 9. *Καὶ ὅπερ.*] Ibid. p. 583 c.

— d 5. *ἔτι μᾶλλον.*] Præstat *ἐπὶ μᾶλλον,* ex Platone.

— d 6. *ἀεί.*] Melius, quam *εἰ* apud Platonem.

598 c 4. *Εἰ μέν τις.*] Plato II. Leg. p. 584 d.

— c 6. *τοῦ σωφρονεῖν.*] Male apud Platon. *τῷ σωφρ.*

— c 7. *μελέτῃ.*] Ita reposuimus ex manuscr. licet etiam apud Platon. *μελέτης* haberetur.

599 d 6. Εἰ τοίνυν.] Exile hoc fragmentum non reperi: nec tanti est.

— d pen. ἕτοιμοι.] Præmittenda, credo, negatio est: itemque paulo post ante γέγονεν: vix enim mihi persuaserim Platonem hoc admodum pugnare voluisse, genus illud Reip. jam olim inter barbaros extitisse: satis est, si negare nollet.

600 a 3. ἀδύνατον.] Sensus omnino postulat δυνατὸν, eaque mens Eusebii.

— b 1. Αὐτῷ δέ.] Plato lib. i. Leg. p. 565 g. Porro locum hunc insinuabat Themistius, orat. X. p. 229. [131 Hard.] cum ita loqueretur: Καὶ τοῦτο οὖν ἐγὼ Πλάτωνος θαυμάζω καὶ ἔτι μᾶλλον, ὅταν διδάσκῃ, ὅτι πολέμου καὶ εἰρήνης σπέρματα ἐν ἑκάστῃ ψυχῇ πρῶτόν ἐστι, καὶ ὅστις οἷός τε πρὸς ἑαυτὸν ἄγειν εἰρήνην, οὗτος οἷός τε καὶ πρὸς τοὺς ἔξωθεν πολέμους· (Malim[u] πολεμίους, quid enim est ἄγειν εἰρήνην πρὸς τὸν πόλεμον?) ᾧ δὲ ἀδύνατος ἡ πρὸς ἑαυτὸν ἐκεχειρία, σχολῇ ποτ' ἂν οὗτος τὰς πρὸς ἀλλήλους σπονδὰς ἀγαπήσειεν. Εἶναι γάρ τι καὶ ἐν ἑκάστῳ βάρβαρον φῦλον, λίαν αὔθαδες καὶ δυσπειθὲς, τὸν θυμὸν λέγω καὶ τὰς ἀπλήστους ἐπιθυμίας, ἀντικαθήμενα γένη τῷ λογισμῷ, καθάπερ Ῥωμαῖοι (malim Ῥωμαίοις[x]) Σκύθαι καὶ Γερμανοὶ, &c.

— c 7. Οὐκοῦν ἕνα.] Plato ibid. p. 573 b.c.d.

— d 11. οὗ δή.] Ita reposuimus ex Platone, et manuscr. pro οὐ δὴ, quod vitiosum erat.

601 a 3. εἴδεσιν ὁμοίας.] Plato post ὁμοίας minorem distinctionem adhibet, tum legit, δεῖν τῇ καλλίστῃ, &c. sine δέ. Ego Eusebium sequi malo, vellem tamen ante τοὺς δὲ ἄλλας aliquid præmitti, v. c. καὶ τὴν μὲν μονοειδῆ εἶναι, ut magis sequentibus opponeretur, quas ait παντοδαποῖς εἴδεσιν ὁμοίας, quemadmodum alias quidem σκληρὰς καὶ σιδηρᾶς, hanc vero μαλακὴν καὶ χρυσῆν esse dixerat.

— a 8 et 9. καὶ οὕτως δή, &c.] Vide num Ficini congruat interpretatio: *Et sic fabula, quia mira res, homo esse narratur, virtute servabitur.* Equidem hæc non intelligo. Vult, opinor, philosophus, ea demum ratione, quam præscribit, intellectum iri, quod plerisque fabulosum videatur, homines virtutis studiosos miraculi similes esse: prorsus enim admirabile quiddam est, in homine uno tantam ac tam assiduam esse cum vitiis et cupiditatibus rationis virtutisque pugnam, in qua vincat sæpius triumphetque virtus.

— d 5. μεμνήμεθα.] Plato lib. x. Leg. p. 669 a.

602 c 6. Λέγωμεν δή.] Plato in Theæteto, p. 127 e. Qui locus plane insignis et eximius est.

— d 4. οὐδὲ ὄναρ πράττειν.] Subaudi τὰ τοιαῦτα: superiora enim in nominandi casu Attico more pendent. Ita etiam vulgo diceremus, *Car les brigues, &c. ils n'y songent pas mesmes.*

— d 7. μᾶλλον αὐτόν.] Pro αὐτούς. Crebra hæc apud Atticos, maximeque Platonem, casuum mutatio; apud Hebræos longe creberrima.

[u] Sic nunc ex MS. editum. [x] Sic ed.

603 d 9. *ποιμαίνει.*] Reponendum ex Platone et manuscr. *ποιμαίνειν.*

604 a 1. *μυρία.*] Ita quidem omnes. Legendum tamen est *μύρια*, cum sequatur *ἢ ἔτι πλείω*, quod absurde post *μυρία* sequeretur.

— a 4. *τὰ δὲ δὴ γένη.*] Huc Satira Juvenalis octava pertinet, *Stemmata quid faciunt?* Persius itidem Sat. III. [27.] inane hoc in Romanis adolescentibus *αὔχημα* castigabat:

An deceat pulmonem rumpere ventis,
Stemmate quod Tusco ramum millesime ducas?

Adi et Senecam epist. 44. *Iterum*, inquit, *tu mihi te pusillum facis, et dicis, malignius tecum egisse naturam prius, deinde fortunam? cum possis te eximere vulgo, et ad felicitatem omnium maximam emergere. Si quid aliud est in philosophia boni, hoc est, quod stemma non inspicit.* Quam hoc nostri Platonis ex genio?

— a 10. *πάππων καὶ προγόνων.*] Seneca ibid. aureis plane verbis atque sententiis: *Omnibus nobis totidem ante nos sunt: nullius non origo ultra memoriam jacet. Plato ait*, (utique hoc ipso loco, qui Lipsio *πολυμνήμονι* non veniebat in mentem,) *Neminem regem non ex servis esse oriundum, neminem non servum ex regibus. Omnia ista longa varietas miscuit, et sursum deorsum fortuna versavit. Quis ergo generosus? Ad virtutem bene a natura compositus. Hoc unum est intuendum, alioqui, si ad vetera revocas, nemo non inde est, ante quod nihil est. A primo mundi ortu usque in hoc tempus perduxit nos ex splendidis sordidisque alternata series.* Audi et Juvenalem cum satirico sale,

Et tamen, ut longe repetas, longeque revolvas
Nomen, ab infami gentem deducis asylo.
Majorum primus, quisquis fuit ille tuorum,
Aut pastor fuit, aut illud quod dicere nolo. [IX. 272.]

Qui famem tuam expleri hoc cibo voles, Tiraquellum perlege, vivam illam ac spirantem bibliothecam, in opere de Nobilitate, maximeque cap. 22. num. 4. et seq.

— b 6. *σμικρολογίας.*] Lege *τῆς σμικρολ.* ex Platone et manuscripto.

— c 5. *αὐτός.*] Recte, non *αὐτὸν*, ut in Platone. Deinceps enim de philosopho ipso loquitur, qui vicissim hominem *ἀφιλόσοφον καὶ ἀγοραῖόν τινα* traducat, ridendumque propinet.

—— *τις αὐτῶν.*] Mallem abesse *τις*, et *αὐτῶν* in *αὐτὸν* mutari, sensu clarissimo, qui alioqui perobscurus.

— d 9. *ἀληθείας.*] Reponendum ex Platone et manuscript. *ἀηθείας.*

605 a 10. *οὐδ' ἁρμονίαν.*] Melius ex Platone, *οὐδέ γε ἁρμ.*

— c 4. *ἵνα δέ.*] Leg. *ἵνα δὴ*, ut apud Platon.

— c 10. *περὶ τοῦτον*, &c.] Apud Platonem hæc ita leguntur, *περὶ τούτου καὶ ἡ ὡς ἀληθῶς δεινότης ἀνδρὸς, καὶ οὐδενία τε, καὶ ἀνανδρία.* Quæ lectio mihi ob sequentia vehementer probatur, in

quibus σοφία et ἀρετὴ ab ἀμαθίᾳ et κακίᾳ distinguntur. Mallem tamen περὶ τοῦτο, quam περὶ τούτου, aut περὶ τοῦτον.

605 d 7. τὸ μὴ συγχωρεῖν, &c.] Ficin. vertit, *si nihil vafritie possit, nec artibus malis utamur.* (leg. *utatur.*) At philosophus tantum vult, etiamsi talis re ipsa sit, agendum esse tamen, ne talem se haberi sentiat.

606 a 5. ὧν ἐνίοτε πάσχουσιν.] Si οὐδὲν cum πάσχουσι conjungatur, sensus erit, *cum horum aliquando nihil subeant, qui peccarunt.* Sin vero cum ἀδικοῦντες, sensus est, quem expressimus. At Ficinus posteriorem hunc sequutus, post ἀδικοῦντες legisse videtur ἐκφεύγουσι δὲ οἱ ἀδικοῦντες, addit enim, *et injusti sæpe devitant.* Cui lectioni admodum faveo.

607 d 3. Νομοθέτης.] Plato II. Leg. p. 580 c.

— d 7. ἔστιν ὅτι, &c.] Ita Plato, et recte; qui etiam periodum interrogatione claudit.

— d 10. τὰ δίκαια;] Deest verbum, puta πράττειν, προτιμᾶν, ἑλέσθαι, προελέσθαι, aut al. simile: nam ποιεῖν, quod præcedit, cum participio δυνάμενον construitur.

608 b 2. Ἆρ' οὖν ἡμῖν.] Plato II. Leg. p. 580 h. Quibus non absimilia disputantur a Clemente Alexandrino, Strom. lib. iv. p. 365. ubi etiam ex Epicuri mente nulli aut ætati aut conditioni prohibendus est ad philosophiam aditus.

—— τά τε.] Melius τά γε, ut Plato.

— b 3. περὶ τοῦ δεῖν, &c.] Etiamsi hæc oratio vitii nihil habeat, Platoni tamen hærere malui, apud quem, Τοῦ πέρι; cum interrogatione legitur, et Cliniæ tribuitur. Sequentia ita concipiuntur, Τὸ δεῖν πάντα, &c. quæ ab Atheniensi respondentur.

— b 8. παντός.] Plato πάντως.

— c 4. οἶσθά τι.] Plato V. de Repub. p. 458 f.

— c 6. ταῦτα.] Mallem ταὐτά.

— d pen. οὐδὲ πολεμικά.] Legendum καὶ πολεμική. Male item apud Platonem καὶ γυμναστική, ἡ δ' ἄρα οὔ, οὐδὲ πολεμική: quorsum enim sequens ταὐτολογία, ἡ δὲ ἀπόλεμος, καὶ οὐ φιλογυμναστική?

609 a 2. ἡ δὲ ἄθυμός ἐστι;] Malim, ut apud Platonem, ἡ δὲ ἄθυμος; Ἔστι καὶ ταῦτα.

— c 6. ἐργασίμοις χωρίοις.] Culta loca intelligit, quæ sæpissime uno verbo ἔργα dicuntur. Xenophon passim, ut in Κυνηγετ. [4, 9.] Τὰ μὲν ὄρη οἷόν ἐστι καὶ ἰχνεύειν καὶ μεταθεῖν καθαρῶς· τὰ δὲ ἔργα, οὐδέτερα, διὰ τοὺς τριμμούς, i. e. *montes et investigari, et transcurri sine offensione possunt; arva neutrum patiuntur, ob tramites limitesque crebros.* Contra ὀργὰς, ἄδος, i. e. ἄνετος γῆ, *terra inculta*, qualis est saltus.

610 b 2. τῶν πολιτῶν.] Plato, lib. vii. Leg. p. 632 a.

— c 7. ἐν γ' Πολιτείας.] Imo lib. iv. de Repub. p. 446.

— d ult. Πᾶς δὲ νοῦν ἔχων.] Legum XI. p. 682 h. ubi πᾶς δή.

— ibid. f. hac ipsa de re ita scribit, Οἰδίπους, inquit, ἀτιμασθεὶς ἐπεύξατο τοῖς αὐτοῦ τέκνοις, ἃ δὴ καὶ πᾶς ὑμνεῖ τέλεα καὶ ἐπήκοα

γενέσθαι παρὰ θεῶν, Ἀμύντορά τε Φοίνικι τῷ ἑαυτοῦ ἐπαρᾶσθαι παιδὶ θυμωθέντα, καὶ Ἱππολύτῳ Θησέα, καὶ ἑτέρους ἄλλοις μυρίους μυρίοις, ὧν γέγονε σαφὲς ἐπηκόους εἶναι γονεῦσι πρὸς τέκνα θεούς.

611 a 3. *Πᾶς ἡμῖν αἰδ.*] Lib. ix. Legum, p. 662 f.

— b 7. *μηδὲ Ἕλληνα.*] Lib. v. de Repub. p. 464 d. ubi hæc pluribus. Quæ lex apud Christianos pie sancteque viget.

— c 5. *μὴ κινείτω.*] Lib. viii. de Legib. p. 648 d. *Διὸς ὁρίου* primam hanc legem esse jubet. Mosaica lex Deuteron. xix. 14. ita habet, *Non assumes et transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua.* Et cap. xxvii. *Maledictus, qui transfert terminos proximi sui: et dicet omnis populus, Amen.*

612 a 5. *Ἐὰν κλέψῃ τις.*] Exodi xxii. 1. et 4. Plato autem ix. Leg. p. 653 c.

— b 9. *τὸν καταδικαζόμενον.*] Plato, *ἢ πείσῃ τὸν καταδικασάμενον.* Quam lectionem, ut veram, sequuti sumus.

— c 2. *Ἐὰν δὲ ἐν τῷ διωρ.*] Exodi xxii. initio. Plato autem ix. Leg. p. 660 e. ubi de cæde multa.

— d 3. *Ἐπὶ δὲ ἄρα.*] Plato ibid. c. Exodi autem xxi. 28.

613 b 10. *Ἐσμὲν γὰρ δή.*] Plato lib. iii. de Repub. p. 443 h. Vide Observationes.

614 c 1. *Νῦν δὲ ὁρᾷς.*] Primo de Rep. 417 c.

— c 3. *Ἰατρόν.*] Post hanc vocem deesse aliquid suspicor, id nimirum quod medicum esse definiit; v. c. *τῶν καμνόντων θεραπευτήν.* Ita enim supra p. 415 f. *Ὁ τῷ ἀκριβεῖ λόγῳ ἰατρὸς, πότερον χρηματιστής ἐστιν, ἢ τῶν καμνόντων θεραπευτής; Καὶ λέγε τὸν τῷ ὄντι ἰατρὸν ὄντα. Τῶν καμνόντων, ἔφη, θεραπευτής.*

— c 6. *ποιμαίνειν.*] MS. *πιαίνειν,* quod valde probo.

615 c 3. *νῦν δ᾽ ἔφην.*] Plato lib. ix. de Repub. p. 509 b. At in Phædro p. 344 e. longe aliam animi hominisque speciem exhibet. Sic enim ille: *Ἔοικε δὴ τῇ ξυμφύτῳ δυνάμει ὑποπτέρου ζεύγους τε καὶ ἡνιόχου.* Et quibusdam interjectis: *Πῇ δὴ οὖν θνητόν τε καὶ ἀθάνατον ζῶον ἐκλήθη, πειρατέον εἰπεῖν. Ἡ ψυχὴ πᾶσα παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου, πάντα δὲ οὐρανὸν περιπολεῖ, ἄλλοτε ἐν ἄλλοις εἴδεσι γιγνομένη.* Tum de perfecta: *Τελέα μὲν οὖν οὖσα καὶ ἐπτερωμένη, μετεωροπολεῖ τε, καὶ ἅπαντα τὸν κόσμον διοικεῖ.* At de imperfecta: *Ἡ δὲ πτερορρυήσασα φέρεται, ἕως ἂν στερεοῦ τινος ἀντιλάβηται· οὗ κατοικισθεῖσα, σῶμα γήϊνον λαβοῦσα, αὐτὸ αὐτὸ δοκοῦν κινεῖν, διὰ τὴν ἐκείνης δύναμιν, ζῶον τὸ ξύμπαν ἐκλήθη, ψυχὴ καὶ σῶμα παγὲν,* &c.

616 d 9. *Δώδεκα μέν.*] Plato lib. vi. p. 617 a. quod ipsum jam sub libri quinti finem p. 612 a 3. de ipsamet urbe ita statuerat: *Μετὰ δὲ ταῦτα, μέρη δώδεκα διελέσθαι, θέμενον Ἑστίας πρῶτον, καὶ Διὸς, καὶ Ἀθηνᾶς ἱερὸν, ἀκρόπολιν ὀνομάζοντα· κύκλον περιβάλλοντα, ἀφ᾽ οὗ τὰ δώδεκα μέρη τέμνειν. ἴσα δὲ δεῖ γίγνεσθαι τὰ δώδεκα μέρη,* &c. Eadem olim apud Persas divisio. Xenophon *Παιδείας* lib. i. p. 4. *Ἄρχοντες δὲ,* inquit, *ἐφ᾽ ἑκάστῳ τούτων τῶν μερῶν εἰσι δώδεκα· δώδεκα γὰρ καὶ Περσῶν φυλαὶ διῄρηνται.* Imo et apud Ægyptios, post obitum Vulcani sacerdotis, Herodot.

lib. ii. p. 166. Ἐλευθερωθέντες Αἰγύπτιοι μετὰ τὸν ἱρέα τοῦ Ἡφαίστου βασιλεύσαντα ἐστήσαντο δυώδεκα βασιλέας, ἐς δυώδεκα μοίρας δασάμενοι Αἴγυπτον πᾶσαν. Sed exemplum Atticæ Platoni propius, quæ jam olim duodecim in partes a Cecrope distributa. Strabo lib. ix. ex Philochoro, φησὶ Φιλόχορος, πορθουμένης τῆς χώρας, ἐκ θαλάττης μὲν ὑπὸ Καρῶν, ἐκ γῆς δὲ ὑπὸ Βοιωτῶν, Κέκροπα πρῶτον εἰς δυωκαίδεκα πόλεις συνοικῆσαι τὸ πλῆθος. Tum singulas nominatim appellat. Eadem Pausanias in Atticis, et alii.

616 d 10. νενεμήσθω.] Melius quam apud Platon. νενέμηται, ut paulo post παρεχέτω.

— 11. φυλή.] Ita ex Platone: perperam enim φυλακὴ legebatur: et paulo post, φυλάρχους pro φρουράρχους. Nam de φρουράρχοις ibidem Plato postmodum præcipit.

617 b 5. τόδε δὲ περί.] Plato lib. iv. Leg. initio.

— b 11. κατ' αὐτῆς.] Plato κατὰ ταῦτα αὐτῆς. Forte κατὰ ταυτὰ αὐτῆς; vel brevius κατ' αὐτήν;

618 c 4. Ὡς μὲν πρὸς ὑμᾶς.] Plato lib. x. de Repub. initio.

—— εἰρήσθω.] Plato εἰρῆσθαι.

— c pen. τῆς τῶν ἀκουόντ.] Hæc usque ad αὐτὰ supplevimus ex Platone, quæ librariorum oculis vocum τοιαῦτα et αὐτὰ similitudo subduxerat.

— d 9. Τῶν μὲν τοίνυν.] Plato p. 512 f.

619 d 3. Κρεώφιλος.] Ita etiam Plato. At Eustathius Iliad. β'. p. 330. extrema, et Suidas, Κρεώφυλον scribunt per υ. Suidæ Astyclis filius, patria Chius aut Samius dicitur: Eustathio Samius διωρισμένως. Is Homerum hospitio cum excepisset, ἔλαβε δῶρον ἐξ αὐτοῦ τὴν ἐπιγραφὴν τοῦ ποιήματος, ὃ καλοῦσιν Οἰχαλίας ἅλωσιν· τουτέστιν, ἔσχεν εἰς ἀντίδοσιν ἐξ Ὁμήρου, τὸ μὴ ἐπιγράψαι τὸ βιβλίον ἑαυτῷ, ἀλλὰ τῷ φίλῳ Κρεωφύλῳ. Alii poëmatis auctorem Creophylum ipsum agnoscunt, quod tamen Homero propter hospitii necessitudinem inscripserit. Unde Callimachus hanc isti poëmati vocem attribuit, [Callim. Epigr. 6.]

> Τοῦ Σαμίου πόνος εἰμὶ, δόμῳ ποτὲ θεῖον Ὅμηρον
> δεξαμένου· . . . . Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι
> γράμμα· Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα.

Trunci versus. Nam secundus, opinor, πεντάμετρος esse debuit: tertius iterum ἑξάμετρος: quartus est integer. Nihil tamen ex sensu detractum. Addit Eustathius, nonnullos Creophylum istum Homeri præceptorem appellasse. At Platoni hoc loco non tantum nomine sed etiam institutione ridiculus est, quod vix in Homeri præceptorem cadat. Et subobscurum est, quod insinuat, quam ridiculus ipse fuerit, ex iis quæ de Homero traduntur, intelligi: nisi τοῦ γελοίου causam inde sumat, quod ei carmini nomen suum inscribi pateretur, cujus parens Homerus esset.

— d 7. πολλὴ ἀμέλεια.] Incertum est, utrum adversus Homerum Creophylus, an Homerus erga Creophylum negligentior

fuerit; an denique neglectus a suis Creophylus, etiam dum Homerus viveret. Eandem in versione ambiguitatem retinui. Contemptum quidem illum in Creophylum cadere vel eo probabile fit, quod ridiculus Platoni dicatur. Nec veri tamen absimile quin Homero conveniat, quem sui omnes, ut paulo post significat, errare passim et vagari paterentur.

620 a. Πρωταγόρας.] Notissimus hic, vel philosophus vel sophista, ex Diogene, Athenæo, Suida, Platone in Protagora, et alibi passim, et al. Diogenes Thurios solum nominat, quos legibus instituerit: forte cum Athenis pulsus eam in Italiæ oram Pythagoræ adventu et disciplina jam celebrem migrasset. Nec Prodicus ignotior, patria Κεῖος, hoc est Ceus, non Χεῖος, aut Χῖος, i. e. Chius, ut hanc in editionem, quemadmodum et in Ficini versionem, irrepsit. Suidam consule, qui eum Protagoræ discipulum fuisse tradit. Huic Xenophon Memorabil II. p. 737. opus attribuit de Hercule in bivio, quem hinc inde Virtus et Voluptas allicerent. Quæ civitas ejus aut præceptis aut legibus usa fuerit, non reperio.

— a 4. παρεστάναι.] Malim παριστάναι ex Platone.

— a 6. οἰκεῖν.] Plato, διοικεῖν.

— b 9. οἴκοι.] Hanc vocem Plato non agnoscit.

— c 4. ἑκάστῳ.] Plato ἑκάστων. Neutrum satis mihi probatur; mallem ἑκάστη.

— d 1. ἐπιγυμνωθέντα, &c.] Purior ac tersior Platonis lectio est, ἐπεὶ γυμνωθέντα γε τ. τ. μ. χ. τὰ τῶν ποιητῶν, &c.

621 a 5. Λέγουσί που.] Plato Leg. X. p. 665 h.

— a ult. ἑπόμενοί γε.] Ficinus hæc non satis ex philosophi mente: *Quare sequamur ipsos, inquiramusque quidnam intellexerint.*

— c 10. οὕτως γεγεννηκέναι.] Quid si ὄντως γεγονέναι? ut paulo ante, c 3. διὰ τούτων γεγονέναι. Nec enim οὕτως cum ταύτῃ et κατὰ ταυτὰ sine intolerabili ταυτολογίᾳ conjungi potest; nec γεγεννηκέναι quo referatur quicquam habet.

— d 6. παιδιάς.] Plato παιδείας, Ficinus *res*. Malui παιδιὰς cum Eusebio; sequitur enim κατ' ἀνθυποφορὰν, d 9. αἳ δέ τι καὶ σπουδαῖον ἄρα γεννῶσιν. Ex aliis igitur παιδιάς τινας existere vult, ex aliis σπουδαῖόν τι nasci utcunque concedit.

— d 8. ἑαυτῶν.] Quorum obsecro? an εἰδώλων? ridicula esset ista sententia, imo nulla. Scribendum igitur αὐτῶν, ut referatur ad θνητῶν, aut αὐτῆς ut cum ἀληθείας conjungatur.

622 a 5. ἄλλῃ.] Plato ἄλλοις.

— a 6. νομοθετούμενοι.] Ficinus pro νομοθετοῦντες intellexit: vertit enim, *prout singuli secum consentientes lege sanxerunt.* Rectius multo de diis ipsis, pro legum diversitate diversis, intelligas.

— b 4. ἰδιωτῶν.] Quare Ficinus ἰδιώτας scriptores verterit, non video.

623 a 1. σωμάτων ἔμπροσθεν.] Hoc argumentum, quo animorum immortalitatem concludit, uberius in Phædone persequitur.

623 b 2. ὀρθῶς αὐτοὶ, &c.] Plato hæc ita legit, ὀρθῶς ἐπονομάζουσιν αὐτὸ τοῦτο, ὕστερα, &c. quæ verior lectio est: sane apud Eusebium τούτου ὕστερα in τούτων ὕστερα mutandum esset.

— b 6. ψυχὴ δ' ἐν πρώτοις.] Platonica redundantia est, quæ in sequentibus etiam cernitur, cum addit ἂν ψυχήν τις ἐπιδείξῃ πρεσβυτέραν οὖσαν σώματος. Tu, si placet, Græca cum Ficini versione compone.

— b 8. διαφερόντως φύσει, &c.] Corrigendus hic ex Platone locus, apud quem ita legitur, διαφερόντως, ὅτι φύσει ταῦτά ἐσθ' οὕτως ἔχοντα, &c.

— c 6. Ἄγε δὴ, &c.] Plato Legum X. p. 667 f.

—— θεόν.] Forte θεοὺς, sequitur enim ἐπί γε ἀπόδειξιν τὴν αὐτῶν.

— c ult. παρακεκλήσθω.] Ita, si θεὸν legamus; si θεοὺς, παρακεκλήσθωσαν. Apud Platon. παρακεκλήσθων.

—— ἐχόμενοι δὲ, &c.] Ficinus, *rationemque ingrediamur, rudentibus tutissime tensis.* Judica.

— d 4. φαίνεται κατὰ τάδε.] Hinc emendari Plato possit, apud quem vitiose legitur, φαίνεται· Κᾆτα δὲ, ὦ ξένε, &c.

624 a 1. Ἔτι καὶ τῇδε.] Plato ibid. p. 668 d. unde sumpsimus Ἔτι, pro ἐπεὶ, quod ante legebatur: sequentia καὶ τῇδε retinui, licet apud Platonem habeatur, δὴ καὶ τόδε.

— a 7. ἄλλου.] Sic Plato, non ἄλλης, ut prior editio.

— c 1. μῶν ἄλλο, &c.] Ficinus, *Num ob aliud vivere ipsum, quam ob hoc putabimus? Ob hoc ipsum.* Legit forte ἔν τινι, non ἔν τισι, et τούτῳ pro ταύτῃ τῇ ψυχῇ sumpsit. At Plato nondum id agit, ut corpus animo vivere ostendat; sed tantum, ut animum ipsum per sese vivere doceat. Forte τοῦτο pro τούτῳ melius legeretur.

— d 2. εἰς ἶσα μέρη.] Hæc Plato non habet.

— d 10. ἄρτιον ὀνόματι, &c.] Ficinus legit ὀνόματι, καὶ λόγῳ δίχα διαιρούμενον, ut ἄρτιον cum solo ὀνόματι, et διαιρούμενον cum λόγῳ conjungatur. Nec displicet ea distinctio. Utramque tamen editionem sequutus sum, quod in ea lectione major quædam, et qualis a Platone postulatur, ὀνόματος et λόγου conjunctio videatur.

626 d pen. τῶν ἁπάντων.] Post ἁπάντων prioris editionis turpe glossema cum Platone sustulimus; legebatur enim, τούτοιν δὴ τοῖν κινήσεοιν.

627 a 3. τὴν ἐν ἑνὶ φερομένην.] Ita reposui ex alt. MS. cum et in priori editione et apud Platonem legeretur, τοῖν ἐν ἑνὶ φερομένοιν. Sane quæ sequuntur, αὐτὴν, οἰκειοτάτην, ὁμοίαν, huic emendationi egregie suffragantur.

— a 5. οὖσαν.] Sic omnino legendum non οὐσῶν, ut Plato et prior editio.

— a ult. ἀπεικασμένα.] Ita recte Plato, non ἀπεικασμένην, quod perperam ante legebatur.

— d 5. ἐλπὶς πολλή.] Non vertit Ficinus. Idem est ac κιν-

δυνεύει, ἔοικεν, φαίνεται, et cætera id genus Platoni familiaria, cum verisimile quid esse ait.

628 a 10. διάγειν.] Mirum est præteritam ab Eusebio sequentem periodum, quæ conceptis verbis animum illum alium non esse quam Deum ita concludit: Αὐτοῦ (Ἡλίου) δὴ ἄμεινον ταύτην τὴν ψυχὴν, εἴτε ἐν ἅρμασιν ἔχουσα ἡμῖν ἥλιον ἄγει φῶς τοῖς ἅπασιν, εἴτ' ἔξωθεν, εἴθ' ὅπως, εἴθ' ὅπῃ, θεὸν ἡγεῖσθαι χρεὼν πάντα ἄνδρα, ἢ πῶς; Ναὶ, τόν γέ που μὴ ἐπὶ τὸ ἔσχατον ἀφιγμένον ἀνοίας.

— b 3. Πάντες γάρ.] Plato p. 79 d.

——— ὄντως.] Melius, quam ut in Platone οὕτως.

— d 4. καὶ μὴ μόνον, &c.] Ficinus, *nec modo putemus alia sine periculo proferri non posse:* nullo, ut videtur, sensu, aut plane contrario.

629 d 8. σωμασκίαν.] Plato σῶμα, σκιὰν, flagitioso errore, qui Ficino admodum imposuit: vertit enim, *animam corpusque præbet, dum imprimit umbram.*

630 c 3. Τὸν δ' ἡγούμενον.] Plato Leg. X. p. 670 d.

— d 6. ταράττῃ ταννῦν.] Hæc apud Platonem ita leges, ταράττῃ ταννῦν ἐν ἅπασι τούτοις· ἰδὼν ἢ δ. ἀ. α. ἢ κ. π. αὐτὸς αὐτόπτης προστυχὼν, &c. Ego libenter αὐτῶν τινι expunxerim, sequitur enim de pluribus γενομένων τισί. At ὅταν retineo, præsertim cum sequatur τότε. Credo etiam ἰδὼν abesse posse, nisi sit εἰδὼς, scire autem potest, seu quod viderit, seu quod audierit.

631 a 6. προσιόν.] Mallem προϊόν.

— d 4. ὁ ποιητής.] Hesiodus: cujus in Ἔργ. illud est [α'. 301.]

ὅς κεν ἀεργὸς
ζώῃ, κηφήνεσσι κοθούροις εἴκελος ὁρμήν.

Virgil. IV. Georg. [168.]

Ignavum fucos pecus a præsepibus arcent.

— d 5. ὁ τοιοῦτος.] Ficinus et Serranus vertunt, *odio habeatur.* Quæ *odium* significet, vox nulla est: sed Platonica trajectio, quasi diceret τοιοῦτος ἂν γίγνοιτο, ὃν ὁ ποιητὴς, &c. Articulus autem ὁ cum τοιοῦτος Attice conjunctus est.

— d 13. τῶν μὲν μεγάλων.] μεγάλων et σμικρῶν vertenti exciderunt. Corrige, *majora curabit, negliget minora.*

632 a 2. Ποίῳ δὴ λέγομεν.] Rectius, quam apud Platon. Ποίῳ δή; λέγομεν.

633 b 4. ἐπιμελὲς ἔσται.] Plato ἐπιμελουμένῳ.

——— ἀμελές.] Plato ἀμελοῦντι.

— b 5. εἶθ'.] Non habet Plato istud εἶθ'.

— d 3. μὴ λέγειν ὀρθῶς.] Recte. Nam apud Platonem ὀρθῶς respondenti Cliniæ perperam tribuitur.

— d 6. τοῖς λόγοις.] Post λόγοις, in priori editione addebatur, ὁμολογεῖν αὐτὸν μὴ λέγειν ὀρθῶς: sed hæc Plato non agnoscit, et superioribus ex versibus alienum in locum irrepserant.

634 a 3. σὲ δὲ λέληθε, &c.] S. Augustin. lib. i. cont. Academic.

initio: *Etenim fortasse*, inquit, *quæ vulgo Fortuna nominatur, occulto quodam ordine regitur, nihilque seu commodi seu incommodi contingit in parte, quod non conveniat et congruat universo.*

634 c 1. ἐμψύχων.] Legebatur ἔμψυχον, ut apud Platonem: sed annotat Serranus alibi etiam legi ἐμψύχον, ex quo ἐμψύχων facere malui: vere enim aqua illa, quæ frigida prius et immota consistebat, subjecto igne incalescens et ebulliens μετασχηματίζεται, ac propemodum ἐμψύχεται.

— c 4. τῆς μετατιθεμένης.] Usitatius et clarius diceretur, μετατιθεμένης τῆς κοσμήσ.

— d 4. τὸ δὲ κακὸν, βλάπτειν.] Mallem, τὸ δὲ βλάπτειν, κακόν.

635 a 8. ἐλάττω.] Forte ἐλάττω μὲν καὶ δικαιότερα, ut iis opponantur, quæ paulo post πλείω καὶ ἀδικώτερα.

— b 3. μείζω δὴ ψυχή.] Corruptus hic locus est. Editio Ficini et Serrani habet μείζων δὲ δὴ ψ. κ. ἢ ἀ. ὁ. μεταλάβῃ. Conjiciebam, μείζων δὴ ψ. κακίᾳ ἢ ἀρετῇ (vel κακίαν ἢ ἀρετὴν) ὁπόταν μεταβάλλῃ.

— b 7. τοιαῦτα διαφέροντα.] Plato τοιαύτη διαφέροντα. Serranus aliam lectionem affert, τοιαύτη διαφέρεται. Ego, si τοιαύτη retineatur, et διαφέροντα vel διαφέρεται rejiciatur, obscuritatis nihil admodum fore arbitror.

— b 10. μεθιδρύσατο.] Melius, quam apud Platon. μεθιδρύσασα, convenit enim cum præcedenti μετέβαλε.

— c 3. πάσχειν τε.] Plato post πάσχειν τε addit καὶ ποιεῖν, quod hic in periodi finem rejicitur.

— c 4. προσφυέσι.] Plato προσφερέσι, melius, cum sequatur προσφερεῖς.

— c 6. ἀτυχής.] Ficinus legit εὐτυχής.

— d 3. ἁγιώτερον.] Plato ἀγριώτερον, quod magis placet, vel ἀτοπώτερον, ut etiam legi Serranus annotat.

LIB. XIII.

639 d 1. Περὶ δὲ τῶν ἄλλ.] Idem locus citatur infra p. 692 b pen. Habetur autem in Timæo p. 530 f. Clemens Alexandrin. V. Stromat. p. 429. edit. Græco-Lat. eundem laudat, ex quo id concludit, multo verius Christo sanctisque prophetis res divinas pandentibus fidem haberi. Οὐκ οἶμαι, inquit, σαφέστερον ὑπὸ Ἑλλήνων προσμαρτυρήσεσθαι, τὸν Σωτῆρα ἡμῶν, καὶ τοὺς εἰς προφητείαν κεχρισμένους, τοὺς μὲν παῖδας θεοῦ ἀνηγορευμένους, τὸν δὲ Κύριον υἱὸν ὄντα γνήσιον, ἀληθεῖς εἶναι περὶ τῶν θείων μάρτυρας. διὸ καὶ δεῖν πιστεύειν αὐτοῖς, ἐνθέοις οὖσι, προσέθηκε. Eusebius contra hæc a Platone εἰρωνικῶς et χλευαστικῶς dicta interpretatur; licet eum infra p. 692. serio reprehendat, quod poëtis tantum in Timæo tribuerit, quibus alibi fidem prope omnem detraheret.

641 a 6. Ἐν τοῖς μείζοσιν.] Plato II. de Repub. p. 429 f.

— c 10. οὐ χοῖρον.] Hujus victimæ præ cæteris meminit, vel

quod antiquissima fuerit maximeque vulgaris, ut ex Varrone aliisque constat: quo pertinet illud Clement. Alexandrin. Strom. II. p. 297. λέγεταί γ' οὖν τινα τῶν φιλοσοφούντων ἐτυμολογοῦντα τὸν ὗν θῦν εἶναι φάναι, ὡς εἰς θύσιν καὶ σφαγὴν μόνον ἐπιτήδειον, itaque Plato eam μεγάλῳ καὶ ἀπόρῳ θύματι opposuerit: vel potius, quod in arcanis Cereris et Bacchi sacris præcipuum hoc victimæ genus haberetur, quo verba illa spectant, δι' ἀπορρήτων ἀκούειν, &c. Aristophani ejusque Scholiastæ crebra moris hujus mentio. Βατραχ. [340.]

Ὦ πότνια πολυτίμητε Δήμητρος κόρη,
ὡς ἡδύ μοι προσέπνευσε χοιρείων κρεῶν.

Scholiast. παρόσον, inquit, χοῖροι τῇ Δήμητρι καὶ τῷ Διονύσῳ ἐθύοντο, ὡς λυμαντικοὶ τῶν θεοῖν δωρημάτων. Et in Acharn. [747.] Megarensis quidam mercator puellas geminas porculorum larvis induebat, quas sub mysteriorum tempus in Attico foro venderet. His in saccum subeuntibus edicebat,

χῆσεῖτε φωνὰν χοιρίων μυστηρικῶν.

Ubi Scholiast. Ὅτι ἐν τοῖς μυστηρίοις τῆς Δήμητρος χοῖρος θύεται· ἀνάκειται δὲ τὸ ζῶον τῇ θεῷ. ἕκαστος δὲ τῶν θυομένων (for. θυόντων) ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἔθυεν. Ibidem quærenti Dicæopoli, Τί δαὶ φέρεις; respondet Megarensis,

χοίρους ἐγώνγα μυστικάς.

Hoc ipsum innuit Tibullus lib. i. Eleg. 10.

At nobis ærata Lares depellite tela,
Hostiaque e plena mystica porcus hara.

643 b 5. ὡς δοιοί.] Iliad. ω'. 527. versus isti sic leguntur,

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει,
δώρων, οἷα δίδωσι, κακῶν, ἕτερος δὲ ἑάων.

Qui secundus alius a Platonico est, sed Platonicus longe melior. Sequitur,

Ὧι μέν καμμίξας δώῃ Ζεὺς τερπικέραυνος,
ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅ γε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ.

Ita etiam Plato. Noster autem, κακῶν, ἐσθλῶν: utrumque rectum est. Concludit:

Ὧι δέ κε τῶν λυγρῶν δώῃ, λωβητὸν ἔθηκε,
καὶ ἑ κακὴ βούβρωστις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει.

Adi Eustathium hoc loco, ubi monet nonnullos secundi versus ambiguitate deceptos tria dolia pro duobus accepisse, ipsumque adeo Pindarum, ἔν τε ἄλλοις, καὶ ἐν οἷς λέγει,

Ἓν παρ' ἐσλὸν πήματα σύνδυο δαίονται βροτοῖς Ἀθάνατοι.

Quod explicans Eustath. λέγει δὲ, inquit, ἓν μὲν ἐσθλὸν, τὸ ἐκ τοῦ ἑνὸς πίθου· σύνδυο δὲ, τὰ ἐκ τῶν ἑτέρων δύο πίθων. Atque hinc omnino constat, cum Pindarus integro fere sæculo Platonem antecesserit, secundum illud carmen jam olim ita lectum esse, ut

hodieque legitur: Platonem vero τὸ ἀμφίβολον tollere voluisse. Ἔλλειψιν agnoscit Eustathius, ut κακῶν sit pro εἷς μὲν κακῶν.

643 c 3. Ταμίας ὁ Ζεύς.] Allusit forte ad illud Homer. Iliad. δ'. 84.

Ζεύς, ὅς τ' ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται.

Qui versus Iliad. τ'. 224. repetitur.

— c 5. ὁ Πάνδαρος συνέχεεν.] Consule Homerum Iliad. δ'. ubi Pandarus Minervæ quidem, sed Jovi obtemperantis, consilio atque impulsu Menelaum vulnerat, ac fœdus jam affectum omnino disturbat. Quo Virgilian. illud Æneid. V. [496.]

Pandare, qui quondam, jussus confundere fœdus,
In medios telum torsisti primus Achivos.

— c 8. Θέμιδος καὶ Διός.] Homer. Iliad. υ'. initio. Adi præterea Quintum Smyrnæum lib. xii. a vers. 198. ubi Themis acerrimam deorum contentionem, absente Jove concitatam, leni ac placida oratione sedat:

Ὣς φάτο· τοὶ δὲ πίθοντο, Διὸς τρομέοντες ὁμοκλὴν,
ὑσμίνης δ' ἔσχοντο, χόλον δ' ἀπὸ νόσφι βάλοντο
ἀργαλέον, φιλότητα δ' ὁμηθέα ποιήσαντο.

— c ult. ὅτι θεός.] Hic locus in tragœdiis Æschyli, quæ nunc extant, non occurrit.

— d ult. λέγοιεν.] Pro λέγοι: linea enim præcedente ποιητὴν dixerat. Familiaris Platoni numerorum mutatio.

644 a 1. καλοί.] Reponendum κακοὶ ex Platone. Atque ita legitur infra, p. 648 b 5.

— b 5. ἀπόχρη.] Approbantis vox est, quam satis feliciter æmulamur, cum dicimus, *C'est assez*; aut, *Cela va tresbien.*

— c ult. ἀνδρειοτάτην.] Plato οὐ τὴν ἀνδρειοτ. Sed nostra lectio magis placet. Quod si negatio adhiberetur, mallem ante ἥκιστα collocari, quæ significaret *nonne?*

645 b 6. ὡς θεοὶ ξείνοισιν.] Homerus Odyss. ρ'. 486.

646 a 7. ἐν τῇ ψυχῇ, &c.] Plato sic, ἡ ἐν τῇ ψυχῇ ἄγνοια, ἡ τοῦ ἐψευσμένου. Mallem τῇ τοῦ ἐψ. Ficinus, *in animo mentientis inscitia.* Imo, qui mentitur, contra mentem ipse suam, ac verum illud, cujus sibi conscius est, loquitur. Est ergo passivum ἐψευσμένος.

— d ult. ἐνυπνίου πομπήν.] Homerus Iliad. β'. initio.

647 a 3. ἐνδαιτεῖσθαι.] Hæc apud Æschylum non legi. Apud Platonem est ἐνδατεῖσθαι. Hesychio ἐνδατουμένη non tantum ἐπιλαμβανομένη, μερίζουσα, sed etiam ἐνδατούμενος, οἱονεὶ κακῶς λέγων σφοδρῶς. Hic videtur esse ἐνδαιτεῖσθαι, seu ἐνδατεῖσθαι, ἐν δαιτῇ [δαιτὶ] κατειρωνεύειν: sensus quidem id postulat. Ficinus hoc verbum præterit.

— a 4. μακραίωνος βίου.] Hoc malo, quam μακραίωνας βίους, ut apud Platonem.

— a pen. χορὸν οὐ δώσομεν.] Neque id vertit Ficinus. Notum

est qui tragœdiam docebat, huic legendi quoque docendique chori potestatem fieri solitam.

649 b 10. *φιλίαν τε καὶ ὑποστροφήν.*] Ita Clemens Alexandrin. Protrepticon suum concludit: *Εἰ δὲ κοινὰ τὰ φίλων, θεοφιλὴς δὲ ὁ ἄνθρωπος τῷ θεῷ·* (f. addend. *φίλος·*) *καὶ γὰρ οὖν φίλος, μεσιτεύοντος τοῦ Λόγου· γίνεται δὴ οὖν τὰ πάντα τοῦ ἀνθρώπου, ὅτι τὰ πάντα τοῦ θεοῦ, καὶ κοινὰ ἀμφοῖν τοῖν φίλοιν τὰ πάντα, τοῦ θεοῦ καὶ ἀνθρώπου.* Et paulo post de verborum operumque similitudine, *Ὧδέ πως ἔχει τὰ ἡμέτερα, τῶν Χριστοῦ ὀπαδῶν· οἷαι μὲν αἱ βουλαὶ, τοῖοι καὶ οἱ λόγοι· ὁποῖοι δὲ οἱ λόγοι, τοιαίδε καὶ αἱ πράξεις· καὶ ὁποῖα τὰ ἔργα, τοιοῦτος ὁ βίος· χρηστὸς ὁ σύμπας ἀνθρώπων βίος, τῶν Χριστὸν ἐγνωκότων.*

— d 6. *Αὐτοὶ δέ.*] Plato in Euthyphrone, p. 49. Hic autem loquitur Euthyphro, qui factum ipse suum deorum maximi exemplo defendebat.

— d pen. *αὐτόν.*] Melius *αὖ τὸν*, ut Plato.

650 a 4. *Ἀρά γε, ὦ.*] Hic Socrates loquitur.

651 b 6. *Ὦ φίλε Κρίτων.*] Plato in Critone, p. 371 b.

— c 6. Animus philosopho dignus. Audi et Senecam, sed jam senem ac morti propinquiorem, Epist. 26. *Ego certe*, inquit, *velut appropinquet experimentum, et ille laturus sententiam de omnibus annis meis dies venerit, ita me observo et alloquor. Nihil est, inquam, adhuc, quod aut rebus aut verbis exhibuimus. Levia sunt ista et fallacia pignora animi, multisque involuta lenociniis. Quid profecerim, morti crediturus sum. Non timide componor ad illum diem, quo, remotis strophis ac fucis, de me judicaturus sum, utrum loquar fortia, an sentiam: numquid simulatio fuerit, et mimus, quicquid contra fortunam jactavi verborum contumacium. Disputationes et literata colloquia, et ex præceptis sapientium verba collecta, et eruditus sermo, non ostendunt verum robur animi. Est enim oratio etiam timidissimis audax. Quid egeris, tunc apparebit, cum animam ages.* Vide et Epistol. 30. Qualis extremo illo actu re ipsa fuerit, disces ex Tacito lib. Annal. xv. nam supremas ejus voces temporum invidit injuria.

652 b 9. *τοῦτο πράττων.*] Malui uno verbo, *studiose:* idem tamen est, quod Latini a Numa instituti seriis in rebus ac præsertim in sacris admonebant: *Hoc age.* Plutarch. in Numa, [p. 69 d] *ὧν ἴχνος τι μέχρι νῦν διασώζοντες, ὅταν ἄρχων πρὸς ὄρνισιν ἢ θυσίαις διατρίβῃ, βοῶσιν* ΟΚ ΑΓΕ. *σημαίνει δὲ ἡ φωνὴ,* Τοῦτο *πρᾶσσε.* Idem in Rom. Quæstion. [270 c.] *Ῥωμαῖοι τὸ παλαιὸν ἐν ταῖς ἑορταῖς οὐδὲν ᾠκονόμουν, οὐδὲ ἐφρόντιζον, ἀλλ' ἢ περὶ τοὺς θεοὺς ἠσχολοῦντο, καὶ τοῦτο ἔπραττον.*

— c 4. *τοῦ ἑνὸς ἐκείνου.*] Seneca in quad. Epist. *Argumentum pessimi turba est.* Et, *Numeranda non sunt judicia, sed ponderanda.*

653 a 8. *ἀλλὰ μετ' ἐκείνου.*] Animum accipe. Id enim vult Socrates, si ægro corpore injucunda vita est, corrupto animo, qui solus justitiæ capax et injustitiæ, longe graviorem eam videri debere.

[653 c. μὴ μετατίθεσθαι.] Vigerus *nec unquam omnino dimittere.* τὸ μετατίθεσθαι aliter exprimi oportuit. Προσήκει μὴ μετατίθεσθαι *æquum est, convenit, non desciscere, non mutare sententiam.* Est enim μετατίθεσθαι idem quod μεταδοξάζειν, *respuere quod prius adprobaveras.* Galen. l. 1. de Elem. secundum Hippocr. c. 2. μέγιστον εἶναι νομίζοντες κακὸν τὸ μετατίθεσθαι πρὸς τὰ βελτίω. Reinesius Var. Lect. III. 6. p. 448.]

— d 5. οὐδενὶ τρόπῳ.] Plato in eod. Critone, p. 372 f.

655 b pen. Σὺ δὲ τότε.] Ibid. p. 374 a.

— d 1. ἀλλὰ τί οὖν.] Plato, Ἄλλο οὖν (φαῖεν) ἤ. Legendum arbitror, Ἄλλοτι οὖν (φαῖεν) ἤ, phrasi ac sensu Platoni familiarissimis.

658 a 4. οὐκ ἐμμένεις.] Locus hic in priori editione misere truncatus fuerat: legebatur enim, οὐκ ἐμμένοις τοῖς ὡμολ. ἐὰν ἡμῖν, &c. contrario plane sensu. Integrum hic dedimus ex Platone.

— b 2. ὅστις γὰρ νόμων.] Plato ibid. p. 374 d.

— d 3. οὐδεὶς ὃς ἐρεῖ;] Ita recte scribit distinguitque Plato: male in priori editione οὐδείς σε ἐρεῖ ἴσως.

659 d 2. Ἴσως δέ.] Plato, in Apolog. Socrat. 363 d.

661 c 4. Καὶ μετὰ βραχέα.] Imo satis multa; sequentia enim habentur p. 368.

— c 5. ὡς πολλὴ ἐλπίς.] Cicero Tuscul. I. sect. 97. locum hunc convertit ille quidem, sed tamen sæpe Socratem minus κατὰ πόδας sequitur. Quantum licuit, divini hominis in dicendo voces atque sententias orationi nostræ intexuimus.

— d 10. τὸν μέγαν βασιλέα.] Persarum regem, Græcorum more, fortassis intelligit; malui tamen de quocunque accipere, ut latius pateret Socratis oratio, quam hoc loco, minus, ut mihi videtur, fideliter expressit Ficinus, ut facile deprehendet, qui cum singulis singula contulerit.

663 a 1. τῶν δὲ δή.] Plato lib. v. de Republ. p. 464 b.c. Quibus similia Menexeno toto sapienter et copiose persequitur, p. 402. et seq.

— c 10. Ἀριστοβούλου.] Hunc etiam supra laudavit p. 324 a. et 376 a.

664 a 2. διηρμήνευται γάρ.] Vide supra p. 351 b. 354 a. 410 d.

— d 1. φθέγξομαι, &c.] Consule Justinum Martyrem in Parænet. p 12. ubi Orphei loco hæc præmittit: Ὀρφέως γ' οὖν, ὁ τῆς πολυθεότητος ὑμῶν, ὡς ἂν εἴποι τις, πρῶτος διδάσκαλος γεγονώς, οἷα πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μουσαῖον καὶ τοὺς λοιποὺς γνησίους ἀκροατὰς, ὕστερον περὶ ἑνὸς καὶ μόνου θεοῦ κηρύττει λέγων, ἀναγκαῖον ὑπομνῆσαι ὑμᾶς. Adi et Clement. Alexandrin. Strom. V. p. 443. nisi malis apud Nostrum legere, infr. p. 685. ubi carptim ex eodem Orpheo nonnulla delibat. Aristobulus plenissime.

665 a 3. αὐτοτελής.] Justinus αὐτογενής.

—— αὐτοῦ δ' ὕπο, &c.] Justinus et Clemens, αὐτοῦ δ' ἔκγονα πάντα τέτυκται. Addit Clemens legi etiam πέφυκεν.

665 a 5. περινίσσεται.] Justin. περιγίγνεται.

— a 7. Ψυχῶν θνητῶν, &c.] Justin. θνητῶν· αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται. Certe apud Eusebium aut ψυχῶν pro ἀνθρώπων sumitur, aut scribuntur pugnantia: sequitur enim, νῷ δ' εἰσοράαται: nisi hæc Orpheo subtilitas placuit, ut animo Deum videri negaret, mente concederet.

— a 8. Αὐτὸς δ' ἐξ ἀγαθῶν, &c.] Clemens infra p. 687 b 1.

Αὐτὸς δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι φυτεύει,
Καὶ πόλεμον κρυόεντα·

Justinus autem,

Οὗτος δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι δίδωσι,
Καὶ πόλεμον κρυόεντα, καὶ ἄλγεα δακρυόεντα.

Quorum versuum alia longe mens videtur. Eusebianorum sensus est, Deum ex bonorum suorum thesauris mala proprie dicta non immittere, tametsi bellum et aliæ id genus calamitates, quæ malorum pœnæ non mala sint, ab eodem inferantur. Apud Justinum et Clementem ἐξ ἀγαθοῦ vel est μετὰ τ' ἀγαθὸν, vel ἐξ ἀγαθῆς διαθέσεως· ut ἀπὸ τοῦ βελτίστου, seu τοῦ κρατίστου, *optima fide, optimoque consilio.* Dionys. Halicarnass. I. αἰσθόμενος οὐκ ἀπὸ τοῦ βελτίστου ταῦτα πράττοντα τὸν ἀδελφὸν, i. e. *ubi sensisset hæc a fratre animo non optimo fieri.* Et lib. vii. ὁ δὲ ἀγαθὸς, καὶ ἀπὸ τοῦ κρατίστου πρὸς τὰ κοινὰ προϊὼν, *at vir bonus, optimoque animo ad rempub. accedens.* Interdum ἀπὸ παντὸς τοῦ βελτίστου. Idem lib. iii. τοῖς δὲ ἀπὸ παντὸς τοῦ βελτίστου κρίνουσι τὸ συμβεβηκὸς, *at iis, qui de illo casu bono ac sincero animo judicabant.*

— b 1. σὺ δέ κεν, &c.] Justin. χωρὶς μεγάλου βασιλῆος. Quæ sequuntur, omittit, usque ad Αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω.

— b 9. post ἐστήρικται,] Justin. et Clemens addunt,

Πᾶσιν γὰρ (malim δὲ) θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις.

Sequiturque apud Justinum,

Ἀσθενέες δ' ἰδέειν Δία τὸν πάντων μεδέοντα.

Apud Clementem vero,

Μικραὶ, ἐπεὶ σάρκες τε καὶ ὀστέα ἐμπεφύασιν.

— c 1. λοιπὸν ἐμοὶ, &c.] Hæc et sequentia usque ad Αὐτὸς δὴ μέγαν d 4. Justinus non repræsentat. Hic autem forte legendum λοιπὸν ἐμ' ἱστᾶσιν.

— c 5. Εἷ μουνογενής.] Clemens infra, 685 b.

— d 2. Νάματος, &c.] Hic versus a Clemente omittitur.

— d 4. Αὐτὸς δὴ μέγαν.] Justinus,

Οὗτος γὰρ χάλκειον ἐς οὐρανὸν ἐστήρικται.

— d 6. γαίη δ' ὑπὸ π.] Justinus γαίης δ' ἔπι ποσσί. Juxta illud Isaiæ, *Terra autem scabellum pedum meorum.*

— d 10. Ἐκτέτακεν, &c.] Justin. Πάντοθεν ἐκτέτακεν· περὶ γὰρ (mallem δι') τρέμει οὔρεα μακρὰ, Καὶ ποταμοὶ, πολιῆς τε βάθος χαροποῖο θαλάσσης. Cætera non habet.

666 a 3. *καὶ μέσσον.*] Rectius Clemens infr. p. 685 pen. *ἅμα, καὶ μέσον.*

668 d 1. Τὰ δ' ἑξῆς.] Clemens Alexandrinus Stromat. V. p. 431 a. edition. Græco-Lat. at Latinæ 594.

— d 9. *καθάπερ οἱ σοφοὶ παλαισταί.*] Clementis interpres hæc *παρακοῦσαι* videtur: vertit enim, *si nec sapientes luctatores aliud eas ostendere significant.* Atqui similitudo petitur a palæstritis, qui aliud ipso motu corporis oculorumve conjectu præ se ferunt, aliud re ipsa cogitant. Vulgo dicimus, *faire des feintes.*

669 a 11. *τὸ μὴ τόδε,* &c.] Hæc apud Clementem ita concepta reperies: *καὶ τολμηρότερον ἤδη μὴ ὂν πρὸς τ. Π. εἰρῆσθαι. καὶ μή τι μυστικώτατα μίαν τὴν ὄντως,* &c. Quibus similia leguntur in MS. Euseb. Nihil tamen in nostra lectione mutandum censeo, præsertim cum ex illis *καὶ μή τι μυστικ.* satis commoda exprimi sententia nequeat.

— d 4. Ἐνταῦθα δή.] Plato lib. x. de Repub. p. 519 d.

— d 5. *τὸ φθέγμα.*] Hervetus reddit *Sermonem intelligentes.* *φθέγμα* hic *φθόγγος* est et *μύκημα*, mugitus, quem immanis hiatus ediderat. Præcessit enim apud Platonem, *οὓς* (homines teterrimos) *οἰομένους ἤδη ἀναβήσεσθαι, οὐκ ἐδέχετο τὸ στόμιον, ἀλλ' ἐμυκᾶτο, ὁπότε τις τῶν οὕτως ἀνιάτως ἐχόντων εἰς πονηρίαν, ἢ μὴ ἱκανῶς δεδωκὼς δίκην, ἐπιχειροῖ ἐνιέναι.*

— d 6. Ἀριδαῖον.] Ita Justin. Martyr in Parænet. p. 19. Clem. Ἀρίδαιον. At Plato Ἀρδιαῖον.

— d 8. *καταβαλόντες.*] Clemens, *καταλαβόντες.*

— d 10. *κάμπτοντες.*] Justinus, *γνάμπτοντες.* Plato, *κνάμπτοντες,* eod. sensu. Clemens et MS. *κνάπτοντες.* Quod postremum si probatur, dicendum est eos non utcunque carptos et laceratos esse, verum etiam ad majorem doloris sensum aspalathis impositos. Ego alterum prætulerim.

—— *οἱ μὲν γὰρ ἄνδρες.*] Justinus inde resurrectionis etiam dogma colligens, Ἐνταῦθα, inquit, *μοι δοκεῖ ὁ Πλάτων οὐ μόνον τὸν περὶ κρίσεως παρὰ τῶν προφητῶν μεμαθηκέναι λόγον, ἀλλὰ καὶ τὸν περὶ τῆς ἀπιστουμένης παρ' Ἕλλησιν ἀναστάσεως· τὸ γὰρ μετὰ σώματος κρίνεσθαι τὴν ψυχὴν φῆσαι, οὐδὲν ἕτερον δηλοῖ, ἢ ὅτι τῷ περὶ τῆς ἀναστάσεως ἐπίστευσε λόγῳ. οὐ γὰρ δή που τὴν ψυχὴν, κεφαλὴν, καὶ χεῖρας, καὶ πόδας, καὶ δέρμα, ἔχειν φήσουσιν.*

670 a 6. *ποιητικῶς.*] Clementem corrige, apud quem male, *προφητικῶς.*

— b 3. Ἐπειδὴ δ' οὖν.] Plato lib. x. de Repub. p. 521 d. ista pluribus.

— b 4. *προσιέναι.*] Mendose apud Clement. *προεῖναι.*

— c 1. *ὁρατός τε γὰρ,* &c.] Plato, *ὁρατὸς γὰρ, ἁπτός τε ἐστι, καὶ σῶμα ἔχων.* At Clemens, *ὁρατός τε γὰρ ὢν, ἁπτός ἐστιν· ἁπτός τε ὢν, καὶ σῶμα ἔχει.*

— c 5. *ὡς ἂν ἐκ μόνου γενομ.*] Sensus quidem sine aliorum verborum accessione constat: plenius tamen apud Clementem post

σημαίνει legitur, καθάπερ υἱὸν, πατέρα δὲ αὐτοῦ κεκλῆσθαι, ὡς ἂν ἐκ μόνου γεν.

670 c ult. τῶν ἐν οὐρανοῖς.] Vulgo sic legitur, τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.

671 b ult. κατὰ τὰ γένη.] Recte. Apud Clementem autem vitiose καὶ pro κατὰ, quod etiam imposuit interpreti. Certe Plato non δημιουργεῖ τὰ νοητὰ, sed τὰ αἰσθητὰ ad exemplar τῶν νοητῶν elaborata significat.

— d pen. ἐν τῷ Φαίδρῳ.] P. 348.

672 a 2. Λύσιδι.] Vera lectio, et Platonica. Itaque corrigendus Clemens, apud quem mendose legitur Λυσίᾳ. Fuit quippe Lysias rhetor alius a Platonico Lyside. Locus autem extat apud Platon. p. 110. et seq.

— a 4. Ἀθηναῖος ξένος.] Plato lib. iv. Leg. p. 601 a.

— b 7. Ἐπαινός τε, ὅρκος τε.] De juramento pluribus disputat lib. xii. Leg. p. 689.

— b 9. μετὰ βραχέα.] Imo, at multa, quæ hic prætermittit Eusebius, cujus verba ista sunt, Καὶ μετὰ βραχέα. Sequentia vero, ἀδελφοὺς δὲ, &c. sunt Clementis, p. 434. edit. Græco-Lat.

— d 6. Λέγω μὲν δή.] Locum hunc integrum supra leges p. 602 c.

673 c 8. ἀλλ' ὑμεῖς μέν.] Iliad. η'. 99. Menelaus paulo commotior ita Græcos alloquitur, τοὺς μὴ ἑτοίμως δεξαμένους τὴν τοῦ Ἕκτορος περὶ τῆς μονομαχίας πρόσκλησιν, ut legimus apud Justin. Martyr. in Paraenet. p. 23. Quod Eustathius sic explicat, ἀντὶ τοῦ, νεκρωθείητε, inquit, καὶ τοῦ μὲν ζωογόνου πνευματώδους θερμοῦ στερηθείητε, γένοισθε δὲ ὕδωρ καὶ γῆ, ἃ δὴ ἐναπομένει τοῖς νεκροῖς σώμασι.

— d 1. Ἦν κεῖνος.] Ita versus istos ex Clemente distinximus, ac restituimus.

—— Προμηθέως.] Legend. Προμηθῆος, ut versus constet.

674 a 7. Ἤδη γὰρ δηρόν.] Homerus Iliad. ξ'. 206.

— b 6. Θεῷ δυνατόν.] Pindari fragmenta locum hunc repræsentant.

675 b 2. Ἓν ἀνδρῶν.] Theodor. Canterus lib. ii. variar. lection. c. 11. hos Pindari versus illustrat.

— b 5. ἀριστοτέχναν πατέρα.] Canterus ibid. Plutarchi loca profert, ubi ex Pindaro id nominis Deo tribuitur. Pindari versus idem ex Dionis Chrysostomi Olympico hunc in modum refert,

Δωδωναῖε μεγασθενὲς,
ἀριστοτέχνα πάτερ.

Licet ibi nominatim Pindarus non appelletur.

676 b pen. ἁπτόμενον μέτρῳ, &c.] Hinc Clementem emendes licet, apud quem vitiose admodum legitur, ἁπτόμενον μέτρα, καὶ ἀποσβεννύμενον μέτρα: quæ simili vitio reddidit interpr. *mensuras accendens, et extinguens mensuras.*

677 a 10. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς.] Plato X. de Repub. p. 519 e.

677 d 8. Καλλίμαχος.] Supra [p. 668 a.] Lino tribuebatur hic versus.

678 a 9. Σόλωνος ἐλεγεῖαι.] Adi eundem Clementem lib. vi. p. 494. ubi septenarii numeri mysteria uberius persequens, de Solone sic loquitur, Τάς τε τῶν ἡλιακῶν μεταβολὰς κατὰ ἑβδομάδα γίγνεσθαι Σόλωνος αἱ ἐλεγεῖαι δηλοῦσιν ὧδέ πως·

Παῖς μὲν ἄνηβος ἐὼν ἔτι νήπιος ἕρκος ὀδόντων
φύσας ἐκβάλλει πρῶτον ἐν ἕπτ' ἔτεσιν·
τοὺς δ' ἑτέρους, ὅτε δὴ τελέσῃ θεὸς ἕπτ' ἐνιαυτοὺς,
ἥβης ἐκφαίνει σπέρματα γινομένης· &c.

— b pen. Ξενοφῶν.] Hæc totidem verbis apud Xenophontem non reperio. Est tamen Memorabil. IV. p. 802. locus huic admodum affinis, Ὁ τὸν ὅλον κόσμον, inquit, συντάττων τε καὶ συνέχων, &c. οὗτος τὰ μέγιστα μὲν πράττων ὁρᾶται, τόδε δὲ οἰκονομῶν, ἀόρατος ἡμῖν ἐστιν. Ἐννόει δὲ, ὅτι καὶ ὁ πᾶσι φανερὸς δοκῶν εἶναι ἥλιος, οὐκ ἐπιτρέπει τοῖς ἀνθρώποις ἑαυτὸν ἀκριβῶς ὁρᾶν· ἀλλ' ἐάν τις αὐτὸν ἀναιδῶς ἐγχειρῇ θεᾶσθαι, τὴν ὄψιν ἀφαιρεῖται. Tum de fulmine, ventis, animo, quæ per sese videri cum nequeant, admirabiles tamen effectus virium suarum indices ac testes relinquunt.

679 a 1. τὴν σφετέραν.] Apud Theodoretum, lib. iii. de Græc. Affect. Cur. p. 49. hic versus ita legitur,

Καὶ ἴσην τ' αἴσθησιν ἔχειν φωνήν τε δέμας τε.

— a 4. Ἀλλ' εἰ χεῖρας.] Theodoretus ibid. Ἀλλ' εἴ τοι χεῖρας εἶχον βόες, ἢ ἐλέφαντες.

— a 9. ὅμοιοι.] Theodoret. ὁμοίας, uti conjeceram. Subdit idem Græcorum medicus, Xenophanem illum eodem in argumento versantem, populorum quorundam ex more, huic suæ cogitationi fidem asserere: Τοὺς μὲν γὰρ Αἰθίοπας μέλανας καὶ σιμοὺς γράφειν ἔφησε τοὺς οἰκείους θεοὺς, ὁποῖοι δὴ καὶ αὐτοὶ πεφύκασιν· τοὺς δέ γε Θρᾷκας, γλαυκούς τε καὶ ἐρυθρούς· καὶ μέντοι καὶ Μήδους, καὶ Πέρσας, σφίσιν αὐτοῖς ἐοικότας· καὶ Αἰγυπτίους ὡσαύτως αὐτοὺς διαμορφοῦν πρὸς τὴν οἰκείαν μορφήν.

— b 5. ἀεικελίων.] Longe melius, quam ut apud Clement. ἀεὶ καὶ λίαν.

— b 9. Τἀγαθὸν ἐρωτᾷς.] Hunc Cleanthis locum jam laudaverat in Protreptico p. 35 b. Sunt autem iambici senarii, quos ante perturbatos quantum licuit digessimus. Cæterum major est Eusebii cum Clemente similitudo in Protrept. quam in Stromat.

— c 6. Ὠφέλιμον.] Clemens utrobique, Ὠφέλιμον, εὐάρεστον, ὁμολογούμενον. Qui versus omnino constat.

— d ult. Σ' ἐς εὐνήν.] Corrige ex Clemente, Σοὶ τήνδ' ἐς εὐνήν.

680 a 8. μοιχικοῖς ἐπεστάθη.] Clemens, νυμφικοῖς ἐπεσχάλη.

— b 2. ἐθόρνυντο.] Clemens ἐθρύπτετο, honestiore vocabulo. [Vid. Porson. ad Eurip. Med. 284.]

— d 5. Εἷς ταῖς.] Idem locus habetur apud Justin. Martyr. in Parænetico, p. 13. fine: apud Clementem nostrum in Protrept. p. 36. edit. Græco-Lat. apud Theodoretum lib. vii. de Cur. Græc. Affect. p. 109.

680 d 10. πολλοὶ καρδίαν.] Clemens in Protrept. et Theodoret. πουλυκερδίᾳ, quod mendosum est. Lege πολλὸν καρδίαν, ut est apud eundem Clement. hoc V. Stromat. et legendum conjeceram.

— d 12. ἐκ λίθων, ἢ χαλκέων.] Justinus, λίθων τε καὶ ξύλων. Elige; sed emenda Clementem in Protrept. ubi mendosissime legitur ἐκ λιθίνων, ἢ ξύλων, ἢ χαλκέων.

681 a 1. Στέφοντες.] Justinus, τεύχοντες. Clemens in Protrept. Νέμοντες. Perinde est.

— a ult. ῥόμβῳ.] Vera lectio. Clemens enim mendose ὄμβρῳ.

— b 7. Εὐφορίωνος Αἰσχύλος.] Recte. Fuit enim, ut constat, Euphorionis filius Æschylus. Tolle ergo mendum ex Clemente, apud quem leges, ὅτε Εὐφορίων, ὅτε Αἰσχύλος.

— d 1. μία ἀρχά.] Plato in Phædro, p. 344. eod. genio. Ἀρχὴ δὲ, inquit, ἀγένητον. ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀνάγκη πᾶν τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι, αὐτὴν δὲ μηδ᾽ ἐξ ἑνός. Εἰ γὰρ ἔκ του ἀρχὴ γίγνοιτο, οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο. (Forte, οὐκ ἂν ἀρχὴ γίγνοιτο, ut Timæus hic, οὐκ ἂν ἦν ἔτι ἀρχά. Atque ita Tullius reddidit, Tuscul. II. *Nec enim esset id principium, quod gignebatur aliunde:* vulgata tamen lectio defendi potest.) Ἐπειδὴ δὲ ἀγέννητόν ἐστι, καὶ ἀδιάφθορον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι, &c.

— ult. γινώσκειν.] Clemens Ὅμηρος γινώσκειν.

682 a 4. Τίπτε με.] Iliad. χ'. 9. Apollo insequentem Achillem compellat.

— c 4. κατὰ πρόσωπον, &c.] Reponendum ex Clemente, κατὰ τρόπον σώζει. Εἶτα. Nisi malis καὶ σώζει κατὰ τρόπ. aut, quod sequutus sum, καὶ σώζει τρόπον. Si tamen retineatur κατὰ, vox τρόπον *modum* potius quam *mores* significabit.

— c 6. Ἔστιν ἀνθρώπων.] Et hic Clementem sequor: scribit enim, Εἰ ἔστιν ἀνθρώπῳ λογ.

— c 9. καταστροφάς.] Vera, ut opinor, lectio: ex qua vicissim Clementem corrigas, apud quem vitiose, καὶ τὰς τροφάς.

— d 13. Μένανδρος ὁ Κωμικός.] Justinus lib. de Monarchia sequentes versus Philemoni tribuit, non Menandro.

683 a 1. ἢ ἐρίφων.] Clemens, ἢ ῥίφων. Omissus est apex ante ρ, cum scribendum fuerit ἢ ʼρίφων.

— a 6. ζώδια.] Operarum vitio in versione legitur *animantes imitans.* Corrige, *animante mutans.*

— a ult. ἔναμμ᾽ ἐπιθ.] Ita ex Clemente malui, quam ut legebatur, ἐν ἅμμα ἐπιθυμήσῃς, tametsi ἐν ἅμμ᾽ ἐπιθυμῇς retineri possit.

— b pen. μηδὲ βελόνης.] Aliter atque aliter apud Clementem hi versus et incipiunt et desinunt. Sed neque hic neque illic sua singulis ratio satis constat: nec facile constitui potest.

— d 4. Οἴει σύ.] Laudat etiam hunc locum Justin. lib. de Monarchia, et Theodoret. lib. vi. de Cur. Græc. Affect. p. 88.

—— ὦ Νικήρατε.] Justin. ὦ Νικόστρατε.

— d pen. Μίαν δικαίων, &c.] Sequentes versus aliter etiam apud nostrum, apud Clementem aliter ordinantur: sed utrobi-

que sæpe claudicant: gravius tamen apud Clementem. Nam apud Justinum locus admodum decurtatus est.

684 a 1. τῷ παντί.] Clemens ordinem hunc mutat; nam post ὅρον legit

Καὶ εἰ τοὺς δύο καλύψει ἡ γῆ,

Tum sic

Φύσει τῷ παντὶ χρόνῳ· ἅρπαζ' ἀπελθὼν,
κλέπτ' ἀποστέρει, κύκα· μηδὲν πλανηθῇς,
ἔστι κἂν ᾅδου κρίσις.

Qui ordo mihi quidem magis placuit: sed versus pessime depravati sunt. Malim ergo legere post ὅρον, hoc modo,

Κ' εἰ τοὺς δύο καλύψει ἡ γῆ, φασὶ, χρόνῳ
τῷ πάντ'· ἀπελθὼν, κλέπτ', ἀποστέρει, κύκα·
μηδὲν πλανηθῇς, ἔστι κἀν ᾅδου κρίσις.

— c 5. γῆ δὲ ἐράνων.] Clemens, γῆ δ' ἑδράνων ἐρ. οὐδὲ γάρ τ' ἔτι. Recte.

— c 7. κἄπειτα σώσει.] Quæ huic etiam versui deerant, ex Clemente supplevimus: ante legebatur, κἄπειτα τὰ πρόσθεν ἀπώλεσε: nullo sensu.

685 a 1. Ἐόντες.] Quid si legas, Ἀνδρείων ὄντες (vel etiam ἐόντες) ἀχέων ἀπόκληροι, ἀτηρεῖς.

686 d 5. ἃς ποτε.] Libentissime subscribo Frontoni nostro, τῷ μακαρίτῃ, qui σάς ποτε legendum optime conjicit: ut ante habes σὸν ἔαρ, σὸς χειμών. Simul etiam βακχευτὴς pro βακχευτὰς legi possit.

687 a 3. προβολάς.] Adi Observationes.

— a 6. διὰ Ὡσηέ.] Μνημονικὸν ἁμάρτημα est. Locus enim habetur Amos iv. 13.

689 b 2. σαυτῷ] Lege αὐτῷ, ex Clemente.

— b 5. ἄπλατος.] Quid si ἄπληστος? Quid si ἀπέλαστος? quasi ἀπρόσιτος.

— c 2. ἐπί.] Rectius ex Clemente versum hunc clauserit μέγα quam ἐπί. Tum sequens ex Justino in lib. de Monarch. hoc modo restituendus,

Ὅταν ἐπιβλέψῃ γοργὸν ὄμμα δεσπότου.

— c 4. δεσπότου.] Et hunc eodem ex Justino sic corrige,

πάντα δύναται γὰρ, δόξα δ' ὑψίστου Θεοῦ.

Mallem tamen,

Πάντα δύναται γὰρ δόξα ὑψίστου θεοῦ.

— d 6. οὐ δύναται.] Oraculum hoc pluribus supra leges apud Nostrum, lib. v. p. 216 d.

690 b 1. ὁ Πλάτων.] Vide locum lib. vii. de Repub. p. 482 d. Ἡμέτερον δὴ ἔργον (ἦνδ' ἐγὼ) τῶν οἰκιστῶν τάς τε βελτίστας φύσεις ἀναγκάσαι ἀφικέσθαι πρὸς τὸ μάθημα, ὃ ἐν τῷ ἔμπροσθεν ἔφαμεν εἶναι μέγιστον· ἰδεῖν τε τὸ ἀγαθὸν, καὶ ἀναβῆναι ἐκείνην τὴν ἀνάβασιν· καὶ ἐπειδὰν ἀναβάντες ἱκανῶς ἴδωσι, μὴ ἐπιτρέπειν αὐτοῖς, ὃ νῦν ἐπιτρέπεται.

690 b 5. ὀστράκου περιστροφή.] Necessaria dabimus in Observationibus.

— b ult. χρυσοῦ γένους.] Clemens locum hunc ita legit χρυσοῦ γένους κρίνειν ἀκριβέστατα, καὶ πάντη. Τοῦ πατρὸς ἄρα καὶ ποιητοῦ &c. Recte. Si tamen asteriscum nostrum explere velis, non incommode legeris, καὶ πάντη εἰσὶν ἱκανοί. Quod etiam Sylburgio in mentem venit.

— c 4. συμπαθοῦντα.] Recte Clemens συμπαθοῦντα τῷ ζώῳ vel τοῖς ζώοις. Tum addit τῶν δ' ἐμψύχων, omisso τῶν δὲ ζώων, quod quidem facile abesse possit.

— c 5. τὰ δὲ καθ' ἡμέραν ἔργ.] Clemens ἀθάνατα, καθ' ἡμερ. ἐργ. sine τὰ δέ: nec incommodo sensu: fortassis enim solem lunam aliaque sidera intelligat: tum alterum divisionis suæ membrum, hoc est, τὰ θνητὰ, quæ ἀθανάτοις opposita, in alia duo genera partiatur.

— c 8. Καὶ τῶν ἀνθρώπων.] Hervetus, brevius et obscurius quam par esset, ita vertit, *Ut ex hominibus omnes Græci et barbari.*

— c pen. νομάδων.] Pascuales homines aut etiam Nomadas intelligere potest. Elige.

— d 1. ἑῷον.] Clemens, ἑώων, πᾶν δὲ ἑσπερίων ἀντόμενον, ἢ βόρειόν τε, &c.

— d 6. εὐεργετημάτων.] Clemens et MS. Euseb. ἐνεργημάτων: utrumque rectum: posterius tamen sequutus sum, et magis etiamnum probo.

— d pen. προνομίαν.] Clemens πρόνοιαν. Placuit Eusebius.

691 a 3. κατὰ περίφρασιν.] Clemens κατὰ περίφασιν, quasi Deus ipsos mediocri quadam illustratione circumfundat. Malo tamen περίφρασιν. Ita enim Stromate I. p. 231 a. ubi apostolicum illud, Actor. xvii. *Quem ergo ignorantes colitis*, &c. ex professo tractans, Ἐξ ὧν, inquit, δῆλον, ὅτι καὶ ποιητικοῖς χρώμενος παραδείγμασιν ἐκ τῶν Ἀράτου Φαινομένων δοκιμάζει τὰ παρ' Ἕλλησι καλῶς εἰρημένα, καὶ διὰ τοῦ ἀγνώστου θεοῦ τιμᾶσθαι μὲν κατὰ περίφρασιν πρὸς τῶν Ἑλλήνων τὸν δημιουργὸν Θεὸν ᾐνίξατο· κατ' ἐπίγνωσιν δὲ, δεῖν δι' Υἱοῦ παραλαβεῖν τε καὶ μαθεῖν. ubi περίφρασιν τοῦ δημιουργοῦ θεοῦ ait esse τὸν ἄγνωστον θεὸν, et huic περιφράσει opponit ἐπίγνωσιν, hoc est veram ac propriam cognitionem. Et paulo post adhuc illustrius, οὗτοι οὖν οἱ ἀνοιγόμενοι τυφλῶν ὀφθαλμοὶ, (ab apostolis videlicet,) ἡ δι' Υἱοῦ ἐπίγνωσίς ἐστι, τοῦ Πατρὸς, ἡ τῆς περιφράσεως τῆς Ἑλληνικῆς κατάληψις. Illæ enim Græcorum etiam poëtarum et philosophorum circumlocutiones ante Christi adventum plane comprehendi non poterant.

693 a 10. βουλοίμην.] Homerus Odyss. λ'. 488. Achilles apud inferos loquitur.

— b 4. Ἄλλοτ'.] Iliad. ω'. 10.

— c 5. Ἀρεώς τε, &c.] Ita hunc locum ex Platone restituimus, cum ante perperam legeretur, Ἀρεώς τε καὶ Ἡφαίστου ὑπὸ Ἀφροδίτης δεσμὸν, δι' ἕτερα τοιαῦτα.

695 a 11. ἀσωμάτων.] Malo σωμάτων ex MS.

— c 1. τοιάδε.] Forte τοιοίδε. Nam de dæmonibus loquitur.

696 a 8. περὶ ψυχῆς.] In hac de animis disputatione a principibus etiam philosophis graviter erratum esse, cum alii, tum in primis B. Chrysostom. ostendit homil. 1. in Joannem. Δογμάτων δὲ ἕνεκεν τῶν περὶ ψυχῆς, inquit, οὐδὲ ὑπερβολήν τινα κατέλιπον αἰσχύνης λοιπόν. Et καθάπερ τῶν τάφων τοὺς ἔξωθεν κεκονιαμένους, ἂν ἀπαμφιάσῃς, ἰχῶρος καὶ δυσωδίας καὶ διεφθορότων ὄψει γέμοντας ὀστῶν· οὕτω καὶ τὰ τοῦ φιλοσόφου (Platonis) δόγματα, ἂν τῆς κατὰ τὴν λέξιν ἀπογυμνώσῃς ὥρας, πολλῆς ὄψει τῆς βδελυγμίας πεπληρωμένα, καὶ μάλιστα ὅταν περὶ ψυχῆς φιλοσοφῇ, ἀμέτρως τιμῶν τε αὐτὴν καὶ βλασφημῶν.

— b 8. ὁ δὲ καὶ γενέσει.] Locus est ex Timæo p. 528 d. quem Tullius lib. de Universo, sect. 19. convertit; quia tamen minus interdum philosophi verbis hærere videbatur, nostro ipsi sensu ea utcunque reddere maluimus. Adi et Plutarchum in opusculo integro περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας, ubi Platonis sententiam enucleat, liberisque suis aperit, a quibus ea de re consultus fuerat.

— c 1. τῆς ἀμερίστου.] Plutarchus loco cit. τῆς ἀμεροῦς. Porro philosophus ibi præcipue de mundi anima disputat, quæ cum ἀναλογίᾳ in cæteras animas refunduntur.

— d pen. Καὶ μέχρι γε.] Plato in Phædone, p. 386 d.

697 a 9. Πάνυ μὲν οὖν εἰκὸς λέγεις.] Hæc, quæ in versione omissa sunt, ita redde; *Admodum tu quidem verisimilia loqueris.*

— c 6. Εἷς μὲν γὰρ τὸ αὐτό.] In Phædro, p. 345 f.

— c 8. ἐτῶν μυρίων.] Legendum existimo πρὸ τῶν μυρίων, vel εἰ μὴ δι' ἐτ. μυρ. vel aliquid simile: alioqui negaret, quod affirmare videatur.

698 a 1. Ἰδεῖν μὲν γάρ.] Lib. x. de Repub. sub finem, p. 521.

— a 10. Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου.] Lege Plutarchum lib. Symposiac. IX. Problem. 5. διὰ τί Πλάτων εἰκοστὴν ἔφη ψυχὴν τοῦ Αἴαντος ἐπὶ τὸν κλῆρον ἐλθεῖν; ubi partim facetas et ridiculas, partim serias quæstionis hujus solutiones comminiscitur: sed inanes omnes. Ut tamen in re ficta, non absimilis veri, quam Marcus grammaticus afferebat; in Homeri νεκυίᾳ, si Elpenoris ac Tiresiæ animas subduxeris, quorum alter adhuc insepultus esset, alter singulari prærogativa uteretur, Ajacis animam ordine vicesimam Ulyssis in conspectum venisse.

— b 7. Ἐπειοῦ.] Fuit is equi Trojani architectus, de quo Virgil. II. Æn. [264.]

—— et ipse doli fabricator Epeos.

699 c 9. Τὸν μὲν δικαίως.] Plato in Gorgia, p. 312. sub dialogi finem.

— d 8. ἄλλοι δὲ ὀνίνανται.] Qui? aut quomodo? Defuncti nimirum, sed levioribus criminibus obnoxii; qui postquam denuo revixerint, tantorum cruciatuum memores, castius et sanctius

novam hanc vitam instituent, ne iterum mortui, quorum scelera imitati essent, eorum etiam pœnas sustinere cogerentur.

700 d ult. τὸ μαλακόν.] Post hæc verba duarum sententiarum trajectionem contigisse puto; proindeque sic legendum, τὸ μαλακὸν, τῇ τε ἀπαθεῖ οὐσίᾳ πρὸς τὴν παθητὴν, καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις μίαν ἄλλην πάντων κοινωνίαν· τὰ δὲ κραθέντα, &c. quam conjecturam in versione sequutus sum.

702 b 3. φαινομένων.] Mallem cum altero MS. φωστήρων. Porro non illa tantum a Platone traduntur, sed etiam animata esse astra, qui alius error est.

— b 8. Τίνα δὴ καὶ σεμ.] In Epinomide, p. 699 b.

— c 5. Θεοὺς δὲ δή.] Ibid. p. 702 c.

— c 10. ἀέριον δὲ γένος.] Ficinus hæc cum præcedente δαίμονας ita conjungit, ut per appositionem δαίμονας ἀέριον γένος dici existimet: ad quem et Serranus accedit, qui superiora mire turbat. Plato ubique genus hoc aërium ab superiorum dæmonum turba sejungit.

— d 1. εὐφήμου διαπορείας.] Pauca et necessaria dabimus in Observationibus.

— d 4. Ὅτι πῦρ.] In Timæo, p. 527 f. sed pauca ex superioribus, ad truncæ orationis intelligentiam, repetenda. Sic enim ille, Νῦν δὲ, (&c.) οὕτω δὴ πυρός τε καὶ γῆς, ὕδωρ, ἀέρα τε, ὁ θεὸς ἐν μέσῳ θεὶς, καὶ πρὸς ἄλληλα, καθόσον ἦν δυνατὸν, ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀπεργασάμενος, ὅ τι πῦρ πρὸς ἀέρα, &c.

— d 5. τοῦτο ἀήρ.] Plato ἀέρα, quod rectum est; refertur enim ad præcedens ἀπεργασάμενος. Hæc apud Tull. conversa leges in Timæo, sect. 13.

703 a 1. Ψυχὴν δέ.] Ibid. p. 528 c. Tull. sect. 18.

— a 2. ἔξωθεν τὸ σῶμα α. π.] Plato ἔξω, &c. Tullius, *Deinde eum circumdedit corpore, et vestivit extrinsecus.* Mihi quidem adversus hoc nomen vel hiscere religio sit: mens tamen philosophi videbatur, animum illum non tantum omnibus mundi partibus interfusum esse, verum etiam toti ejus corpori circundatum atque circumfusum. Id quod ex sequentibus auferri queat. Postquam enim animum hunc arbitrio suo temperavit; tum p. 529 a. de illius in universo situ et collocatione sic disputat: Ἐπεὶ δὲ, inquit, κατὰ νοῦν τῷ ξυνιστάντι, πᾶσα ἡ τῆς ψυχῆς ξύστασις ἐγεγένητο, μετὰ τοῦτο, τῶν τὸ σωματοειδὲς ἐντὸς αὐτῆς ἐτεκταίνετο, καὶ μέσον μέσῳ ξυνάγων προσήρμοττεν. Hactenus Virgilianum illud,

Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, et magno se corpore miscet. [Æn. VI. 726.]

Quid deinde? Audi: Ἡ δὲ (ψυχὴ) ἐκ μέσου πρὸς τὸν ἔσχατον οὐρανὸν διεκπλακεῖσα, κύκλῳ τε αὐτὸν περικαλύψασα, αὐτή τε ἐν αὐτῇ στρεφομένη, θείαν ἀρχὴν ἤρξατο ἀπαύστου καὶ ἔμφρονος βίου πρὸς τὸν ξύμπαντα χρόνον. Quam postremam periodum Tullius ita vertit; *Sic animus a medio profectus,* (διεκπλακεῖσα, quasi *traductus,* atque *transmissus*) *extremitatem cœli a suprema regione, ro-*

tundo ambitu circumjecit, seseque ipse versans, divinæ, sempiternæ, sapientisque vitæ induxit exordium. Ergo illud κύκλῳ περικαλύψασα, reddit, *rotundo ambitu circumjecit.* Si removebitur Ciceronis auctoritas, velle mihi philosophus videtur, *Animum se ipso extremum illud cœlum in orbem*, id enim est κύκλῳ, *undique circundedisse:* atque ita longe facilius, quod adjungit, intelligas, *Animum semetipsum in sese versare.* Sane Timæus ille Locrus in suo de Natura opusculo, quod Platonici Timæi quoddam quasi semen dici queat, ita clarissime, τὰν δὲ τῷ κόσμῳ ψυχὰν μεσόθεν ἐξάψας ἐπήγαγεν ἔξω, περικαλύψας αὐτὸ ὅλον αὐτᾷ, κρᾶμα αὐτὰν κερασάμενος, ἔκ τε τᾶς ἀμερίστω μορφᾶς καὶ τᾶς μεριστᾶς οὐσίας.

703 a 3. καὶ κύκλῳ δὴ, &c.] Tullius, *Cœloque solivago, et volubili, et in orbem incitato complexus est.* Acrioris esset ac fidentioris ingenii hæc et alia pleraque ad philosophi verba κριτικώτερον expendere. Tantum moneo, leviter mutandum videri quod apud Tullium sequitur, *quod secum ipsum propter virtutem facile esse posset, nec desideraret alterum, satis sibi ipse natus et familiaris.* Scribendum enim est, *notum et familiare:* nam de cœlo loquitur.

— a 6. Ἐξ οὖν λόγου.] Plato ib. 529 f. Tullius sect. 26.

— b 6. μεταβάλλει μέν τοι γε.] Idem lib. x. Leg. p. 672 c.d.

— b 8. μεταβαλόντα δὲ φέρεται.] Plato, μεταβάλλοντα δὲ φαίνεται. Elige.

— c 1. Εἰ δὴ οὖν μεταβάλλει.] Videntur hæc ad simile usque periodi principium c. 8. perperam inculcata. Atque hæc insulsa repetitio librariorum oscitantiæ tribuenda est, qui cum in hac periodo exscribenda ad illas voces pervenissent, μεταβολῆς αἰτίαν, quæ jam ex Platone præcesserant, periodum integram denuo ad finem usque pertexuerunt, cum sequi debuisset ex Eusebio, οὐρανὸς δὲ, &c. quæ habentur c. 10.

704 b 9. Τινὲς ἥλιον.] Locum hunc Philonis extare non credo. Extant alii duo in lib. de Mundi opificio, quorum posteriorem indicamus in Observationibus ad p. 286., priorem hic dabimus ex Philon. p. 7., ubi rationem afferens quamobrem post terræ germina stellas Deus effecerit: Προλαβὼν γὰρ περὶ τῶν οὔπω γεγονότων ἀνθρώπων οἷοι τὰς γνώμας ἔσονται στοχασταὶ τῶν εἰκότων καὶ πιθανῶν, ἐν οἷς τὸ πολὺ τὸ εὔλογον, ἀλλ' οὐχὶ τῆς ἀκραιφνοῦς ἀληθείας· καὶ ὅτι πιστεύσουσι τοῖς φαινομένοις μᾶλλον ἢ θεῷ, σοφιστείαν πρὸ σοφίας θαυμάσαντες· κατιδόντες τε αὖθις τὰς ἡλίου καὶ σελήνης περιόδους, δι' ὧν θέρη, χειμῶνες, ἔαρος, μετοπώρου τροπαί· τῶν ἐκ γῆς ἀνὰ πᾶν ἔτος φυομένων καὶ γινομένων ἁπάντων αἰτίας ὑπολήψονται τὰς τῶν κατ' οὐρανὸν ἀστέρων περιπολήσεις· ἵνα μηδενὶ γενητῷ τὰς πρώτας ἀνατιθέναι τινὲς τολμῶσιν αἰτίας, ἢ διὰ θράσος ἀναίσχυντον, ἢ δι' ἀμαθίαν ὑπερβάλλουσαν, ἀναδραμέτωσαν, φησὶ, ταῖς διανοίαις ἐπὶ τὴν πρώτην τῶν ὅλων γένεσιν, ὅτι πρὸ ἡλίου καὶ σελήνης παντοῖα μὲν φυτὰ παντοίους δὲ καρποὺς ἤνεγκεν ἡ γῆ, &c. quæ satis cum hoc loco infra d 10. conveniunt.

706 a 1. Ἴσως δή.] Plato lib. v. de Repub. p. 457 c. ista pluribus. Eadem citantur ac refelluntur a Theodoreto, lib. ix. de Cur.

Græcor. Affect. p. 129 et 130. Ὁ δὲ ταῦτα νομοθετῶν, inquit, οὐδὲ τῶν τῆς Κανδαύλου γυναικὸς λόγων ἐμνήσθη· ἐκείνη γάρ τοι τοῦ ἀνδρὸς γυμνόν οἱ δεῖξαι τὸ σῶμα κελεύσαντος μάλα ἔφη σωφρόνως, ὅτι ἀποδυομένη τὸν χιτῶνα ξυναποδύεται καὶ τὴν αἰδῶ ἡ γυνή. Τοιγαροῦν ὁ φιλόσοφος τὰς νυμφευομένας γυμνοῖ τῆς αἰδοῦς, καὶ ἀναίδειαν ἐκδιδάσκει. Fœdissimi hujus instituti, sicut aliorum plurimorum, auctores habuit Lacedæmonios; ut videre est apud Thucydid. lib. i. Plutarch. in Lycurgo, et Apophthegmat. Cui flagitio frustra speciem aliquam et colorem quærit.

706 a 10. φιλογυμνασθῶσι.] Malui φιλογυμναστῶσι cum Platone et MS.

— 1 ult. ἅτε δή.] Plato ἀτελῆ.

— b 8. Ἡ δ' αὖ που.] Plato lib. vii. Leg. p. 630 g. Minervam autem, ut constat, intelligit.

— c 4. ἐν δὲ τούτοις.] Eod. lib. vii. Leg. p. 634 b. qua de re nonnulla in Observat.

— c 5. δεῖ.] Additum hoc verbum ab Eusebio est ad aliquam sensus integritatem.

— c 6. οἰκοῦντας.] Conjiciebam οὐκ ὄντας, quam lectionem postea deprehendi a Serrano in MS. repertam fuisse. Et vera est, ut opinor, ne peregrinos ritus, quod tantopere cavendum putabat, suam in Rempub. inveheret. Idem etiam Lacedæmone cautum.

— c 10. τῆς παιδείας.] Plato communius, τὰς παιδείας.

— d 7. Γυμνάσια τιθῶμεν.] Plato ibid. p. 637 g.

— d 11. διεξόδων τακτικῶν.] Ficinus *acierum ordinationes*. Probare vix possum. Διέξοδος, etiam in re militari, aliquando *profectionem ipsam atque* ὁδοιπορείαν absolute significat, adeoque militarem ipsam expeditionem. Dionys. Halicarnass. I. Antiq. p. 16. πείσαντες τοὺς Ἀβοριγῖνας συνάρασθαι σφίσι τῆς διεξόδου, στρατεύουσιν ἐπὶ τοὺς Ὀμβρικούς. Diodor. Sicul. lib. ii. p. 136. ubi de inviis Arabiæ tractibus, καθάπερ οἱ ἐν τοῖς πελάγεσι, πρὸς τὰς ἀπὸ τῶν ἄρκτων σημασίας τὴν διέξοδον ποιοῦνται. Quo fere sensu loca etiam difficilia τὴν διέξοδον ἐπίπονον habere dicuntur. Alias, certum quoddam ac peculiare τῆς πορείας genus, vel κατὰ διεκτροπὴν, vel κατὰ περιτροπὴν, vel κατὰ εἰσβολὴν, aut ἐκβολήν. Quemadmodum enim ipsi *viarum itinerumque flexus et exitus* διέξοδοι vocabantur; ut apud Xiphilinum in Vitellio [Dio. Cass. LXV. 15.], τὰς διεξόδους τῶν στενωπῶν ἀκριβῶς εἰδότες: et apud Dionys. Halicarnass. lib. v. ῥᾷον οἱ φεύγοντες ἐσώζοντο, &c. ἢ διώκοντες κατελάμβανον, δι' ἀπειρίαν τῶν διεξόδων: sic *flexiones* etiam *militum* διέξοδοι sunt. Idem Xiphilin. in Severo de Pertinacis funere; [Dio. Cass. LXXIV. 5.] οἵ τε ἱππεῖς καὶ οἱ πεζοὶ περὶ τὴν πυρὰν πολιτικάς τε ἅμα καὶ ποιητικὰς διεξόδους διελίττοντες διεξῆλθον: ubi πολιτικαὶ διέξοδοι, *civiles*, opinor, ac *sedatiores flexiones* significant, quales etiam ex Platone nostro proferuntur: πολεμικαὶ vero, seu στρατιωτικαὶ, (utrovis enim modo legendum potius existimo, quam ποιητικαὶ) ex militiæ præceptis legibusque perfectas: nisi ποιητικὰς *artificiosas* reddere libet. Alias impetum

aliquem vox ista sonat; ut cum Suidas illud Davidis, διεξόδους ὑδάτων κατέδυσαν οἱ ὀφθαλμοί μου, explicat, κρουνηδὸν ἐφέροντο τὰ δάκρυα. Is autem impetus fit κατ' εἰσβολὴν ἅμα, καὶ πάλιν ὑποστροφὴν, ut ὁ διέκπλους in re nautica. Thucydides lib. i. διέκπλοι δ' οὐκ ἦσαν, ἀλλὰ θυμῷ καὶ ῥώμῃ τὸ πλέον ἐναυμάχουν, ἢ ἐπιστήμῃ: ubi Scholiast. διέκπλουν ποιεῖν explicat, τὸ ἐμβαλεῖν, καὶ πάλιν ὑποστρέψαι, καὶ αὖθις ἐμβαλεῖν. Idem lib. ii. διέκπλοί τε οὐκ εἰσιν, οὐδὲ ἀναστροφαὶ, ἅπερ νεῶν ἄμεινον πλεουσῶν ἔργα ἐστίν. Hic ego διεξόδους τακτικὰς hoc utroque sensu intellexi, quod peculiare quoddam exercitationis bellicæ genus Plato significet, non autem profectiones ipsas, aut expeditiones militares: præsertim cum indicata illa τῶν διεξόδων specie τὸ καθόλου adjungat, καὶ ἁπάσης πορείας, quod in gymnasiis illis omnia exercitationum militarium genera obiri vellet. Quæ τῆς διεξόδου acceptio, ac præsertim pro illo erumpendi vel irrumpendi conatu et impetu, clarius etiam intelligitur ex verbis infra p. 707 a 7 sequentibus, ubi mulieres inter cætera vult, τῶν διεξόδων ἅπτεσθαι, quod Ficinus vertit, *castra movere*, qui tamen paulo ante διεξόδους *acierum ordinationes* reddiderat. Atqui hac in lege ferenda id se Plato sequi profitetur, non ut mulieres exercitum ducant, sed ut, si quando res ferat, urbi præsidio esse hostesque propulsare possint: quo cum egregie ista vel irrumpendi vel erumpendi significatio convenit.

707 a 8. θέσεως, καὶ ἀναιρέσεως ὅπλων.] θέσις illa *positioque* armorum non est, meo quidem judicio, vera et proprie dicta ἀπόθεσις: quid enim bellicæ exercitationis in ea vel fingi possit? Et tamen hoc in exercitationum genere Platonis mens oratioque versantur. Deinde, quis unquam Græce dixerit, θέσεως ὅπλων ἅπτεσθαι, i. e. *abjiciendis armis studere?* Erit igitur ista θέσις, cum armato militi consistendum est, nec invadendus, sed expectandus hostis, militari tamen ordine studiose diligenterque servato. Hinc illud, τίθεσθαι τὰ ὅπλα: quod eo mihi [y] uberius explicandum videtur, quo hac de phrasi apud lexicographos vix certi quicquam reperias. Vulgo quidem sumi video pro ὅπλα κατατίθεσθαι vel ἀποτίθεσθαι, Gallice, *mettre bas les armes.* Mihi nondum locus occurrit in quo ita proprie sumi credam: nisi qui armati consistunt, nec tamen re ipsa pugnant, ii proprie arma dicantur abjicere. Quatuor præcipue modis usurpari reperio, quorum tres postremi communi quodam ex fonte manant. Primus est pro τάττειν vel τάττεσθαι, i. e. *aciem instruere, vel instrui*, non tam ad certamen ineundum, quam vel πρὸς ἐπίδειξιν, Gall. *pour faire monstre:* (Plutarch. in Pomp. ἐξοπλίζειν, καὶ διακοσμεῖν τὴν δύναμιν) vel ad securitatem, dum v. c. bellicum habetur concilium, aut urgente hoste milites imperator alloquitur. Xenoph. Expedit. lib. vii. p. 395. Εἰ δὲ τούτων ἐπιθυμεῖθε, θέσθε τὰ ὅπλα ἐν

[y] Vide P. Leopard. Em. XI. 20. Wesseling. Diod. Sic. XII. 66. XX. 31.

τάξει, ὡς τάχιστα: i. e. *Hæc si expetitis, jam jam armati ordine consistite:* ubi Xenophon imperator vagum et inordinatum militem alloquitur. Et paulo post, τοὺς ἄλλους (ἡγεμόνας) ἐκέλευσε ταῦτα παρεγγυᾶν, καὶ τίθεσθαι τὰ ὅπλα: i. e. *Alios (duces) jubebat eadem ad suos cohortatione uti, ac milites ordinare.* Qui sensus clare constat ex sequentibus. Subjungit enim de militibus, οἱ δὲ ὑφ' ἑαυτῶν ταττόμενοι, &c. Tum infert, ἐπεὶ δὲ ἔκειτο τὰ ὅπλα, i. e. *postquam ordinata acies, et quieta constitit.* Sic Thucydid. lib. ii. ἀνεῖπεν ὁ κῆρυξ, εἴ τις βούλεται κατὰ τὰ πάτρια τῶν πάντων Βοιωτῶν ξυμμαχεῖν, τίθεσθαι παρ' αὐτοὺς τὰ ὅπλα. *Edixit præco, qui ex patriis Bœotorum omnium institutis, in belli societatem venire vellent, ii ut secum in armis consisterent:* Gall. *qu'ils se rengeassent avec eux en armes.* Non, ut interpres, *apud ipsos arma poneret.* Melius Scholiast. σὺν αὐτοῖς ὁπλίζεσθαι. Et lib. viii. p. 620. καὶ θέμενοι τὰ ὅπλα, ἐξεκκλησίασαν: i. e. *armis instructi, et ordine collocati, concionem habuerunt:* imminebat enim hostis. Secundus est pro καταστρατοπεδεύεσθαι. Qui usus, inter cæteros, Dionysio Halicarnassensi perfamiliaris est: ut lib. v. p. 311. θέμενοι δὲ (Sabini) πλησίον αὐτῶν τὰ ὅπλα, i. e. *juxta eos castrametati*, et al. Tertius, præcedenti affinis, pro *castra munire* potius quam *metari:* Gall. *se fortifier.* Idem Dionys. lib. viii. p. 546. ὀλίγον στῖφος εἰς ὅρους κορυφήν τινα ἀναδραμὸν, καὶ θέμενον ἐνταῦθα τὰ ὅπλα, τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα διέμενε, i. e. *Exigua manus, conscenso montis jugo, et castris eo in loco munitis, sequentem ibi noctem exegit.* Thucyd. lib. ii. de Thebanis, qui Platæam invaserant, θέμενοι δὲ εἰς τὴν ἀγορὰν τὰ ὅπλα. Quis ibi vertat *arma abjicere*, cum hostilem urbem invaderent? Scholiastes explicat, περιτίθεσθαι, *arma induere:* sed armati jam erant. Idem lib. viii. p. 620. εὐθὺς ἐχώρουν ἐς τὸ ἄστυ, καὶ ἔθεντο αὐτοῦ τὰ ὅπλα: ubi male Scholiast. ἀπέθεντο. Quartus, cum secundo tertioque conjunctior, ἀντὶ τοῦ πολιορκεῖν, Gall. *planter son camp.* Thucydid. lib. viii. p. 573. πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν τὰ ὅπλα τίθενται. Herodot. lib. i. ubi de Pisistrato ab exilio redeunte atque Athenas invadente, οἱ ἀμφὶ Πεισίστρατον ἀπικνέονται ἐπὶ Παλληνίδος Ἀθηναίης ἱερὸν, καὶ ἀντία ἔθεντο τὰ ὅπλα. Quæ postrema interpres sic vertit, *altrinsecus arma posuerunt:* clarius omnino, *castris positis obsidere cœperunt.* Sæpe apud Thucydid. maxime τὸ καθέζεσθαι gemino plane sensu positum reperias.

707 b 9. Γυναιξὶ δὲ] Lib. viii. Leg. p. 644 f.

— b 11. δίαυλον, δόλιχον.] Adi, si placet, doctiss. Fabrum in Agonistico hæc solita ubertate tractantem.

— b ult. μενούσης κοινων.] Rectius omnino, quam ut apud Platon. μὲν οὔσαις, aut μενούσαις, ut in MS.

— c 7. τὴν ἐν τ. ὁπλ. μάχην.] Subintelligendum ἀπὸ κοινοῦ, θήσομεν, quod paulo ante præcessit.

708 a 2. Ἐάν τις παῖδας.] Plato lib. xi. Leg. p. 680 a. Sed locus in suo fonte satis obscurus, obscurior ab Eusebio factus

est, paucorum verborum decurtatione. Lege ergo cum Plat. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ γένος ἀεὶ πορευέσθω κατ' ἀγχιστείαν, ἐάν τις παῖδας, &c. loquitur autem de viris, quibuscum fœminæ illæ matrimonio conjungendæ sint.

708 a 3. ἐπανιών.] Repone ἐπανιὸν ex Platone; τὸ γένος scilicet.

— a pen. τῆς οὖν τοιαύτης.] Idem VI. Leg. 621 g.

— b 8. τούτῳ, ἦν δ' ἐγώ.] Idem lib. v. de Repub. p. 459.

709 a 1, 2. Γυναικὶ μέν.] Idem ibid. p. 460.

— c 2. ὅταν δὲ χρον.] Idem in Phædro, p. 348 d.

— c ult. ἀλλομένη.] Longe melius, quam ἀλωμένη, ut apud Platon.

711 b 5. Ὅτι δ' ἄν.] Idem lib. xi. Leg. initio.

— c pen. δοῦλον δέ.] Idem lib. ix. Leg. 657 g. Quæ jam pluribus p. 656 g. statuerat.

712 a 4. Ἐὰν δὲ, ὁ γιγ.] Idem ibid. p. 658 a.

——— Ἐὰν ἀδελφός.] Plato enucleatius, καὶ ἂν ἀδελφὸς ἀδελφὸν, ἢ ἀδελφήν· ἢ ἀδελφὴ ἀδελφὸν, ἢ ἀδελφὴν θυμῷ κτείνῃ.

— c 1. Ἀδελφός.] Id. ibid. 658 d.

— c ult. ὃς ἂν ἐκ προν.] Ante legebatur οἷς ἂν ἐκ προν. sed nullo sensu. Certe apud Platonem post ἔστω νόμοις istuc οἷς, aut ὃς, non sequitur: sed p. 659 a. ὃς ἂν ἐκ προν. ut in MS. quod novæ legis initium est.

— d 7. ὁ γὰρ νόμος ἀπαγορεύει.] Plato addit, quod ἐμφατικώτερον est, καὶ ἀπαγορεύων ὑπὲρ πάσης τῆς πόλεως ἀεὶ φαίνεταί τε καὶ φανεῖται.

— d 8. ἢ μὴ προαγορεύων, εἰργέσθω.] Plato longe aliter, ἢ μὴ προαγορεύων εἴργεσθαι τῶν ἐντὸς ἀνεψιότητος, πρὸς ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν προσήκων τῷ τελευτήσαντι· πρῶτον μὲν τὸ μίασμα εἰς αὐτὸν καὶ τὴν τῶν θεῶν ἔχθραν δέχοιτο, ὡς ἡ τοῦ νόμου ἀρὰ τὴν φήμην προτρέπεται. τὸ δὲ δεύτερον, &c. quæ ita decurtavit Eusebius, ut sensum quoque perverterit.

713 c 4. ὅταν τὴν γενναίαν.] Idem lib. viii. Leg. p. 649 b. ubi legitur ὃς δ' ἂν τ. γ.

— c 9. τῷ λόγῳ.] Melius τῷ νόμῳ, ut apud Platon.

LIB. XIV.

717 c 8. μοι πᾶν.] Lege μοι πᾶς.

720 d pen. Ἐκ δὲ δὴ φορᾶς.] Plato in Theæteto, p. 118 f.

723 b 5. Προσιτέον οὖν.] Ibidem, p. 130 b.

— b 8. εἴτε ὑγιές.] Ita Platonis ex genio Persius, Sat. III. [21.]

> Sonat vitium percussa, maligne
> Respondet viridi non cocta fidelia limo.

Et Satira V. [24.]

> Pulsa, dignoscere cautus
> Quid solidum crepet.

723 c 1. χορηγοῦσι τοῦ λόγου.] χορηγεῖν istuc, opinor, metaphoricum est ἀντὶ τοῦ διδάσκειν. Communius esset παραδοῦναι, ut Latinis *tradere:* sed hominum hoc in doctrinæ genere liberalitatem et ἀφθονίαν indicare voluit. Est autem τοῦ λόγου Atticum, ut jam ante monui.

— c 8. οὐδὲν μᾶλλον οἷόν τε.] Vera lectio ex Platone restituta, cum ante mendosissime legeretur, οὐδὲν γὰρ μᾶλλον οἴονται.

— c 10. κατὰ τὰ συγγρ.] Plato καὶ τὰ συγγρ. Eusebio hærendum putavi.

— d 2. μηδὲ σμικρόν.] Istuc μηδὲ inseruimus ex Platone.

724 d 1. μή πῃ.] Ita legendum ex Platone, non μέν πῃ.

— d 8, 9. Εὐκόλως μοι.] Idem in Sophista, p. 158 g.

725 a 10. Σικελικαί τινες.] Empedoclem Agrigentinum intelligit τὸν ποιητικοφιλόσοφον, qui quatuor elementis φιλίαν τε, ut Diogenes loquitur, ᾗ συγκρίνεται, καὶ νεῖκος, ᾧ διακρίνεται, adjungebat.

— b 4. τὸ μὲν ἀεί.] Ficinus, *semper hæc ita solvunt, suspenduntque.* Pauci, credo, id satis intelligant. Platonis mens videtur, sententiam illam, quæ ἀεὶ τὸ πᾶν οὕτως ἔχειν defendebat utpote συντονωτέραν, a Siculis istis χαλασθῆναι, laxatam nonnihil ac mollitam esse.

728 a 10. ἀγαπώντως.] Subobscure dicta hæc sunt. Ego mentem hominis potius, quam verba sequutus sum. An forte ἀγαπώντως hoc loco σφοδρῶς καὶ συντόνως? quod quæ diligimus, ea fere vehementer defendamus. An ἀλλήλους pro ἀγαπώντως reponendum? Certe Numenius hic parum ubique tersus.

— b 1. εἴξασιν.] Omnino, vel ἐοίκασι reponendum est; vel εἴξασι pro ἐοίκασι positum, raro, ni fallor, exemplo, saltem apud solutæ orationis auctores.

— b 8. σκαριφηθμοῖς.] MS. σκαρφηθμοῖς, adhuc vitiosius. Credo legendum σκαριφισμοῖς, hoc est λεπτολογίαις, et contortulis argutiis, quibus carptim aliquid perstringatur potius, et quasi vellicetur, quam diligentius enucleetur. Aristophanes ἐν Βατραχ. [1544.]

> Τὸ δ' ἐπὶ σεμνοῖσι λόγοις,
> καὶ σκαριφισμοῖσι λήρων
> διατριβὴν ἀργὸν ποιεῖσθαι,
> παραφρονοῦντος ἀνδρός.

Σκαριφήματα quoque dicebantur, imo, ut κωμικώτερον, Aristophani σκαλαθυρμάτια, in Nubib. v. 630. ὅστις σκαλαθυρμάτια ἄττα μικρὰ μανθάνων. Scholiast. explicat, σκαλεύματα σμικρὰ, καὶ λεπτὰ παντάπασι νοήματα, καὶ σκαριφήματα. Subdit autem, ἐκ τούτου δὲ διαβάλλει Σωκράτην, ὡς εὐτελῆ εἰσιν, ἃ διδάσκει, καὶ οὐδενὸς ἄξια λόγου.

729 a 10. τῆς εἰρωνείας.] Tullius IV. Academic. sect. 15. *Cum aliud diceret, atque sentiret,* (Socrates) *libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant.*

— b 5. φροῦδος ἀναδραμεῖν.] Hoc est, opinor, λάθρα, tamque

celeriter, ut oculos fallere possint: ut solent qui φροῦδοι γίνονται.

729 d 4. παράγωγον.] Ex illo versiculo ἐπαρῳδήθη,

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσσητε χίμαιρα.

— d 11. Μενεδήμου.] Perperam apud Diogenem lib. iv. de Arcesilao habetur Μενέδημος. Hæc enim de Arcesila, non de Menedemo dicuntur.

— d pen. θύσεται.] Hinc etiam Diogenes corrigendus, apud quem male θήσεται.

—— ἢ Πύρρωνα.] Nihil muto: dixit enim ἔχων Πύρρωνα, ἢ Διόδωρον, uti Μενεδήμου μόλυβδον. Mavult tamen Casaubonus εἰς Πύρρωνα, quemadmodum apud Diogenem sequitur, Νήξομαι εἰς Πύρρωνα, καὶ εἰς κολιὸν Διόδωρον. Meo judicio εἰς Πύρρωνα non est πρὸς Πυρρ. aut κατὰ Πύρρωνος, sed potius δίκην Πύρρωνος καὶ Διοδώρου, cum utrumque potius æmularetur, quam in alterutrum aut utrumque ferretur. In nostris autem versibus quorsum ut δίκην Πύρρωνος aut Διοδώρου curreret, Menedemi plumbum pectore circumferret, non video.

730 b 6. Ὁμηρικοῦ Τυδείδου.] Nobis Homeri versus 85. Iliad. ε'.

Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη,
ἠὲ μετὰ Τρώεσσιν ὁμιλέοι, ἢ μετ' Ἀχαιοῖς.

— d 5. ἀλλήλων.] Ἀλληλίζων, opinor, scripserat.

— d 6. ἤρκεσεν.] Quid si ἤρεσκεν?

731 a 8. πιθάνια.] Mallem πιθανὰ, vel πιθήνια.

— b 6. ἀναίτια, &c.] Forte ἂν δικαίως ὑπὸ τῶν Πυρρωνείων.

— d 2. σὺν δ' ἔβαλον.] Iliad. δ'. 447. et Iliad. γ'. (ν'.) 131. ubi non legitur ἐδνοπάλιζεν.

732 a 7. ἡ μὲν δὴ ἀρχὴ ἦν.] Non satis, opinor, cum Numenii mente verba consentiunt: verbis enim tenus Stoicis ἀρχὴν tribuit, vel eam certe quidem ostendit, quam adversus Academicos objicere debuissent: et tamen paulo ante de Academicis cum diceret εἰ μήτε ἀρχὴν ἔχοιεν, suum quoddam illos principium habuisse declarabat, quod a Stoicis convellendum fuisset.

— a 10. ἣν εἶπον.] Locus, ut patet, corruptus est. Forte legi possit, ἀφορμὴν, ἣν, εἶπου μόνου, &c. ut paulo ante legitur ἀρχὴ ἦν. Sensus tamen obscurus perplexusque manet, quod minus ἐναργῶς quæ Academicorum erant a Stoicorum factione et oratione secernat. Et quidem si de Stoicorum decreto membrum hoc sumimus, velle Numenius id videtur, Arcesilam et profectos ab illo Academicos ea, quam avide arripiebant, pugnandi ansa carituros fuisse, si Zeno aliquid de suo illo decreto remittere voluisset, quo tam absolute comprehendendi vim phantasiæ tribuebat: de quo infra, p. 733 b. Sin (quod mihi certe probabilius est) de Academicorum decreto dictum id fuerit: hoc opinor, significat, hominibus nihil omnino percipi et comprehendi posse καθόλου ὁριζομένοις, unum duntaxat aliquid auferendum ac detrahendum

fuisse, quod vel ipsi perceptum satis et comprehensum fateri cogerentur. Quid autem illud? Non declarat Numenius: facile tamen intelligitur, id ipsum videlicet, *Percipi nihil comprehendique posse.* Audi Tullium lib. iv. Academic. sect. 18. *Ex hoc*, inquit, *illud est natum, quod postulabat Hortensius, ut id ipsum saltem perceptum a sapiente diceretis, nihil posse percipi.* Et vero licet Carneades ne id quidem exceptum esse pateretur, *Antiochus tamen ad istum locum* (verba Tullii sunt) *pressius videbatur accedere. Quoniam enim id haberent Academici decretum, nihil posse percipi, non debere eos in suo decreto sicut in cæteris rebus fluctuare, præsertim cum in eo summa consisteret,* &c. quæ Tullius ita concludit: *Hoc igitur modo potius erat ab his postulandum, ut hoc unum saltem* PERCIPI NIHIL POSSE *perceptum esse dicerent.* Porro totam illam Stoicorum de phantasia, seu viso et comprehensione, doctrinam accurate idem Cicero ac diligenter exponit lib. i. Academic. sect. 39, 40, 41. Sed alius ille locus ex iv. ejusd. operis sect. 18, qui huc etiam maxime pertinet, sic legendus videtur: *Cum enim ita negaret* (Philo, qui Zenonis definitionem respuebat) *quicquam esse, quod comprehendi posset: (id enim volumus esse ἀκατάληπτον:) si illud esset, sicut Zeno definiret, tale visum, (jam enim hoc pro φαντασία verbum satis hesterno sermone trivimus,) visum igitur impressum effictumque ex eo unde esset, quale esse non posset ex eo unde non esset: (id nos a Zenone definitum rectissime dicimus: qui enim potest quidquam comprehendi, ut plane confidas id perceptum cognitumque esse, quod est tale, quale vel falsum esse possit?) Hoc cum infirmat tollitque Philo,* &c. Lambini emendatio a mente Ciceronis admodum videtur aliena. Nos particulam unicam *ut* expungimus post *non posset;* illa vero *id nos a Zenone* usque ad *esse possit* parenthesi includimus. Hæc tamen Platonico potius quam Tulliano more intricata videri possint.

— c 10. εἰρημένης.] Lege cum MS. εἰρήνης.

— d 1. ὅτι ἐποίησεν.] Pendet sententia. Legendum videtur οὕτως ἐποίησεν.

733 b 2. ἐν τῷ ἀσθενεστέρῳ ὤν.] Expungendum arbitror participium ὤν, ut Arcesilam ἀσθενέστερον vocet.

— d 4. Πιταναίῳ.] Diogenes Laërtius lib. iv. [28.] Ἀρκεσίλαος, inquit, Σεύθου, ἢ Σκύθου, Πιταναῖος, τῆς Αἰολίδος. Ibid. [38.] Ἦν μὲν οὖν αὐτῷ καὶ ἐν Πιτάνῃ περιουσία, ἀφ' ἧς ἀπέστειλεν αὐτῷ Πυλάδης ὁ ἀδελφός.

734 a 6. περὶ δὲ Λακύδου.] Eadem commemorat Diogenes lib. iv. sed longe siccius atque frigidius. Subobscura videtur narratio, quæ tamen diligentius attendenti satis perspicuam habet explicatamque rationem.

— b 1. οἰκονομικός.] Significare videtur, aliquem eo tempore notissimum fuisse, quem ἀπὸ τῆς ἀκριβεστέρας οἰκονομίας ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΟΝ vulgo nominarent. Laërtius de Lacyde nostro, τοῦ-

τόν φασι καὶ περὶ οἰκονομίαν[z] γλυκύτατα ἐσχηκέναι. Interpres γλυκύτατα *felicissime* reddidit. Quid si *lepidissime?*

734 c 2. δακτύλιον.] Ne illum aut clavim amitteret, hanc in occulta quadam arcula deponebat, illum per seræ foramen intra cellam ipsam evolvebat. Servi, reperta clavi, sigillum revellebant, tum reserata janua jacentem intro anulum colligebant; inde ubi genio liberaliter indulsissent, clauso ostio simile priori sigillum imprimebant, et anulo per eandem seram immisso, clavim sua in arcula reponebant. Porro, cui suus toties anulus imposuerat, idem (ut scribit Plutarch. Opusc. de Adulator. et Amici Discrim. [p. 63 e.]) Cephisocratem amicum in judicio periclitantem subducto judicum oculis ipsius anulo liberavit: τοῦ κατηγόρου, inquit, τὸν δακτύλιον αἰτήσαντος, ὁ μὲν (reus) ἡσυχῇ παρακαθῆκεν· αἰσθόμενος δὲ ὁ Λακύδης ἐπέβη τῷ ποδὶ, καὶ ἐπέκρυψεν· ἦν δὲ ὁ ἔλεγχος ἐκ ἐκείνῳ· μετὰ δὲ τὴν ἀπόφευξιν, τοῦ Κηφισοκράτους δεξιουμένου τοὺς δικαστὰς, εἷς τις, ὡς ἔοικεν, ἑωρακὼς τὸ γενόμενον, ἐκέλευσε Λακύδῃ χάριν ἔχειν· καὶ τὸ πρᾶγμα διηγήσατο, Λακύδου πρὸς μηδένα φράσαντος.

735 b 10. κατελάμβανε τὰ ἀφειμένα.] Id est, opinor, re ipsa percepit, ac certo intellexit, quam multa negligenter habita profligasset.

—— καὶ μάτην.] Quid si, καὶ ὅτι μάτην?

— b ult. φόρτακες.] Hic novo satis exemplo φόρτακες dicti videntur οἱ φορτικοὶ, τουτέστι φορτικῶς χλευαστικοὶ, quod ex sequentibus facile intelligitur: φόρτος Atticis *risus* est, sed *immodicus* ac *molestus*. Aristophan. in Pluto: Ἔπειτα, καὶ τὸν φόρτον ἐκφύγοιμεν ἄν. Idem in Pace, ubi eum laudans, qui scurriles istos et illiberales risus ex Comœdia sustulisset:

> Ταῦτ' ἀφελὼν κακὰ, καὶ φόρτον, καὶ βωμολοχεύματ' ἀγεννῆ,
> ἐποίησε τέχνην μεγάλην ἡμῖν.

Hinc et Hesychio τὰ φορτικὰ dicuntur γελοῖα, et ὑπεροψίας σκώμματα. Aristophan. Vespis, [64.]

> Ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν λογίδιον, γνώμην ἔχον,
> ὑμῶν μὲν αὐτῶν οὐχὶ δεξιώτερον,
> κωμῳδίας δὲ φορτικῆς σοφώτερον.

Ubi meo judicio κωμῳδία φορτικὴ non est vel οἰκτρὰ, ἐν ᾗ φορτικά

[z] In Laërtio Gatakerus M. A. V. 5. reponit γλισχρότατα. Qui pergit; “ ὑπογλισχότερος *paulo sordidior* Vigerus: malim *tenacior, atque ejusmodi qui* “ *œconomicus diceretur.* Nos diceremus, *somewhat near and a good husband.* “ Miror autem virum eruditissimum vitiosam eam lectionem non animadver- “ tisse, cum Eusebium simul sub oculos haberet. Nec possum probare, quod “ Οἰκονομικὸς litera majuscula præfixa scribit, vultque esse certum aliquem eo “ tempore notissimum designari, qui ἀπὸ τῆς ἀκριβεστέρας οἰκονομίας οἰκονομι- “ κὸς vulgo nominabatur: cum revera οἰκονομικὸς istic appellativum sive “ ἐπίθετον commune sit, eumque designet, qui est *rei familiaris dispensandæ,* “ *curandæ, tuendæ peritus,*” &c.

τινα εἰσάγουσιν, ut Scholiastes exponit; nec, ut apud Stephan. alii, *insulsa et inepta;* sed potius, *scurrilis nimium, et in risus effusa petulantiores:* narratio enim quam subjungit faceta est illa quidem, sed liberalis tamen ac civilis.

735 c 1. Γέται καὶ Δακοί.] Δάκοι sæpius quam Δακοὶ reperias. Stephanus de Urbibus in voce Δακία sic habet: οἱ Δάκοι, οὓς καλοῦμεν Δάους. Γέτας γὰρ τοὺς πρὸς τὸν Πόντον κεκλιμένους, καὶ τὴν ἕω· Δάους δὲ, τοὺς πρὸς τἀναντία, πρὸς Γερμανίαν, καὶ τὰς τοῦ Ἴστρου πηγάς. Καὶ παρ' Ἀττικοῖς δὲ τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα, Δάοι, καὶ Γέται. Strabo lib. vii. hoc ipsum plenius: Δάκους δὲ, (&c.) οὓς οἶμαι Δάνους καλεῖσθαι τὸ παλαιόν· ἀφ' οὗ καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἐπεπόλασε τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα, Γέται καὶ Δᾶοι. Atque id probabilius judicat, quam Davos illos a Scythis, οὓς καλοῦσι Δάας, ortos esse. Getarum et Davorum ex Terentii quoque fabulis nota dicacitas atque στωμυλία.

— c 2. λαλεῖν στωμυλήθρας.] Τὸ λαλεῖν minus hic necessarium videtur: στωμυλήθρα vero, pro στωμυλία et βωμολοχία, veterum Comicorum vox erat. Athenæo lib. vii. [ix. p. 381 b.] στωμυλῆθραι δαιταλεῖς, i. e. *loquaces et dicaces convivæ:* sed, opinor, legendum στωμύληθροι, ut apud Suidam στωμύληθρος pro στωμύλεθρος. Apud eundem grammaticum legitur Ῥομβοστωμυλήθρα: tum sequitur, Εὐβουλίδης φησὶν, ἐριστικὸς κερατίνας ἐρωτῶν, καὶ ψευδαλαζόσι λόγοις τοὺς ῥήτορας κυλίων, ἀπῆλθ' ἔχων Δημοσθένους τὴν ῥομβοστωμυλήθραν. Qui locus intelligi debet ex Diogene Laërtio lib. ii., ubi Euclidis vitam pertexens inter ejus successores Eubulidem nominat, de quo hæc inter alia, περὶ τούτου φησί τις τῶν Κωμικῶν,

Ὁ ὑβριστικὸς δ' Εὐβουλίδης, κερατίνας ἐρωτῶν,
καὶ ψευδέσ' ἀλαζόσι λόγοις τοὺς ῥήτορας κυλίων,
ἀπῆλθ' ἔχων Δημοσθένους τὴν ῥωβοστωμυλήθραν.

Itaque apud Suidam legendum videtur, Οὐριστικὸς, (φησί τις τῶν Κωμικῶν) Εὐβουλίδης, &c. versus enim illi non Eubulidis sunt, sed adversus Eubulidem: utrum legas οὐβριστικὸς, an οὐριστικὸς vix refert: fuit enim is et ὑβριστικὸς, ut ex Diogene, loco citato, et Aristocle apud Euseb. nostrum infra, p. 791 d. manifeste constat: fuit etiam ἐριστικὸς, utpote Euclidis τῶν ἐριστικῶν principis discipulus atque successor. Sequitur κερατίνας ἐρωτῶν, supple ἐρωτήσεις, quod graviter ac sæpius utrinque ferirent. At ψευδαλαζόσι, quod habet Suidas, rectius videtur quam ψευδέσι ἀλαζόσι. Denique ῥομβοστωμυλήθρα, sive ῥωβοστωμυλήθρα, ficta vox est: utrum legas elige; ῥωβο, duæ primæ, ut videtur, syllabæ sunt verborum ῥώω, et βοάω.

736 b. εἶτα μὴ ἐξελέγξαι.] MS. εἴτε μὴ ἐξελέγχοι πάντα ἀνατρέψεσθαι, &c. Ex quibus vera, opinor, lectio conjici possit, εἶτα ἂν μὴ ἐξελέγχοι, (vel εἶτα μὴ ἐξελέγξας,) πάντα ἀνατρέψεσθαι ἑαυτῷ δοκῶν.

737 b 2. οὐ χρεών.] οὐ. Cujus tandem? Platonis, opinor. In hoc quippe multus ante Numenius fuerat.

737 b 8. ἀπέφερεν.] Quid si ἔφερεν? Est enim, ut pueris notum, ἄγειν καὶ φέρειν *sursum deorsumque miscere.*

— c 4. σφοδρῶς ῥέων.] Hæc glossemati simillima, cum præcedat ῥοώδης.

— d ult. καὶ ἐμέμνητο.] Legendum καὶ οὐκ ἐμέμν. vel, quod quidem malim, οὗ προδέδοκτο, καὶ ἐμέμνητο, ἑκὼν ἠμέλει.

[739 a 1. ὁ δὲ Καρνεάδης, οἷον ἀντεστραμμένα φιλοσοφῶν, τοῖς ψεύσμασιν ἐκαλλωπίζετο, καὶ ὑπ' αὐτοῖς τἀληθῆ ἠφάνιζε.] Id est, *Carneades quasi contraria philosophans mendaciis fucum faciebat, et sub iis vera occultabat.* Ἠφάνιζε est ἀφανῆ ἐποίει, faciebat ut quæ vera erant præ falso, cui probabilitatem imposuerat, non adparerent, et neutrum tamen nec falsum nec verum, quorum utraque in rebus esse concederet, firmiter comprehendi posse docebat. Hic enim fuit ὁ τῆς τῶν Ἀκαδημαϊκῶν ἐποχῆς λόγος, qua sapientem et nulli rei adsentiri, et se a respondendo, ut aut probet quid aut improbet, cohibere, ut neque neget aliquid neque aiat, statuebant, quem Carneades princeps quatuor de sustinendis assensionibus libris adstruxerat Cic. 2. Acad. Ejusmodi argutiarum mirus artifex fuit iste Pœnus, et quid dicendi facultate polleret supra omnes, ἐψυχαγώγει καὶ ἠνδραποδίζετο, ὢν μὲν κλέπτων ἀφανής, φαινόμενος δὲ ληστής, *delectabat et captivos trahebat auditores fur occulte, manifeste prædo.* Ἀφανίζειν h. l. significat *facere ne conspicuum sit, abscondere.* Ita Aristoph. Pluto ὁ δὲ Θεὸς ἠφάνισεν ἑαυτὸν ὡς ὄφις εἰς τὸν ναόν· *Deus vero occubuit se ut serpens in templum:* et Nubibus: ἀφανίζων πονηρὰ σκώμματα, *supprimens mala convitia:* ubi interpres: ἀφανῆ ποιῶν, τουτέστι, περικαλύπτων τῷ γέλωτι, *Risu faciens ne adparerent, ne animadverterentur*[a]. Ἀφανισθέντα ὑπὸ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου apud Suidam in Φόρος sunt *non amplius extantia, e conspectu remota, tempore Theod. magni.* Numenium Vigerus ita interpretatur; *triumphabat in mendaciis quibus verum abolebat.* De prioris verbi incompetentia nihil dicam; est enim manifestissima, quia Carneades non hoc affectavit ut falsum pro vero concludere videretur, neque de eo artificio se jactitavit, sed verum falso involvit, non animadvertente interim quovis: posterius τὸ *abolere* respuunt sequentia: addit enim Numenius, Carneadem falsis tanquam velis quibusdam usum fuisse et verum dixisse, sed veteratorie, latenter, et intus cum foris aliud ostenderet, ἠλήθευεν ἔνδον λανθάνων καπηλικώτερον. Post velum igitur falsorum vera latebant in argumentationibus Carneadis: non ergo abolita, sed solum semota ex oculis et inconspicua facta. Hunc sensum comprobant etiam reliqua quæ proxime sequuntur: *accidisse philosopho huic ejusque disputandi rationi quod seminibus seu granis Cerealibus, e quibus quæ inania sunt cassa et effœta summæ aquæ innatant; quæ vero vegeta sana et integra subsidunt et sunt* ἐν τῷ ἀφανεῖ, *non adparent.* Quam igitur grana in fundo non possunt dici abolita vel annihilata, quanquam

[a] Prava lectione deceptus est Reinesius: recte a Kustero in Suida e mss. repositum est ἀσφαλισθέντα.

non sint conspicua, tam nec verum in collectionibus Carneadis aboleri. Reinesius Var. Lect. III. 6. p. 449.]

743 b 9. Ἐδίδασκε δέ.] Xenophon Memorabil. lib. iv. p. 814 b. Quatenus earum doctrinarum studiis eruditos esse oporteat reipub. principes, pluribus a Platone lib. de Repub. VII. disputatur. Λογιστικῆς summam cognitionem esse jubet: geometriæ secundo loco dari operam, quatenus πρὸς τὰς στρατοπεδεύσεις, καὶ καταλήψεις χωρίων, καὶ συναγωγὰς, καὶ ἐκτάσεις στρατιᾶς, καὶ ὅσα δὴ ἄλλα σχηματίζουσι τὰ στρατόπεδα, conferre potest. De astronomia, quid statuat, subobscurum est, nisi quod ἄντικρυς parum admodum περὶ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ curiosos esse vult; atque in illis cœlestium orbium ac siderum conversionibus umbram potius aut similitudinem veritatis quam ipsammet veritatem agnoscit.

745 a 6. ὅτι μὲν γάρ.] Idem Xenophon p. 1000 b.

— a 7. τῷ κρείττονι τῆς δυνάμεως, &c.] Xenophontis interpres hæc ita mutat, τὸ κρεῖττον τῆς δυνάμεως αὐτὰ σέβειν. Metuit nimirum τὸ σολοικοφανές. Præcessit enim τὰ θεῖα, tum sequitur αὐτούς. Quidni ergo similiter οἷοι, quod sequitur, mutabat in οἷα? Meo judicio, solicitandum nihil est. Atticis enim, Xenophonti præsertim et Platoni, familiarissimum, casus, genera, modosque mutare, ubi potissimum significationis potius quam vocum rationem habendam existimant. Quid autem sunt τὰ θεῖα, nisi θεοί? Quod etiam τῷ κρείττονι, seu τὸ κρεῖττον τῆς δυνάμεως, ita vertit, *majorem ob potestatem*, vereor ut Xenophontis ex mente sit: alioqui dixisset, opinor, ἐπὶ τῷ κρείττονι, vel διὰ τὸ κρεῖττον.

— b 1. δούλους εἰδέναι, &c.] Xenophon, δούλους δεῖ εἰδέναι, οἷς οὐδὲν πλέον τῆς ὑπηρεσίας προσήκει, quæ oratio plenior est.

— b 4. τοσῷδε, &c.] Vitiosum est quod apud Xenophont. in margine adnotatur, τόσον τόδε τοῖς.

— d 3 ὧν τὸ περιττ.] Ita Xenophon. Male in priori editione ὡς τὸ περιττ.

— d 5. Σικελιῶτις τράπεζα.] Plato ipse, qui tacite hic a Xenophonte mordetur, lib. iii. de Repub. [p. 404 d.] Socratem habet Adimanto sic loquentem, Συρακουσίαν δὲ, ὦ φίλε, τράπεζαν, καὶ Σικελικὴν ποικιλίαν ὄψων, ὡς ἔοικας, οὐκ αἰνεῖς, εἴπέρ σοι ταῦτα δοκεῖ ὀρθῶς ἔχειν.

746 a 5. Τί ἂν οὖν εἴη.] Plato lib. vii. de Repub. p. 483 c. Ficin. Serrani autem 521 d.

— a ult. δεῖ ἄρα καὶ τοῦτο, &c.] Ficinus, non ita, ut videtur, auctoris ex sensu, vertit: *oportet ergo hanc præterea superiori addere disciplinam, quam quærimus*: προσέχειν non est προστιθέναι.

— c 1. ἀντίστροφος τῆς γυμναστικῆς.] Sororem vocat lib. iii. [p. 404 b.] de Repub. ubi de musica ex professo disputat, Ἆρ' οὖν, inquit, ἡ βελτίστη γυμναστικὴ ἀδελφή τις ἂν εἴη τῆς ἁπλῆς μουσικῆς;

— c 2. ἔθεσι.] Quantum valeat musica πρὸς τὰ ἤθη, eod. lib. iii.

pluribus, ubi gymnasticam corporis, musicam animi propriam esse docet.

746 d ult. πυκνώματα.] Gellius I. 11. *Quid enim foret ea re ineptius, si, ut planipedi saltanti, ita Graccho concionanti numeros et modos et frequentamenta varia tibicen incineret? Numeros ῥυθμοὺς, modos μέλη, frequentamenta* πυκνώματα dixit.

747 d 8. Θάλης Μιλήσιος.] Plutarch. in Moralib. de Plac. Philosoph. p. 875 d.

748 b 3. Ὠκεανόν.] Homer. Iliad. ξ'. 246.

— b ult. καὶ ἡ γένεσις.] Plutarch. non habet illud καὶ, sed ista conjungit, ἵνα μηδὲν ἐλλείπῃ ἡ γένεσις, &c. Melius. Καὶ tamen retineri optime potest, modo sequatur ᾖ pro ἡ, quid mihi magis probaretur.

— c 6. ἐνεργείᾳ.] Hoc malo, quam ἐνέργεια, ut est apud Plutarchum, ubi Latinus interpres hæc verba, οὐ δύναται δὲ ἡ ὕλη εἶναι ἐνέργεια, vertit, *materia rem creare nullam potest.* Plutarchi mens nunquam ista fuit.

— c 7. ὑπόθηται.] Plutarch. ὑποκέηται. Utrumque defendi potest: ὑπόθηται tamen magis placet.

— c pen. ἀὴρ ἐστι, &c.] Plutarch. ἀὴρ οὖσα συγκρατεῖ ἡμᾶς, καὶ ὅλον τὸν κόσμ.

— d 5. τῶν ὄντων ὑποστῆναι.] Plutarch. τῶν ὄντων, ἐξ ἧς πάντα, ὑποστῆναι, quod significantius videtur.

— d 10. Ἡράκλειτος.] Præterit Eusebius Anaxagoram, Archelaum, et Pythagoram: quid sequutus, non video: nisi quod paulo post, p. 750 d. Anaxagoræ sententiam pluribus ex Platone traditurus esset: at de Archelao et Pythagora, nihil.

749 a 3. γῆ γίνεται.] Facilis erat conjectura, reponendum γῆν γίγνεσθαι, quam lectionem Plutarchus repræsentat.

— a 8. ἀναλοῦσθαι.] Quid si ἀναλύεσθαι.

— a 10. Δημόκριτος.] Apud Plutarchum ita leges: Ἐπίκουρος Νεοκλέους, Ἀθηναῖος, κατὰ Δημόκριτον φιλοσοφήσας, ἔφη τὰς ἀρχὰς τῶν ὄντων σώματα λόγῳ θεωρητὰ, &c. Porro certum est Epicurum longe Democrito juniorem fuisse: quot tamen annis post eum natus fuerit, eo incertum manet, quod minus constans reperiatur chronologorum de Democriti ortu interituque sententia. Adi Petavium nostrum tomo II. de Doct. Tempor. in Paralipomenis, p. 862. 863.

— d 3. λέγει ἀπαθῆ.] Melius Plutarch. λέγει, καὶ ἀπαθῆ.

750 a 7. οὐδέ τι.] Mallem οὐδέ τινα.

— b 5. μηλόβοτον.] Plato in Hippia majore [p. 283 a.] Τοὐναντίον γὰρ Ἀναξαγόρᾳ φασὶ συμβῆναι, ἢ ὑμῖν· καταλειφθέντων γὰρ αὐτῷ πολλῶν χρημάτων, καταμελῆσαι, καὶ ἀπολέσαι πάντα. Diogenes Laërtius [II. 6.]: Οὗτος εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ διαφέρων ἦν, ἀλλὰ καὶ μεγαλοφροσύνῃ, ὅς γε τὰ πατρῷα παρεχώρησε τοῖς οἰκείοις. Αἰτιαθεὶς γὰρ ὑπ' αὐτῶν, ὡς ἀμελῶν· Τί οὖν, ἔφη, οὐχ ὑμεῖς ἐπιμελεῖσθε; Urbanum illud, καὶ σοφόν: hoc quod sequitur, κρεῖττον ἢ κατὰ

φιλόσοφον. Objicienti enim, οὐδέν σοι μέλει τῆς πατρίδος; Εὐφήμει, ἔφη, ἐμοὶ γὰρ καὶ σφόδρα μέλει τῆς πατρίδος, δείξας τὸν οὐρανόν. Digna vox meliore lingua, meliore sensu.

750 b 10. ἦν γὰρ ἐν ἀρχῇ.] Plutarchus supra, p. 876 d. hæc paulo aliter, Ἄρχεται δὲ οὕτως, inquit; Ὅμου πάντα χρήματα ἦν, Νοῦς δὲ αὐτὰ διῇρε καὶ διεκόσμησε· χρήματα λέγων τὰ πράγματα. Consule Diogenem.

— d 5. Ἀλλ' ἀκούσας.] Platonis locus est in Phædone, p. 393 c. Ficini.

751 a 2. τιθέναι.] Ita malui ex Platone, quam τιθέντα, ut in priori edit.

— d 8. Ἐπεὶ δὲ προϊών.] Plato uterque, Ἐπειδή. Sed præstat ἐπεὶ, quod hic pro ἀλλὰ vel ἔπειτα usurpatur. Quomodo a Plutarcho præcipue sumitur, ut jam Stephanus in Notis observavit. Sic et apud Herodot. II. p. 114. Ἐπεὶ οὖν τοὺς νεανίας ἀποπεμπομένους ἰέναι τὰ πρῶτα μὲν διὰ τῆς οἰκεομένης, i. e. *Inde*, vel *Tum igitur dimissos adolescentes primum quidem cultam regionem peragrasse:* ubi oratio, quemadmodum et hic, nisi ἐπεὶ eo modo sumeretur, esset prorsus ἀναπόδοτος.

752 d 3. δίνην περιτιθεὶς, &c.] Ficinus, *vertiginem circumponentes terræ sub cœlo.* Serranus autem, *dum quendam aquarum gurgitem terræ circumponunt sub cœlo.* Existimavi perpetuam aëris agitationem intelligi; et ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ non cum superiore membro conjungendum, sed novi membri principium statuendum esse.

— d 6. βάθρον τὸν ἀέρα.] Ficinus legit βάθρῳ τῷ ἀέρι, vertit enim, *aëre velut base.* Mihi nihil mutandum videtur.

753 b 7. Ἔνιοι τῶν φιλ.] Plutarch. de Placit. Philosophor. cap. 7. p. 880. Ex quo Eusebius κατ' ἐπιτομήν.

— c 7. ἐπὶ τούτοις.] Hæc, usque ad λέγει δὲ οὕτως, Eusebii verba sunt.

— d 5. Κοινοῖς οὖν.] Imo tu solus, Plutarche, gnaviter impius es, qui Deo rerum humanarum curam eripias, et divinæ mentis ac felicitatis magnitudinem infinitam angustis et iniquis ingenii tui finibus metiare.

— d 9. πεπληρωμένον πᾶσι.] Nota, pro πάντων ἀγαθῶν, quæ et alibi reperias.

754 a 10. θανάτου πολὺ κεχ.] Vocem ὕπνου, quæ post θανάτου sequebatur, cum Plutarcho sustulimus. Merum glossema fuit, quo nescio quis explicare voluit τὸ ἐγγὺς θανάτου. Itaque adscripsit ὕπνος, (non ὕπνου,) qui vere morti simillimus.

— b 1. πεπλήρωτο ἐν μακαριότητι.] Rectius, quam ut apud Plutarchum, πεπληρώκει μακαριότητα.

— b 4. μηδὲν γὰρ ἐλλείπων.] Imo certe, quod optime Plato vidit, id omnino summæ ejus et infinitæ bonitati debebatur. Cæterum in priori editione perperam legebatur, μηδὲν γὰρ ἐλλεῖπον.

— d 5. μετὰ δὲ τούτους.] Eusebius loquitur, usque ad ἄκουε.

755 b. διὰ τὰς ὕλης, &c.] Hinc Plutarchum emendes licet, apud quem minus recte, δι᾽ ὅλης τῆς ὕλης, δι᾽ ἧς κεχωρήκει, παραλλάξαι.

— b 10. ὁμοιομερείας.] Verbo dixit, quod Plutarch. ὁμοιότητας· αὗται δὲ λέγονται ὁμοιομέρειαι.

— c. τῆς Ἑβραι. ἀρχαιολογίας.] Supple ἕνεκα, i. e. ὅσα γε πρὸς τὴν Ἑβρ. ἀρχαιολογίαν.

— c 8. Ἕλλησι, καὶ, &c.] Manifesta hic trajectio est. Lege ergo, Ἕλλησι, παρά τε Φοίνιξι, καὶ Αἰγυπτίοις, καὶ τοῖς πρόπαλαι τὴν πολυθ. δεισιδαιμ. εἰσηγησαμένοις, ἢ τοῦ, &c. Imo ante τῆς πρόπαλαι libenter τὸ καὶ expunxerim.

756 c 2. καὶ τὸ μὴ ὂν ἕτερον εἶναι.] Repone cum alt. MS. καὶ τὸ ἕτερον μὴ εἶναι.

757 a 5. Αὐτίκ᾽ ἔπειτ᾽.] Iliad. ε΄. 214.

758 c 1. Ἀναγκαίως.] Subtilis ac solida est tota hæc ab Aristocle contra Scepticos suscepta disputatio.

760 d 5. εἰ δὲ ἐγίνωσκε.] B. Augustinus lib. de religione, quærenti veritatem, *Saltem*, inquit, *scis te dubitare an sit aliquid veri, et hoc ipsum est veritas.*

761 b 5. ἀντὶ χορευτοῦ φιλόσοφος.] Diogenes Laërtius lib. ix. ex Simone quodam Apollonide Timonem hunc significat a saltatione jam abstinere cœpisse antequam in Pyrrhonem incidisset. Σίμων Ἀπολλωνίδης, inquit, φησὶ τὸν Τίμωνα εἶναι πατρὸς μὲν Τιμάρχου, Φλιάσιον δὲ τὸ γένος· νέον δὲ καταλειφθέντα χορεύειν, ἔπειτα καταγνόντα, ἀποδημῆσαι εἰς Μέγαρα πρὸς Στίλπωνα, &c. Εἶτα (i. e. contractis jam nuptiis) πρὸς Πύρρωνα εἰς Ἦλιν ἀποδημῆσαι μετὰ γυναικὸς, &c. Vide infra, p. 763 c.

— b 9. Σίλλοι.] Vide eundem locum p. 763 c. Diogenes lib. ix. auctor est, Simonem etiam illum Apollonidem, qui de Timone loquebatur, Sillorum opus scripsisse, quod Tiberio Cæsari dedicarit, in quod Diogenes ipse commentarios edidisset. Tum de Timonis operibus, Τῶν δὲ Σίλλων, inquit, τρία ἐστὶν (βιβλία) ἐν οἷς, ὡς ἂν σκεπτικὸς ὢν, πάντας λοιδορεῖ, καὶ σιλλαίνει τοὺς δογματικοὺς ἐν παρῳδίας εἴδει. ὧν τὸ μὲν πρῶτον αὐτοδιήγητον ἔχει τὴν ἑρμηνείαν, τὸ δὲ δεύτερον καὶ τρίτον, ἐν διαλόγου σχήματι. Operis initium hoc fuisse tradit, Ἔσπετε νῦν μοι ὅσοι πολυπράγμονές ἐστε σοφισταί.

766 c 10. ὁ Πλάτων.] Locus extat in Theætete, p. 118. Ficin. d. Ubi postquam a Protagora hominem rerum omnium mensuram constitui docuit, ita prosequitur: Οὐκοῦν οὕτω πως λέγει, (Protagoras,) ὡς οἷα μὲν ἕκαστα ἐμοὶ φαίνεται, τοιαῦτα μέν ἐστιν ἐμοί· οἷα δέ σοι, τοιαῦτα αὖ σοι. ἄνθρωπος δὲ σύ τε, κἀγώ. Tum hominem ita refellit, Ἆρ᾽ οὐκ ἐνίοτε πνέοντος ἀνέμου τοῦ αὐτοῦ, ὁ μὲν ἡμῶν ῥιγοῖ, ὁ δὲ οὔ; καὶ ὁ μὲν, ἠρέμα, ὁ δὲ, σφόδρα; Καὶ μάλα. Πότερον οὖν τότε αὐτὸ ἐφ᾽ ἑαυτῷ τὸ πνεῦμα, ψυχρὸν, ἢ οὐ ψυχρὸν φήσομεν; ἢ πεισόμεθα τῷ Πρωταγόρᾳ, ὅτι τῷ μὲν ῥιγοῦντι ψυχρὸν, τῷ δὲ μὴ, οὔ; &c. At pluribus interjectis ita miserum σκώπτει, ut illud de se cogitare videatur. *Quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno.* Τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου τεθαύμακα, inquit, ὅτι οὐκ εἶπεν

ἀρχόμενος τῆς ἀληθείας, ὅτι πάντων χρημάτων μέτρον ἐστὶν ὗς, ἢ κυνοκέφαλος, ἤ τι ἄλλο ἀτοπώτερον τῶν ἐχόντων αἴσθησιν, ἵνα μεγαλοπρεπῶς καὶ πάνυ καταφρονητικῶς ἤρξατο (f. ἄρξαιτο) ἡμῖν λέγειν, ἐνδεικνύμενος ὅτι ἡμεῖς μὲν αὐτὸν, ὥσπερ θεὸν, ἐθαυμάζομεν ἐπὶ σοφίᾳ, ὁ δ' ἄρα ἐτύγχανεν ὢν εἰς φρόνησιν οὐδὲν βελτίων βατράχου γυρίνου, μὴ ὅτι ἄλλου του ἀνθρώπων.

766 d 4. εἰ δὴ τῆς τις, &c.] Plato ibid. hæc pluribus, Εἰ γὰρ δὴ ἑκάστῳ ἀληθὲς ἔσται, ὃ ἂν δι' αἰσθήσεως δοξάζῃ, καὶ μήτε τὸ ἄλλου πάθος ἄλλος βέλτιον διακρίνῃ, μήτε τὴν δόξαν κυριώτερος ἔσται ἐπισκέψασθαι ἕτερος τὴν ἑτέρου, ὀρθὴ ἢ ψευδὴς, ἀλλὰ αὐτὸς τὰ αὑτοῦ ἕκαστος μόνον δοξάσει, ταῦτα δὲ πάντα ὀρθὰ καὶ ἀληθῆ, τί δήποτε Πρωταγόρας μὲν σοφὸς, ὥστε καὶ ἄλλων διδάσκαλος ἀξιοῦσθαι δικαίως μετὰ μεγάλων μισθῶν, ἡμεῖς δὲ ἀμαθέστεροί τε, καὶ φοιτητέον ἡμῖν ἦν παρ' ἐκεῖνον, μέτρῳ ὄντι αὐτῷ ἑκάστῳ τῆς αὑτοῦ σοφίας; &c.

— d 9. ὅ γε μὴν θεασάμ.] Et hoc argumentum solenni ubertate Plato persequitur: Ἆρα δυνατὸν, inquit, ὅτου τις ἐπιστήμων γένοιτό ποτε, ἔτι ἔχοντα μνήμην αὐτοῦ τούτου, καὶ σωζόμενον, τότε ὅτε μέμνηται, μὴ ἐπίστασθαι αὐτὸ τοῦτο, ὃ μέμνηται; Μακρολογῶ δὲ, ὡς ἔοικε, βουλόμενος ἐρέσθαι, εἰ μαθών τίς τι, μεμνημένος, μὴ οἶδε; Καὶ πῶς, ὦ Σώκρατες; τέρας γὰρ ἂν εἴη ὃ λέγεις. Et paulo post, pressius: ὁ δέ γε ὁρῶν, καὶ ἐπιστήμων γεγονὼς οὗ ἑώρα, ἐὰν μύσῃ, μέμνηται μὲν, οὐχ ὁρᾷ δὲ αὐτό. ἢ γάρ; Ναί. Τὸ δέ γε, οὐχ ὁρᾷ, οὐκ ἐπίσταται, ἐστὶν, εἴπερ καὶ τὸ ὁρᾷ, ἐπίσταται. Tum concludens, Συμβαίνει ἄρα, οὗ τις ἐπιστήμων ἐγένετο ἔτι μεμνημένον αὐτὸν, μὴ ἐπίστασθαι, ἐπειδὴ οὐχ ὁρᾷ, ὃ τέρας ἔφαμεν ἂν εἶναι, εἰ γίγνοιτο. Τῶν ἀδυνάτων δή τι συμβαίνειν φαίνεται, ἐάν τις ἐπιστήμην καὶ αἴσθησιν ταὐτὸν φῇ εἶναι.

— d pen. Καὶ ἐν θατέρῳ.] Plato ibid. fusius. Cum enim hoc δεινότατον, ut ipse vocat, ἐρώτημα proposuisset, Ἆρα οἷόν τε τὸν αὐτὸν εἰδότα τι τοῦτο ὃ οἶδε μὴ εἰδέναι; id vero ἀδύνατον esse negat, εἰ τὸ ὁρᾷν γε ἐπίστασθαι θήσεις. Τί γὰρ χρήσῃ ἀφύκτῳ ἐρωτήματι, ὅταν ἐρωτᾷ ἀνέκπληκτος ἀνὴρ, καταλαβὼν τῇ χειρὶ σοῦ τὸν ἕτερον ὀφθαλμὸν, εἰ ὁρᾷς τὸ ἱμάτιον τῷ κατειλημμένῳ; Respondentique Theæteto, οὐ φήσω τούτῳ γε, τῷ μέντοι ἑτέρῳ. Ille contra instat, Οὐκοῦν ὁρᾷς τε, καὶ οὐχ ὁρᾷς ἅμα ταὐτόν; Annuenti Theæteto refert, οὐδὲν ἐγὼ, φήσει, (legendum videtur, οὐδ' ἐγὼ φημὶ,) τοῦτο, οὔτε τάττω, οὔτε ἠρόμην τὸ ὅπως. (Quasi dicat, ego id ut fateare non jubeo, neque id quomodo fieri posset ex te quærebam. Quid ergo? quod sequitur,) ἀλλ' εἰ, ὃ ἐπίστασαι, τοῦτο καὶ οὐκ ἐπίστασαι. Νῦν δὲ ὃ οὐχ ὁρᾷς ὁρῶν φαίνῃ, (sponte enim id fateris:) ὡμολογηκὼς δὲ τυγχάνεις, τὸ ὁρᾷν, ἐπίστασθαι, καὶ τὸ μὴ ὁρᾷν, μὴ ἐπίστασθαι. Ἐξ οὖν τούτων λογίζου, τί σοι συμβαίνει; Id nimirum quod Theætetus ultro concedens. Ἀλλὰ λογίζομαι, inquit, ὅτι τἀναντία οἷς ὑπεθέμην, hoc est, fieri posse, ut idem simul et sciret aliquid et nesciret. Mihi tamen usque adeo solidum hoc argumentum non videtur. Qui enim altero duntaxat oculo aliquid videt, vere illud videt, nec simul, ut alterum claudat, non videt.

767 a 1. εἰ τὸ φαινόμενον.] Et hoc Platonicum est. Sic enim ibid. ille: [p. 171 a.] Ἔπειτά γε τοῦτο ἔχει κομψότατον. Ἐκεῖνος μὲν περὶ τῆς αὐτοῦ οἰήσεως τὴν τῶν ἀντιδοξαζόντων οἴησιν, ᾗ ἐκεῖνον ἡγοῦνται ψεύδεσθαι, συγχωρεῖ που ἀληθῆ εἶναι, ὁμολογῶν τὰ ὄντα δοξάζειν ἅπαντας. Οὐκοῦν τὴν αὐτοῦ ἂν ψευδῆ συγχωροῖ, εἰ τὴν τῶν ἡγουμένων αὐτὸν ψεύδεσθαι ὁμολογεῖ ἀληθῆ εἶναι;

770 b 4. Καθ' ἓν ἕκαστον.] Extremo dialogo, p. 94 d 4. Ficin. at Serrani tom. II. p. 65 initio. Primum hoc membrum Ficinus ita vertit, *Secundum quodlibet igitur horum trium de voluptate et sapientia judicemus.* Aliud, opinor, Plato vult: h. e. tria illa, pulcritudinem, veritatem, mediocritatem, cum voluptate ac mente seorsim conferenda esse, ut ex illa contentione intelligi possit, utri ea, menti ne similiora sint, an voluptati.

— c ult. πότερον ἡδονὴ φρονήσεως.] Dubium non est, quin corrupta hæc sint. Quærebatur enim utra esset mediocritati similior, mens an voluptas; non autem, utrum plus in voluptate prudentiæ, an contra voluptatis in prudentia. Itaque sic reponendum videtur, πότερον ἡδονὴ μετριότητος, ἢ φρόνησις, (vel νοῦς) πλείω κέκτηται: unde sequitur d 4. τῆς ἡδονῆς οὐδὲν ἀμετρότερον, νοῦ δὲ οὐδὲν ἐμμετρότερον.

— d ult. γιγνόμενον.] Legendum puto, γενόμενον, sequitur enim οὔτε ὄντα, οὔτε ἐσόμενον.

771 a 6. φῶς οὐδέν.] Plato φῶς οὐ δέον: utrumque rectum, Eusebio tamen hæreo.

— b 11. τέταρτα.] Ita reposuimus ex Platone, barbaramque vocem τέταπε dispunximus.

— b ult. ἢ τῆς ἡδονῆς.] Tollenda videtur disjunctiva ἤ. Quæritur enim, utrum illa cum bono conjunctiora sint quam voluptas; non autem sintne cum bono magis quam cum voluptate conjuncta.

— b pen. ἐπὶ τῶν δευτερείων στερήσει.] Rectius ex Platone legeretur, ὑπὲρ τῶν δευτερείων, νῷ πρὸς ἡδ. &c.

772 b 1. πρῶτον δέ γε οὔ. &c.] Recte: nam apud Platonem pessime, πρῶτον δέ γε οὐκ ἂν οἱ πάντες, &c.

— d 2. Διονυσίου.] Pulcherrimum hoc S. Patris fragmentum, quod ad libri hujus xiv. finem perducitur, Eusebianæ diligentiæ beneficium est: quo alioqui, præter alia pleraque sapientissimi viri monimenta, careremus.

773 d 8. ἀλλ' οὐδὲ ἀπὸ τῶν μικρῶν.] Deesse aliquid videtur: pendent enim ista, nec verbo ullo fulciuntur. Quid si ἐξ ὧν, quod sequitur d 10. tolleretur? Quid si post παραδειγμάτων adderetur φιλοσοφοῦσιν, aut al. simile? Quid si, quod magis placet, νουθετούντων mutaretur in νουθετοῦνται?

774 b 7. ἑκατέρας συνεκόμισε καίριον.] Hæc mutila sunt. Legi queat, εἰς τὸν ἑκατέρας, &c. ἑκατέρας autem, νεὼς scilicet et ἁμάξης.

— c 3. ὁράτωσαν γάρ, &c.] Neque hæc satis casta. Quæ enim illæ sunt ἀθέατοι, quas videre; quæ porro ἀνόητοι, quas cogitare

jubet? An forte subintelligit *φύσεις*? Esto: qui deinde sententiarum istarum nexus est futurus? Alter quidem ex MSS. pro *ἀθεάτους*, *ἀθέτους* habet: unde sensus hic elici possit, ut eos jubeat *incompositas* illas et *ἀνοήτους*, h. e. *stolidas* atomos diligentius expendere, non segnius et obiter intueri, (quod abs sese factum David olim fatebatur, in sui ipsius adhuc imperfecti cogitatione informanda:) quo facilius intelligant, ex tanta illarum perturbatione ordinatum politumque nihil existere potuisse.

774 c 7. *τὸ ἀκατέργαστον.*] Locus mihi quidem perobscurus. Primum tamen pro *ἴδωσαν* legendum *ἴδον*, vel *εἶδον*, ut apud Chrysost. et alios, atque in omnibus Græcorum Bibliorum editionibus. Deinde relictam illam ab cæteris omnibus lectionem sequutus est, *ἀκατέργαστόν σου*, et *ὀφθαλμοί μου*. Illa enim *φανερωθὲν ἑαυτῷ* significant, non Dei, sed Davidis oculos id vidisse: hoc, opinor, sensu, *τὸ ἀκατέργαστόν σου*, i.e. *Quod ex tuis operibus imperfectum adhuc et impolitum videbatur, oculi tandem mei perviderunt;* ubi videlicet majori abs te luce perfusi caligare desierunt. Hæc ad aperiendam utcunque Dionysii sententiam. Cæterum communis eademque certior lectio est, *τὸ ἀκατέργαστόν μου εἶδον* (vel *ἴδον*) *οἱ ὀφθαλμοί σου*: ut Hebr. גלמי ראו עיניך, i. e. *me, cum adhuc materno in utero ἀμόρφωτος et inchoatus embryo clausus tenerer, oculi tui clarissime perviderunt:* id enim est, גלם. Quæ Chrysostomus, Symmachi explicationem sequutus, cum sequentibus ita pertexit, *Ἀμόρφωτόν με, τουτέστι, μηδένα λαβόντα τύπον, ἔτι πλαττόμενον, ἔτι ὑφαινόμενον· καὶ οὕτω με ἴδον σαφῶς, ὡς ἐκεῖνον τὸν πεπληρωμένον, καὶ οὐδεμιᾶς ἡμέρας ἔτι δεόμενον πρὸς τὴν ἀπάρτισιν.* Et paulo post: *ὁμοίως ἐκείνοις με εἶδες τοῖς πλασσομένοις, ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν, ἡμέραις, αἷς οὐκ ἐνέδει οὐδεμία ἡμέρα.*

— d 5. *ἢ τὸν μέγαν.*] Hæc cum superioribus contexi debent.

780 b pen. *ἐπιπολῆς.*] Eum mihi sensum expressisse videor, qui ex verbis illis exprimi poterat: sed tamen illa duo, *ὡς ἂν οἷοί τε γενώμεθα*, et *ἐπιπολῆς*, minus conjuncta esse posse arbitror. Mallem igitur *ἐπὶ πολλοῖς*, supp. *ῥήμασι*, seu *λόγοις*. Particula *κἂν* vel abesse potest, vel, si retinetur, emphasim habet cum asseveratione conjunctam, ut sæpe alias.

781 c 3. *μηδ᾽ ἀναβάλλεσθαι.*] Hesiodi verba sunt, in *Ἔργ.* 408.

> *Μηδ᾽ ἀναβάλλεσθαι εἰς αὔριον, εἴς τ᾽ ἔννηφιν.*

Qui sequitur, *Αἰεὶ δ᾽ ἀμβολιεργὸς*, &c. ibid. 411.

782 a 9. *φύσει γὰρ γνώμη.*] Præclare Tullius pro Marcello, sect. 7. *Nunquam temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur.*

— b 9. *τὴν τύχην.*] Hactenus verba Democriti: quæ sequuntur, Dionysii sunt.

782 c 7. δοτῆρας ἑάων.] Homerus Odyss. θ'. 325:

Ἔσταν δ' ἐν προθύροισι θεοὶ δωτῆρες ἑάων.

Et v. 335:

Ἕρμεια, Διὸς υἱὲ, διάκτορε, δῶτορ ἑάων.

Et alibi.

— c 9. ἀδώρητοι.] Id est, *nullorum auctores donorum*; hoc quidem loco, ubi δωτῆρες et ἀδώρητοι opponuntur.

784 a 5. τῆς τῶν θαυμ.] Subaudi αἱρέσεως, ἀπὸ κοινοῦ.

LIB. XV.

788 a 4. Τὴν πολύθεον.] Hic incipit Hopperi versio, Trapezuntiana fidelior illa quidem, ejusmodi tamen, post quam neminem futurum spero, qui supervacaneum abs me susceptum laborem arbitretur.

789 a 8. μεμαρτυρημένην.] Deest verbum ἠσπασάμεθα, vel aliud simile.

791 c 10. Ἀλεξίνου τοῦ Ἐριστικοῦ.] Notus hic ex Diogene lib. ii. in Euclide, Eristicorum principe. Τῆς Εὐβουλίδου διαδοχῆς, inquit, Ἀλεξῖνος ἐγένετο, Ἠλεῖος ἀνὴρ, φιλονεικότατος, διὸ καὶ Ἀλεξῖνος ἐπεκλήθη. Lege cum Hesychio Milesio, Ἐλεγξῖνος ἐπεκλήθη.

— d 5. Εὐβουλίδης.] Diogenes ibid. Euclidis successorem Alexini magistrum fuisse tradit. De quo, præter illa quæ supra p. 735 c 2. obiter annotavimus, hæc etiam habet cum Aristocle cohærentia; ὁ δ' Εὐβουλίδης, inquit, καὶ πρὸς Ἀριστοτέλην διεφέρετο, καὶ πολλὰ αὐτὸν διαβέβληκε.

— d 11. Δημοχάρους.] An ille Demochares[p], Demosthenis ex sorore nepos, de quo Plutarchus in decem Oratoribus? Ἀνὴρ, inquit, καὶ κατὰ πόλεμον ἀγαθὸς, καὶ κατὰ τοὺς πολιτικοὺς λόγους οὐδενὸς χείρων. At ibi nihil de contumeliosis hominis operibus, de odio in Aristotelem, nihil. Nec Suidas quicquam ea de re suggerit. Tullius in Bruto [83.] historicum eum fuisse scribit; *Demochares*, inquit, *Demosthenis nepos, historiam earum rerum, quæ erant gestæ sua ætate Athenis, non tam historico quam oratorio genere perscripsit.* Idem παρρησιαστὴς, ob φορτικωτάτην linguæ παρρησίαν, cognomento dictus. Seneca lib. iii. de Ira, cap. 23. ubi de Philippi Macedonum regis patientia: *Demochares*, inquit, *ad illum, (parrhesiastes ob nimiam et procacem linguam appellatus,) inter alios Atheniensium legatos venerat. Audita benigne legatione Philippus, Dicite, inquit, mihi, facere quid possum, quod sit Atheniensibus gratum? Excepit Demochares, Te*, inquit, *suspendere.* Potuit Aristoteli hæc lingua non parcere.

792 a 7. Κηφισόδωρος.] Athenæus Κηφισόδοτον nominat lib. ii. p. 60 d. Κηφισόδοτος, inquit, ὁ Ἰσοκράτους μαθητὴς, ἐν τοῖς κατ'

[p] Vide Ruhnkenium ad Rutil. Lup. I. 2. p. 7.

Ἀριστοτέλους, (τέσσαρα δ' ἐστὶ ταῦτα βιβλία,) ἐπιτιμᾷ τῷ φιλοσόφῳ, ὡς οὐ ποίησαντι λόγου ἄξιον, τὸ παροιμίας ἀθροῖσαι. Quæ postrema verba mirum quam interpres doctissimus παρακούει, dum vertit, *quod parœmias coacervare, et in libros congerere, operæ pretium esse non duxerit:* verte: *quod in congerendis proverbiis inanem ac futilem operam posuerit.* Extabat enim olim, teste Diogene, syntagma proverbiorum ab Aristotele nominatum, et digestum. Alterius Cephisodori, plani hominis atque ridiculi, meminit idem Athenæus lib. xiv. p. 615.

792 a 10. Λύκωνος.] Diogenes V. [69.] in Lycone Peripatetico, Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι Λύκωνες· πρῶτος Πυθαγορικὸς, δεύτερος αὐτὸς οὗτος· (quorsum igitur præmisit, καὶ ἄλλοι? dixisset potius τέσσαρες.) τρίτος ἐπῶν ποιητὴς, τέταρτος ἐπιγραμμάτων ποιητής. De hoc Pythagorico nihil alibi reperio. De Peripatetico ejusque profuso luxu multi multa, in quibus Athenæus lib. xii. p. 547. Porro, quod hic ἀσεβείας crimen Aristoteli a Lycone objectum dicitur, Diogenes Aristippo tribuit, cujus cum ab Eurymedonte quodam reus agendus esset, eum voluntario aconiti haustu obiisse tradit.

793 a 6. Εὐβούλου δούλου.] Eubulus iste Hermiæ dominus fuerat, ut ex Diogene didici, lib. v. [3.] in Aristotele, ὥς φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης, inquit, ὃς καὶ δοῦλον Εὐβούλου φησὶ γενέσθαι τὸν Ἑρμείαν, γένει Βιθυνὸν ὄντα, καὶ τὸν δεσπότην ἀνελόντα. Porro levi mutatione versum hunc idem Diogenes ita legit:

Ἑρμείου εὐνούχου, ἠδ' Εὐβούλου ἅμα δούλου.

Quem interpres minus ex Theocriti mente reddidit,

Hermiæ eunuchi, simul Eubulique sepulchrum.

— a 9. εἵλετο ναίειν, &c.] Plutarchus opusculo de Exilio, p. 603. Ἀριστοτέλην, inquit, λελοιδόρηκε Θεόκριτος ὁ Χῖος, ὅτι τὴν παρὰ Φιλίππῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ δίαιταν ἀγαπήσας,

Εἵλετο ναίειν
ἀντ' Ἀκαδημείας Βορβόρου ἐν προχοαῖς.

Ἔστι γὰρ ποταμὸς περὶ Πέλλην, ὃν Μακεδόνες Βόρβορον καλοῦσι.

— b 5. Ἀπελλίκων.] Notissimus Apellicon ille Teius, qui Aristotelis libros abs Nelei posteris coëmit, in quibus multa longo situ carieque corrosa dum supplere gestiret, plane corrupit. Adi Strabonem lib. xiii. [p. 609. ed. Par.] Plutarchum in Sylla [p. 468 a.] Athenæum var. in locis. [v. p. 214 d.]

794 c 2. ὁ Περιπατητικός.] Ita MS. longe melius, quam ὡς Περιπατ.

795 b 3. ἢ τύχῃ τινί.] Hæc lectio debetur uni MS. nam in priori editione corruptissime legebatur εἰ μὴ τῷ ἢ τύχῃ τινὶ ἰδίᾳ χρησαμένους.

— d 5. καὶ πόθεν τις.] For. καὶ πόθεν; καὶ τίς;

796 c. Πριαμικαῖς τύχαις.] Alludit ad illud Aristotelis, lib. i. de Moribus, cap. 11. Εἰ δ' οὕτως, ἄθλιος μὲν οὐδέποτε γένοιτ' ἂν ὁ εὐδαίμων· οὐ μὴν μακάριός γε, εἰ Πριαμικαῖς τύχαις περιπέσῃ.

798. ὡς γὰρ οὐκ ἔστι.] Homerus Iliad. χʹ. 262. quibus verbis Hectorem Achilles gravius sane duriusque mordebat.

— c 9. τοῦ δηλωθέντος.] Δηλωθέντος, viri nomen esse proprium existimavit Hopperus.

— d 4. ὕπτιον, &c.] Recte hic emendasse mihi videor ὕπτιον, cujus pronuntiatio sæpe nonnullorum in ore degenerat in ὕψιον, Latino more. Est hic ὕπτιος, *planus*, *rectus*, *facilis*, *expeditus*, qua significatione opponi τῷ σκολιῷ possit. Itaque paulo post pro ἀναβαίνει sensus omnino postulat ἂν βαίνῃ.

— d 7. ἀρχήν τε καὶ μέσα.] Platonis locum habes sup. p. 531 a 2.

— d 11. 12. τούτου δὲ ἐκτὸς ὄντα.] Mallem, τοῦτον δὲ τὰ ἐκτὸς ὄντα, τὰ δὲ αὐτοῦ ἐκτὸς ὄντα.

799 a 8. 9. οὗτος.] Malim οὕτως, cum alt. MS.

— c 1. χρηστός ἐστιν.] For. χρηστὸς, hoc loco, χαρίεις, vulgo, *plaisant*, *gracieux*.

— d 10. τὸ δὲ κινουμένων τῶν, &c.] Si κινουμένων placet, lege αὐτῶν pro τῶν. Sed præstat, opinor, cum altero MS. Reg. et Montac. legere, τὸ δ' ἐκείνων μενόντων κατ' οὐρανὸν; &c.

800 a 3. οὔτε τοῦτον, οὔτε ἐκεῖνον.] Legendum videtur οὔτε τοῦτο, οὔτε ἐκεῖνο, tametsi vulgata lectio ferri possit.

— b 9. ἅπαν ἀκοινωνησίᾳ.] Ita ex alt. MS. reposui, cum perperam ante legeretur ἅπαντα κοινωνίᾳ, quibus ex verbis contrarius omnino sensus existebat.

— c 5. κατ' Ἐπίκουρον.] Libenter reponerem κατ' Ἐπικούρου. Cæterum hic nonnullorum de Epicuro sensus a Tullio agnoscitur lib. i. de Natura Deor. sect. 86. *Quanquam*, inquit, *video nonnullis videri Epicurum, ne in offensionem Atheniensium caderet, verbis reliquisse deos, re sustulisse. Itaque in illis selectis ejus brevibusque sententiis, quas appellatis* κυρίας δόξας, *hæc, ut opinor, prior sententia est, Quod beatum et immortale est, id nec habet, nec exhibet cuiquam negotium. In hac ita exposita sententia, sunt qui existiment, quod inscitia plane loquendi fecerit, fecisse consulto. De homine minime vafro male existimant. Dubium est enim, utrum aliquid dicat iste beatum et immortale ; an, si quod sit beatum, id esse immortale.*

— d 3. ἀποστήσας γάρ.] Quid tandem? Deos, opinor. Itaque addendum videtur τοὺς θεοὺς, ut paulo post θεοὺς ἀποικίσας.

801 b ult. Πρῶτον δὴ, &c.] Vide supra lib. xi. cap. 29. et sequent.

802 b 6. ταῦτα βεβαιοῖ,] Ante legebatur οὐ ταῦτα βεβαιοῖ, sed uterque MS. recte negationem expungit. Negat enim Atticus, et vere, hoc in dogmate Aristoteli cum Platone convenire. Et quæ sequuntur c. 1. πόθεν οὖν, &c. huic emendationi clarissime suffragantur.

— c 7. τό τε μὴ ἀπολλύμενον.] Reponendum videtur, τοῦ τε μὴ ἀπολλυμένου, vel τῷ τε μὴ ἀπολλυμένῳ, vel, si ἀπολλύμενον retinebitur, paulo post neutrum τὸ ante ἄφθαρτον rectius expungetur.

802 d 8. *φθαρησόμενον.*] Ita correximus ex altero MS.: vitiosum enim erat *γενησόμενον*, quod ante legebatur, ut patet.

803 b 5. *κατὰ βραχύ* [q].] Ferri potest. Mallem tamen, *καὶ βραχύν τινα θείας*, &c.

— c 5. *ὃ γάρ.*] Rectius, ut videtur, MSS. *ὁ γάρ.*

806 c 3. *ἐκ πυρὸς ἔχειν.*] Plato in Timæo p. 530 c. quatuor animantium ideas constituit: primam, *οὐράνιον θεῶν γένος*: secundam, *πτηνὸν καὶ ἀεροπόρον*: tertiam, *ἔνυδρον εἶδος*: quartam, *πεζὸν καὶ χερσαῖον.* Tum de prima, *τοῦ μὲν οὖν θείου τὴν πλείστην ἰδέαν ἐκ πυρὸς ἀπειργάζετο, ὅπως ὅτι λαμπρότατον ἰδεῖν τε κάλλιστον εἴη.* Addunt Proclus et Alcinous Platonem sentire, ex elementorum flore ac veluti deliciis excellentissimum illud corpus esse conflatum, sic tamen ut hac in temperatione principem ignis locum obtineret. Vide infra p. 838 d. et 839 a b. Plerique SS. Patrum, non Græcorum modo sed etiam Latinorum, in eadem opinione versati sunt: in primis Basilius Homil. 3. in Hexaëmer. Theodoret. quæst. 11. in Genesin: Ambrosius, lib. ii. in Hexaëmer. c. 3. Augustin. passim, ut lib. ii. de Genesi ad Liter. cap. 3. ubi ex communi quadam sententia, quam in dubium nullo modo vocat, sic loquitur, *Itaque super aërem purus ignis esse dicitur cœlum, unde etiam sidera atque luminaria facta conjectant, illius videlicet igneæ lucis in eas formas, quas in cœlo cernimus, conglobata dispositaque natura.*

— c 4. *ὁ δὲ, μηδαμῆ.*] Non tantum in lib. de Cœlo, ubi pluribus cœlum ostendit longe alia quam *τὰ ὑπὸ σελήνην* natura constare: nominatimque lib. i. c. 2. sub fin. et lib. ii. c. 7. sed etiam lib. iii. Meteoror. c. 3. Pererius noster lib. ii. in Genes. quæst. 10. hanc Aristotelis sententiam erudite defendit.

— c 6. *ἐν τῇ δευτέρᾳ.*] Plato in eod. Timæo p. 529 f. et 530 a.

— d 1. *ἀποχωρήσεις*, &c.] Plato ibid. 530 e. *χορείας δὲ τούτων αὐτῶν, καὶ παραβολὰς ἀλλήλων, καὶ περὶ τὰς τῶν κύκλων πρὸς ἑαυτοὺς ἐπανακυκλήσεις καὶ προσχωρήσεις*, &c. ubi forte præpositio *περὶ* expungenda est. Tullius hæc ita reddit, *Flexiones autem deorum, et inter ipsos deos concursiones; quæque in orbibus eorum conversiones antecessionesque eveniant*, &c. Ergo nec *τὸ περὶ* agnoscit, et *προχωρήσεις* legit, non *προσχωρήσεις.*

— d 9. *ἀποκρίσεις*, &c.] Voces *ἀποκρίσεις* et *προσκρίσεις* aut in superiores illas *ἀποχωρήσεις* et *προσχωρήσεις* mutandæ sunt, aut idem plane significant: aliam enim hic Plato nullam vel *ἀπόκρισιν* novit quam *ἀποχώρησιν*, vel *πρόσκρισιν* quam *προσχώρησιν.* Et Atticus ipse paulo post, Aristotelicam sententiam asserens Platonicæ contrariam, *μήτέ τινος αὐτοῖς ἀποχωροῦντος*, ait, *μήτε προσιόντος*, cum dicere potuisset, *ἀποκρινομένου*, et *προσκρινομένου.*

807 a 1. *ἑτέραν κίνησιν.*] Plotinus Ennead. 2. lib. ii. c. 1. extremo: *Καὶ Πλάτων δὲ*, inquit, *τοῖς ἄστροις, οὐ μόνον τὴν μετὰ τοῦ ὅλου σφαιρικὴν κίνησιν, ἀλλὰ καὶ ἑκάστῳ δίδωσι τὴν περὶ τὸ κέντρον*

[q] *Κατὰ βραχὺ* ut Plato Soph. p. 241 c. Hipp. p. 304 a.

αὐτῶν· ἕκαστον γὰρ, οὗ ἐστι περιειληφὸς τὸν θεὸν, ἀγάλλεται, οὐ λογισμῷ, ἀλλὰ φυσικαῖς ἀνάγκαις.

807 a 6. ὁ δὲ, *καὶ ταύτης*.] Aristoteles lib. ii. de Cœlo, cap. 1. extremo, *Ἀλλὰ μὴν οὔτε ὑπὸ ψυχῆς εὔλογον, ἀναγκαζούσης μένειν ἀΐδιον· οὐδὲ γὰρ τῆς ψυχῆς οἷόν τ' εἶναι τοιαύτην ζωὴν ἄλυπον καὶ μακαρίαν· ἀνάγκη γὰρ καὶ τὴν κίνησιν μετὰ βίας οὖσαν, (εἴπερ κινεῖ, φέρεσθαι πεφυκότος τοῦ πρώτου σώματος ἄλλως, καὶ κινεῖ συνεχῶς,) ἄσχολον εἶναι, καὶ πάσης ἀπηλλαγμένην ῥᾳστώνης ἔμφρονος· εἴ γε μηδ' ὥσπερ τῇ ψυχῇ τῇ τῶν θνητῶν ζώων ἐστὶν ἀνάπαυσις, ἡ περὶ τὸν ὕπνον γινομένη τοῦ σώματος ἄνεσις· ἀλλ' ἀναγκαῖον Ἰξίονός τινος μοῖραν κατέχειν αὐτὴν ἀΐδιον καὶ ἄτρυτον.* Id est, *Neque vero id ipsum animo, qui sempiternum illud manere cogat, jure tribuatur. Nec enim fieri profecto potest, ut animus iste vitam, quæ quidem ejusmodi sit, dolore vacuam habeat ac beatam. Necesse enim etiam est, ut motus, qui per vim fiat, (si quidem, primo corpore ut aliter feratur a natura ipsa comparato, movet illud tamen, assidueque movet,) quiete omni careat, omnique prudenti otio vacuus sit: cum ne illa quidem, quæ mortalium animantium animæ conceditur, cessatione, hoc est corporis in somno relaxatione, perfruatur: sed potius Ixionis cujusdam æterni et inviolabilis fati necessitate teneatur.*

— a ult. *πάθος εἶναι τῆς ἡμετ. ὄψεως*.] Aristoteles lib. ii. de Cœlo, c. 8. *ἡ γὰρ ὄψις ἀποτεινομένη μακρὰν ἑλίσσεται διὰ τὴν ἀσθένειαν· ὅπερ αἴτιον ἴσως καὶ τοῦ στίλβειν φαίνεσθαι τοὺς ἀστέρας τοὺς ἐνδεδεμένους, τοὺς δὲ πλάνητας μὴ στίλβειν. οἱ μὲν γὰρ πλάνητες ἐγγύς εἰσιν· ὥστ' ἐγκρατὴς οὖσα πρὸς αὐτοὺς ἀφικνεῖται ἡ ὄψις. πρὸς δὲ τοὺς μένοντας, κραδαίνεται διὰ τὸ μῆκος, ἀποτεινομένη πόρρω λίαν· ὁ δὲ τρόμος αὐτῆς ποιεῖ τοῦ ἄστρου δοκεῖν εἶναι τὴν κίνησιν· οὐθὲν γὰρ διαφέρει κινεῖν τὴν ὄψιν ἢ τὸ ὁρώμενον.*

— c 9. *ὁ μὲν γὰρ Πλάτων*.] Cicero Tuscul. i. sect. 4. ex parte locum hunc eleganter illustrat.

— d 1. *ὁ δ', ᾗπερ ἄλλῳ*.] Aristoteles lib. i. de Cœlo, c. 2. toto, ubi ex propria circularis motus ratione, quinti corporis, cui naturalis motus ille sit, necessitatem ostendit.

— d 10. *ἀκινησίας μᾶλλον*.] Imo, quod gravitatis sit ac levitatis expers, inde tantum sequitur, uti ex sese nec sursum feratur nec deorsum. Porro, cum idem cœlum et globosa figura sit, et tamen non per sese at *ὑπὸ τοῦ παρισταμένου εἴδους* moveatur, omnino fatendum est et circularem ei motum et quietem ipsam ex propriis naturæ principiis convenire: motus convenit, quod eum *τῶν ὑπὸ σελήνην* generatio desideret: convenit etiam quies, cum illa generatio perpetua esse non debeat. Alia est Aristotelis ratiocinatio, sed quæ minus cum fidei principiis cohæreat.

— d 10. *ἀλλ' οὐ*.] Pro *ἤ*, qui quidem idiotismus Thucydidis inter alios maxime proprius est.

— d 11. *Εἰ γὰρ τοῖς ἐπ' εὐθ.* &c.] Locus hic magnam patitur lectionum varietatem. Alter e MSS. regiis post *αἰτίαν ἔχει* expungit *εἰ γὰρ*, tum ita prosequitur, *τῆς ἐπ' εὐθείας κινουμένης τὸ*

σχῆμα (sine οὐ) τ. α. ἕ. τ. κ. ἀ. ἢ. ῥ. σῶμα οὐ μόνον ἐν μέσῳ &c. cujus lectionis vitium per sese patet. Alter post ἐκ κύκλῳ κινήσεως ita pergit: τῆς ἐπ' εὐθείας κινουμένης τὸ σχῆμα τὴν αἰτίαν ἔχον τ. κ. ἀ. ἢ. ῥ. σῶμα οὐ μόνον ἐν μέσῳ τ. ὁ. τ. ο. ἕ. πῇ κλιθῇ, ἀλλ' ἐν κύκλῳ περιτεθὲν, ὁποίαν εἴτ' ἐπὶ δεξιὰ, &c. ubi vix quicquam ὑγιές. Montacutius denique hoc modo legit, κινήσεως τοῖς ἐπ' εὐθείας κινουμένοις τὸ σχῆμα &c. tum pro ὅμοιον habet etiam οὐ μόνον· et post ἕξει, πῇ κλιθῇ, ἀλλ' ἐν κύκλῳ περιτεθὲν ὁποίῳ τινὶ, οὐχ ἕξει τῆς ἐπί τι κλισ. Ego vulgatam lectionem omnibus antepono: tantum moneo illud ὅμοιον ἐν μέσῳ τεθὲν ὁμοίου τινὸς dictum videri de globoso sideris corpore, quod globoso item cœlo includitur: nisi malis pro ὁμοίου τινὸς reponere ὁποίῳ τινί. Quod sequitur, εἴτ' ἐπὶ δεξιὰ ἴωσι, castius videretur, si abesset ἴωσι, nisi ad sidus et cœlum referri placet. Porro facile Attico respondeas, in motu circulari τὴν κλίσιν proprie locum non habere.

808 a 5. τῷ πέμπτῳ δ' ἐκείνῳ.] At licet proprium quendam locum non quærat cœlum, dum movetur, φύσει tamen, non vi ulla movetur, quod eum cœli motum universi ratio et incolumitas exigat.

— a 10. ζητήσαντος γὰρ Πλάτωνος.] In Timæo, p. 540 a. Ficin.

— b 4. κατὰ τὰς τῶν σωμάτων οἰκειότητας.] Prorsus ita Plato philosophatur; ait enim p. 540 d ult. Τόδέ γε μὴν ἕν τι διανοητέον περὶ πάντων αὐτῶν, ὡς ἡ μὲν πρὸς τὸ ξυγγενὲς ὁδὸς ἑκάστοις οὖσα βαρὺ μὲν τὸ φερόμενον ποιεῖ· τὸν δὲ τόπον, εἰς ὃν τὸ τοιοῦτον φέρεται, κάτω. τὰ δὲ τούτοις ἔχοντα ὡς ἑτέρως, θάτερα. Ita ex mente Platonis, cum ignis in proprium sibi locum evolat, deorsum fertur: idem cum terram versus per vim excutitur ac dejicitur, sursum abripi dicendus est.

— b 9. μήτε τὸ μέσον &c.] Plato ibid. b. ὁ μὲν γὰρ μέσος ἐν αὐτῷ (κόσμῳ) τόπος, οὔτε κάτω πεφυκὼς οὔτε ἄνω λέγεσθαι δίκαιος, ἀλλ' αὐτὸ ἐν μέσῳ· ὁ δὲ πέριξ, οὔτε δὴ μέσος, οὔτ' ἔχων διάφορον αὑτοῦ μέρος ἕτερον, θατέρου μᾶλλον πρὸς τὸ μέσον, ἤ τι τῶν καταντικρύ. supp. ἀπὸ κοινοῦ, λέγεσθαι δίκαιος.

— b 10. ὁ δὲ ἀντιτίθησιν.] Aristoteles lib. iv. de Cœlo hæc ad finem usque persequitur: ac præsertim cap. 1. tex. 4. Platonis de gravi levique doctrinam reprehendens, Τὰ μὲν γὰρ, inquit, ἀεὶ πέφυκεν ἀπὸ τοῦ μέσου φέρεσθαι, τὰ δὲ ἀεὶ πρὸς τὸ μέσον· τούτων δὲ τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ μέσου φερόμενον ἄνω λέγω φέρεσθαι, κάτω δὲ, τὸ πρὸς μέσον. Ἄτοπον γὰρ (Platonem insimulat) τὸ μὴ νομίζειν εἶναί τι ἐν τῷ οὐρανῷ, τὸ μὲν ἄνω, τὸ δὲ κάτω, καθάπερ τινὲς ἀξιοῦσιν. οὐ γὰρ εἶναι τὸ μὲν ἄνω τὸ δὲ κάτω φασὶν, εἴπερ πάντῃ ὅμοιός ἐστιν καὶ πανταχόθεν ἀντίπους ἔσται πορευόμενος ἕκαστος αὐτὸς αὐτῷ. Ἡμεῖς δὲ τὸ τοῦ παντὸς ἔσχατον ἄνω λέγομεν, ὃ καὶ κατὰ τὴν θέσιν ἐστὶν ἄνω, καὶ τῇ φύσει πρῶτον. Ἐπεὶ δὲ ἐστί τι τοῦ οὐρανοῦ ἔσχατον καὶ μέσον, δῆλον ὅτι ἔσται καὶ ἄνω καὶ κάτω. Hæc ille: ubi obiter observandum, quod ait, ἐν τῷ οὐρανῷ esse τὸ μὲν ἄνω τὸ δὲ κάτω, id non ita de cœlo ipso accipiendum videri, quasi partes in eo superiores inferioresque distinguat: sed potius, quod ἄνω dicitur,

id ex cœlesti regione petendum esse; quod autem *κάτω*, ad eam pertinere, quæ infra cœlum ad medium subsideat. Itemque quod addit, *εἶναί τι τοῦ οὐρανοῦ ἔσχατον καὶ μέσον*, non partem in cœlo extremam aliam, aliam vero mediam indicare: sed ita explicandum esse, ut habita ratione cœli, aliquid in universo extremum statuatur, hoc est cœlum ipsum, aut concava ejus superficies, quod paulo ante *τὸ τοῦ παντὸς ἔσχατον* clarius dixerat: aliquid item medium, hoc est, terra, circa quam idem cœlum perpetua conversione volvatur. Sic enim ipse concludit: *Ἁπλῶς μὲν οὖν κοῦφον λέγομεν τὸ ἄνω φερόμενον καὶ πρὸς τὸ ἔσχατον· βαρὺ δὲ, τὸ ἁπλῶς κάτω καὶ πρὸς τὸ μέσον.* Quæ sunt verissima. Plutarch. de Oraculor. Defect. p. 424 d. parum feliciter horum in refutatione versatur.

809 b 8. *μαθήσεις, ἀναμνήσεις.*] Vide Platonem in Phædone, p. 382. et seq. pro hujus erroris defensione longius quam par esset acriusque pugnantem.

— d 5. *τὸ σῶμα δέ.*] Hæc si retines, sententiam funditus omnem evertis, ut mediocriter attendenti patet. At *τοσούτῳ*, vel *τόσῳ δὴ*, et sensum implet, et superiori *ὅσῳπερ* optime respondet.

— d 7. *οὔτε γὰρ πνεῦμα* &c.] Lege Aristotelem lib. i. de Anima, cap. 2. et seq. ad libri calcem.

— d 12. *πρωτουργοὺς κινήσεις.*] Plato lib. x. de Legibus [p. 896 extr.] *Ἄγει μὲν δὴ ψυχὴ πάντα τὰ κατ' οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ θάλατταν ταῖς αὑτῆς κινήσεσιν, αἷς ὀνόματά ἐστι, βούλεσθαι, σκοπεῖσθαι, ἐπιμελεῖσθαι, βουλεύεσθαι, δοξάζειν ὀρθῶς, ἐψευσμένως, χαίρουσαν, λυπουμένην, θαρροῦσαν, φοβουμένην, μισοῦσαν, στέργουσαν, καὶ πάσαις ὅσαι τούτων ξυγγενεῖς ἢ πρωτουργοὶ κινήσεις τὰς δευτερουργοὺς αὖ παραλαμβάνουσαι κινήσεις σωμάτων ἄγουσι πάντα εἰς αὔξησιν καὶ φθίσιν καὶ διάκρισιν καὶ σύγκρισιν*, &c. Aristoteles autem lib. i. de Anima, cap. 5. (vel 4. ut in al. editionibus) functiones istas toti potius homini quam animo uni tribuendas existimat, Τὸ δὲ *λέγειν*, inquit, *ὀργίζεσθαι τὴν ψυχὴν, ὅμοιον κἂν εἴ τις λέγοι τὴν ψυχὴν ὑφαίνειν ἢ οἰκοδομεῖν. Βέλτιον γὰρ ἴσως μὴ λέγειν τὴν ψυχὴν ἐλεεῖν, ἢ μανθάνειν, ἢ διανοεῖσθαι, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον τῇ ψυχῇ.* Quæ doctrina vera est, nec, opinor, a Platone ipso negata: quemadmodum alias idem Aristoteles vere animum seu mentem intelligere pronuntiat; ut lib. iii. de Anima, cap. 5. *ὁ ἄρα καλούμενος τῆς φυχῆς Νοῦς· λέγω δὲ Νοῦν, ᾧ διανοεῖται καὶ ὑπολαμβάνει ἡ ψυχή.*

810 a 9. *Δικαίαρχος.*] Hopperus Aristotelem hic *δικαίαρχον* *justitiæ principem* dici arbitratus est. Dicæarchus iste philosophus erat ex Messana Siciliæ urbe, *Ἀριστοτέλους ἀκουστής*, ut scribit Suidas. De hoc multa passim Tullius, ut Tuscul. I. sect. 21. *Dicæarchus autem*, inquit, *in eo sermone, quem Corinthi habitum tribus libris exponit, primo libro multos loquentes facit: duobus Pherecratem quendam Pthiotam senem, quem ait Deucalione ortum, disserentem inducit; nihil esse omnino animum, et hoc esse*

totum nomen inane, frustraque animalia et animantes appellari. Et sect. 77. *Acerrime autem*, inquit, *deliciæ meæ Dicæarchus contra hanc immortalitatem disseruit: is enim tres libros scripsit, qui Lesbiaci vocantur, quod Mitylenis sermo habetur, in quibus vult efficere animos esse mortales.* Hujus etiam apud Plutarchum, Athenæum, alios, [c] crebra mentio.

811 b 6. Τὸ δὲ τῆς ἐντελεχείας.] Locum hunc Plotini extare non puto. Mihi quidem libri tantum secundi Ennead. 4. principium occurrit, ubi verbo uno Entelechiam perstringit. Nam de animæ immortalitate, non duos, sed unum duntaxat librum ab eo scriptum esse reperio, qui septimus est ejusdem Ennead. 4. In quo tamen de Entelechia μηδὲ γρύ. Porro vitrea sunt hæc Plotini argumenta, quibus Aristotelicam Entelechiam oppugnat.

812 a 9. καὶ κάτω.] Alt. MS. legit καὶ τὰ κάτω, quod mihi magis probatur; velim tamen post κάτω virgulam adhiberi, et particulam ὡς ante ἐν πολλοῖς inseri, hoc modo, τὰ κάτω, ὡς ἐν πολλοῖς.

— c 2. γενέσθαι. οἷον ζῴου, &c.] Totum hunc locum sic distinguendum ac legendum existimo: γενέσθαι, οἷον ζῴου, οὗ τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν ἂν γεννήσῃ· eo sensu quem expressi.

— c 4. εἰ δέ.] Vel δὲ pro γὰρ usurpatum, vel in γὰρ mutandum videtur.

— c 7. ὅτι ἦν.] Reponendum arbitror, ὅ τι ἦν. Apud philosophos enim τὸ τί ἦν εἶναι frequentissimum est ἀντὶ τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως.

— d 8. πρὸς δὲ τὴν 'Εντελ.] Porphyriana hæc Plotinianis robustiora non sunt.

813 a 6. ὡς ζῴου.] Utramque vocem expungo.

— d ult. ἀπὸ τῶν αὐτῶν.] Legendum ἀπὸ τῶν 'Αττικοῦ.[d] Sequentes enim disputationes Attici sunt, ut ex stylo et tota disserendi ratione manifeste constat.

815 a 1. τὸ δὲ κεφάλαιον &c.] Ita Socrates ipse apud Lucianum, Dial. qui Βίων πρᾶσις inscribitur. [c. 18.] Quærebat ex eo Mercator, τῆς δὲ σοφίας, τί σοι τὸ κεφάλαιον; Respondet Socrates, Αἱ ἰδέαι, καὶ τὰ τῶν ὄντων παραδείγματα. ὁπόσα γὰρ δὴ ὁρᾷς, τὴν γῆν, τἀπὶ γῆς, τὸν οὐρανὸν, τὴν θάλατταν, ἁπάντων τούτων εἰκόνες ἀφανεῖς ἑστᾶσιν ἔξω τῶν ὅλων. Cui Mercat. ποῦ δὲ ἑστᾶσιν; Ille autem, οὐδαμῶς· (corr. [e] οὐδαμοῦ) εἰ γάρ που εἶεν, οὐκ ἂν εἶεν, &c. in quibus et ridiculus est more suo Lucianus, et ridiculum Socratem facit.

— b 3. ἰδίας φύσεις.] Quid si ἀϊδίους φύσεις?

— b 4. τερετίσματα.] Alludit ad locum illum Aristotelis, ex Analyticor. Posterior. lib. i. cap. 22. τὰ γὰρ εἴδη χαιρέτω· τερετίσματα γάρ ἐστι. καὶ εἰ ἔστιν, οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον ἐστίν· οὐ γὰρ

[c] Plura de Dicæarcho dabit Creuzerus ad Plotin. p. 847, 10. Annot. p. 250.
[d] Et sic Fabricius in Indice B. G. T. VI. p. 41.
[e] Sic omnes edd. præter Parisinam a. 1615, notante Hemsterhusio.

ἀποδείξεις περὶ τῶν τοιούτων εἰσίν. Errant,[f] qui τερετίσματα *terriculamenta* vertunt, quasi essent τερατεύματα. Notum est τερετίσματα esse *fractos solutosque cantus*; et metaphorice, μωρολογίας τε καὶ λήρους.

815 d 9. νοηθέντι κατόπιν.] Novo more dictum videtur, pro τοῦ νοηθέντος ἄντικρυς.

817 b 4. Ἀρείου Διδύμου.] Plures Didymos novimus: qui Arius diceretur, mihi quidem ignotus est: et tamen constanter apud Eusebium sic vocatur. Suspicor non Ἀρείου sed Ἀτηΐου vel Ἀττίου legendum esse. Suidas: Δίδυμος, inquit, Ἀτήϊος, ἢ Ἄττιος χρηματίσας, φιλόσοφος Ἀκαδημαϊκός. Πιθανῶν καὶ σοφισμάτων λύσεις ἐν βιβλίοις β'· καὶ ἄλλα πολλά. [Vid. Fabricii B. G. T. iii. p. 559. ed. Harles.]

820 d ult. τέλος ἀναξηράνασα.] Loci hujus lacunam utramque ex Montac. codice supplevimus: priorem his verbis τέλος ἀναξηράνασα, posteriorem istis, ἐν τῇ πάσῃ οὐσίᾳ.

— c 9. οἷον εἰς σπέρμα.] Vide Observationes.

821 a 5. ἡ ἀποκατάστασις.] Nemo est qui hoc Stoicorum dogma fuisse non agnoscat. B. Epiphanius hæresi 5, quem auctorem sequutus nescio, mundi παλιγγενεσίαν tacet, animorum μεταγγισμοὺς καὶ μετενσωματώσεις iisdem attribuit, quæ Pythagoræorum ac Platonicorum fuere. Imo, quod valde mirum est, hæresi 7. Peripateticos eodem errore simul involvit.

— d 5. σύγκρισιν τὴν π. τ. ἄ.] Hic etiam ex Montac. codice pauca verba supplevimus, quorum locus in priori editione vacat.

822 c 7. ἀπὸ τῶν ἐπιτομὴν Ἀρείου Διδύμου.] Ita, quæ deerant, Montac. codex implet. Melius tamen legeretur, ἀπὸ τῶν Ἀρείου (vel potius Ἀτηΐου sive Ἀττίου) Διδύμου κατ' ἐπιτομὴν συνειλ.

823. ὧν φησιν Ὅμηρος.] Iliad. σ'. 373:

> τρίποδας γὰρ ἐείκοσι πάντας ἔτευχεν,
> ἑστάμεναι περὶ τοῖχον ἐϋσταθέος μεγάροιο.
> χρύσεα δέ σφ' ὑπὸ κύκλα ἑκάστῳ πυθμένι θῆκεν,
> ὄφρα οἱ αὐτόματοι θεῖον δυσαίατ' (vel δύσωνται) ἀγῶνα.

Hic ἀγὼν non est *certamen*, ut Hopperus vertit; sed vel *cœtus* vel *cœnaculum*: ut alias sæpe pro loco in quem multi conveniunt aut pro ipsa vel hominum vel aliarum quoque rerum multitudine sumitur. De ancillis istis idem Homer. ibid. vers. 417. ubi de Vulcano,

> ὑπὸ δ' ἀμφίπολοι ῥώοντο ἄνακτι,
> χρύσειαι, ζωῇσι νεήνισιν εἰοικυῖαι·
> τῆς ἐν μὲν νόος ἐστὶ μετὰ φρεσὶν, ἐν δὲ καὶ αὐδὴ,
> καὶ σθένος· ἀθανάτων δὲ θεῶν ἄπο ἔργα ἴσασι·
> αἱ μὲν, ὕπαιθα ἄνακτος ἐποίπνυον.

Adi Eustathium de Vulcanianarum ancillarum monstro disputantem.

[f] Vid. Hemsterhus. in Addend. ad Thom. Mag. ad p. 908.

823 c 4. ἄμφω τοῦ στερεοῦ.] Suppleta hæc sunt ex Mont. cod. malim tamen ἄμφοιν quam ἄμφω.

— c 5. φήσασι. Τί γὰρ ὤ.] Et hæc Montac. codici accepta fero, quemadmodum et quæ sequuntur, καὶ ψυχῇ; ποῦ δέ.

— c 10. σώζειν.] Hoc est, *tueri, defendere;* quod barbari *salvare* dicunt. Gallice τὸ *sauver* eodem sensu accipitur. Plutarchus ἀνασώζειν dixit, Alexandro p. 686 a. Εἰκότως οὖν, inquit, ἔνιοι τὸν μῦθον ἀνασώζοντες πρὸς τὴν ἀλήθειαν· *fabulam ad veritatem revocantes*, vel *fabulam veritate ipsa defendentes.* Alias, ἀνασώζεσθαι εἰς ἑαυτὸν, i. e. *pristinam formam recuperare.* Lucianus in Asino [c. 20.], ἐλπίδας ἔχων πάντως ποτὲ ἐμπεσεῖσθαι εἰς τὰ ῥόδα, κἀκ τούτων εἰς ἐμαυτὸν ἀνασωθήσεσθαι.

824 a 5. Εἰ δέ ἐστιν.] Plotini longissima hæc disputatio habetur Ennead. 4. lib. vii. initio: cujus integram ex Ficino versionem Hopperus exscripsit. Locus erat apud Eusebium nostrum indignissime deformatus, ac mille scatens erroribus, quorum partem, ut speramus, maximam Plotini opera sustulimus: tametsi non desint, in quibus ex nostro vicissim Plotinum emendare liceat. Porro multa Plotini argumenta vel concludunt omnino nihil, vel ipsarum quoque brutarum animas spiritales esse concludunt.

— a 7. ἅπέρ ἐστιν αὐτός.] Vera lectio: nec audiendum meo judicio Ficinus, qui ἅπερ in ἧπερ mutandum statuit.

— b 3, 4. καταθετέον.] Ita reposuimus ex Plotino, cum ante legeretur καταθεατέον.

— b 5. ἤτε αἴσθησις.] Ex Plotino et duplici MS. pro οὔτε.

— b 9. καὶ ἀπολλύντος.] Id ex Plotino supplevimus.

— b 11. μὴ παρῇ τοῖς ὄγκοις.] Hæc etiam ex Plotino addidimus.

— b ult. λύσιν δεχόμενα.] Ita Montac. at Plotinus δεχόμενον: utrumque probari potest.

— c 7. αὐτό.] Ita Plotinus, et recte; non αὐτοῖς.

— c 9. εἴη ἂν ἢ, &c.] Locus integer apud Plotinum ita concipitur: ἄνθρωπος εἴη ἄν· ἢ ὅπερ εἶδος πρὸς ὕλην, τοῦτο οὗτος πρὸς σῶμα, εἴπερ τοῦτο κατὰ τὸ εἶδος, ὡς πρὸς ὕλην τὸ σῶμα, ἢ κατὰ τὸ χρώμ. &c. Primo post ἄνθρωπος adhibenda distinctio est, tollenda post ἄν. Sequentia ex nostro corrigenda sunt, fœdam enim habent vitiosamque redundantiam, quæ Ficino etiam imposuit.

— d 4. πρῶτον δὲ σκεπτέον.] Hæc Plotinus addit, rectissime: alias sensus plane nullus.

825 a 7. στοιχεῖα, τούτων ἕτερα σώματα.] Apud Plotinum ita hæc distincta reperies, στοιχεῖα τούτων, ἕτερα σώματα: quod Ficinus sequutus est. Mihi neutra distinctio placere potest. Malim ergo sic, στοιχεῖα, τούτων ἕτερα, σώματα, οὐ ψυχαί: verte igitur, *Et si quibus, præter hæc, alia quædam elementa esse placet, ea tamen nec animos ipsi vocant, sed corpora, nec vitam ex sese habere volunt.*

826 a 1. ἐπέκεινα.] Ita ex Plotino: non ἀπέσχον, ut ante.

— a 3. ἐν φορᾷ.] Ut Plotin. non οὐ φορὰ, ut prius.

827 a 3. πνεῦμα, &c.] Duarum vocum metathesi, hoc est, πνεῦμα et ὄνομα, sensus omnis apud Eusebium perturbatus erat: ὄνομα enim initio, πνεῦμα in fine membri legebatur.

— a 6, 7. ὄνομα τὰ πάντα.] Recte; non ὀνόματα πάντα, ut apud Plotinum.

— a 9. δὲ αὐτὸ, τῷ.] Id ex Plotino supplevimus: οὖν, quod sequebatur, ex eodem expunximus: et sequenti linea καὶ οὐ ex eodem addidimus.

— b 1. καὶ ἐκ τῶνδε.] Ante legebatur καὶ οὔσης ἐκ τῶνδε, nullo sensu.

828 a 6. τὸ προστιθέμενον.] Ex Plotino additum est: ἐψύχωται vero mutatum in ψυχώσεται.

— a 10. ξένη.] Ita Plotin. non δὲ ἡ.

— c 9. καί τοι ἔδει, &c.] Prior editio miras huic loco tenebras offuderat.

— d 3. ἐφ' ἑκάτερα.] Plotinus οὐδ' ἐφ' ἑκάτερα, quod tametsi utcunque defendi possit; particula tamen οὐδὲ longe melius abfuerit.

— d 4. ἢ ἐπὶ τὸ μεῖζον.] Ex Plotino supplevimus.

829 a 2. κλεπτομένου.] Et hoc furtum ex Plotino restituimus.

— a 4. post οὐσίας addi possit ex eodem Plotino αὐτοῦ.

— d 4. ἄλλου ἄλλου μέρους.] Recte; perperam apud Plotin. ἄλλο ἄλλου μέρος: quæ lectio Ficinum in errorem induxit. Vertit enim, *Itaque pars alia sentiet aliam, nihilque in nobis sentiendam rem totam percipiet:* ubi etiam pro μηδένα, quod rectum est, legit μηδέν.

— d 7. ἔν ἐστι.] Recte, ut Plotinus, non ut ante ἔνεστι.

—— ἡ διαίρεσις, ᾗ.] Additum ex Plotino.

— d 10. ἀριθμοῦ ἔχῃ.] Et hanc desperato loco medicinam Plotinus fecit: cum ante ἄριστον χῇ legeretur.

830 a 1. καὶ τοῖς μορίοις αὐτοῦ αἰσθήσεται.] Corrupte legebatur καὶ εἰ τῶν μορίων αὐτοῦ αἰσθήσ.

— a 2. ἢ ἀναίσθητα, &c.] Totam hanc sententiam, usque ad alterum αἰσθήσεται, Plotino debemus, quam prius αἰσθήσεται librariorum oculis subduxerat.

— d 6. τὸ ὕστερον, τὸ ἡγεμ. &c.] Ita correximus ex Plotino; cum pessime legeretur, εἴπερ τὸ ἡγεμονοῦν ὁ νοῦς, ἣν αἰσθάνεσθαι.

— d 9. ἀλλὰ τὴν μὲν ἐφεξῆς.] Hæc et sequentia satis impedita longe magis intricare Ficinus videtur. Confer, si vacat. Porro has quinque lineas usque ad αἰσθάνεσθαι Plotino mecum acceptas feres; quas similitudo vocum ἀλγήματος,—ἀλγήματος, et ἀλλὰ—ἀλλὰ, nobis inviderant.

831 a 4. ἄλλου παθόντος, ἄλλου.] Ita recte Plotinus: in priori editione desunt παθόντος, ἄλλου.

— a 7. τὸ αἰσθανόμενον.] Non placet active sumi τὸ αἰσθανόμενον, hoc est, *quod sentiat*; præsertim cum sequatur, τοῦτο δὲ

ποιεῖν, &c. Minus enim apte dicatur animus efficere ut idem ipsemet ubique sit: aptissime contra, ut dolor ille, qui sentitur, per quascunque partes subeat atque propagetur, sibi tamen ubique similis permaneat. Atque is est, ni fallor, germanus Plotini sensus.

— b 8. ἐπεὶ αἰσθητ.] In priori editione, ἐπεὶ ἐπὶ αἰσθ. quod non emendassem, si postea sequutum esset ἐπὶ νοητῶν δέ. Male autem apud Plotinum ἔτι εἰ αἰσθ. Dubium non est, quin ἔτι εἰ factum sit ex ἐπεί.

— c 8. αὐτὸ ἕκαστον, ἀνάγκη.] Rectius omnino quam ut apud Plotinum, καθαρωτάτων, αὐτὸ ἑκάστου ἀνάγκη. Marsilius Ficinus αὐτὸ ἑκάστου vertit *scilicet uniuscujusque, ut dici solet, abstracti:* parum, opinor, ex mente Plotini.

— c 9. τὸ νοοῦν, &c.] Hoc etiam loco Plotinum sequutus sum. Ante legebatur, τὸν νοῦν σώματος καθαρὸν ὄντα, ἐγγιγνόμενον γινώσκειν. Forte τὸ ἐγγιγνόμενον, pro ἢ γιγνόμενον, legi queat: id est, *quod ipsa in mente imprimitur.*

— d 6. ἀμέγεθες.] Ex Plotino: pessime editum erat μέγεθος.

— d 8. τῷ ἀμερεῖ.] Ex eod. pro τὰ μέρη, quod perspicue vitiosum erat.

— d pen. δικαιοσύνη.] Ab hac voce quæ sequuntur hic apud Eusebium ad capitis usque finem apud Plotinum eo loco non reperies, nec Hopperus illa nec Ficinus repræsentat. Sunt tamen Plotini ex genio, cum superioribus aptissime connectuntur, eaque regii MSS. et Montac. agnoscunt. Sane quæ apud Plotinum post δικαιοσύνη sequuntur, nullo sensu vel dicuntur, vel desinunt. Ita hoc tam insigne fragmentum Eusebius, cum iis quæ hactenus ex Plotino mutuatus erat, non sine fœnore compensabit.

832 a 6. πνεῦμά τι.] Mallem πνεύματι.

— a 8. οὖν.] Ex utroque MS. non οὐ, ut ante.

— a 10. ψύχεος.] Ita regii duo et Montac. non ψυχούς. Homericum illud spectare visus est, Odyss. κ΄. 555. ψύχεος ἱμείρων κατελέξατο, οἰνοβαρείων.

— a 11. ἁπλοῖς.] Imo certe ἁπαλοῖς: alioqui duplicia ut plurimum simplicibus molliora.

— c 5. ἀγνοοῦσιν, ὡς καί.] Paucula hæc, sed necessaria, ex Montac. codice supplevimus: ταῦτα, quod sequitur, melius abesset.

— a 6. ἀσωμάτοις, ταῦτα.] Et hanc utramque vocem eod. ex Montac. addidimus.

— a 8. περὶ ψυχήν.] Ex eod. additum.

— d 5. ἃ δύναται.] Ex eodem.

833 a ult. οὖσαν.] Legendum εἶναι.

— b 9. Ἔτι δὲ, &c.] Ante legebatur ψυχὴ δὲ εἰ σῶμα οὖσα. Montac. ψυχὴ δὲ ἔτι εἰ σ. οὐ. Mihi τὸ ἔτι δὲ probatum est: ψυχὴ abundare visum, sequitur enim ex eod. Mont. ἡ ψυχὴ διῆλθε, quæ verba deerant in priori editione.

833 d pen. τοῖς ἄλλοις.] Additum ex eod. Montac.

— c 2. οὐδὲν ἐνεργείᾳ εἰσεῖναι.] In priori edit. deerant hæc ἐνεργείᾳ εἰσεῖναι. Montac. legebat οὐδὲ ἐνέργεια εἰσεῖναι. Correxi οὐδὲν ἐνεργείᾳ, dandi casu. Verbum εἰσεῖναι retineri potest; mallem tamen ἐνεῖναι, ut paulo post, ἐνείη τοῖς σωμ., non εἰσείη.

834 a 1. φύσει μέν.] Legendum videtur φύσιν μὲν, ut paulo post linea 7.

— a 4. ὡδί.] MSS. ὃ δή. Sed τὸ δὴ longe præstat.

— b 6. εἰ τὸ δυνάμει, &c.] Legendum existimo, εἰ γὰρ τὸ δυνάμει, si γένοιτο, quod sequitur, retineri placet. Sin, quod ego mallem, γένοιτο delebitur, particula γὰρ nihil opus erit: nec quicquam deerit ad loci hujus integritatem.

— b ult. ὃ οὐ δυν.] Ita recte Montac. In priori edit. ὃ et οὐ deerant.

— c 4. τὸ κρεῖττον.] Hæc usque ad ὂν ἀεὶ, debentur eid. Montac.

— d 1. Ἐπεὶ δέ.] Ambo MSS. regii, Ἐπὶ δὲ ἄλλης φύσεως: recte. Quod si ἐπεὶ retinebitur, sumetur pro ἔπειτα, ut supra in Platone et Plutarcho me observare memini: tuncque legendum erit, Ἐπεὶ δὲ ἄλλης φύσεως πέρι, δεῖ, &c. Nisi tamen in illo gignendi casu, vel χάριν, vel ἕνεκα subaudiri placet.

835 a 4. ὅτι δὲ ἀδύνατον.] Eandem harmoniam refellunt Plato in Phædone, 388. 390. 391. Aristoteles lib. i. de Anima, c. 4. Plotini rationes, si postremam excipias, eædem fere cum Platonicis, sed brevius pressiusque collectæ.

— a ult. ὑγεία ἂν εἴη.] Aristoteles loco citato, Ἁρμόζει δὲ μᾶλλον καθ' ὑγιείας λέγειν ἁρμονίαν, καὶ ὅλως τῶν σωματικῶν ἀρετῶν, ἢ κατὰ ψυχῆς.

— b 6. τὴν ἁρμονίαν.] Trajecta hæc erant in priori editione. Legebatur enim ταῖς χορδαῖς λόγον ἔχοντα τὴν ἁρμονίαν παρ' αὐτῷ: longe aptior nexus ille, quem ex Montac. restituimus.

— b 8. παρ' αὐτῶν, οὔτ' ἐνταῦθα.] Hæc etiam ante hiantia Montac. implevit.

— c 1. τὴν τάξιν, &c.] Brevius ac melius, quam ut in Montac. cod. καὶ τὴν τάξιν οὐκ ἐκ τῆς ψυχῆς, ἀλλ' αὐτὴν ἐκ τῆς αὐτομάτου τάξεως τὴν ὑποστ. εἰληφ.

836 a 8. Ἀναξίμανδρος.] Plutarchum deinceps ad extremum fere librum loquentem audiemus, in libris de Placit. philosophor. Primus hic locus extat lib. ii. c. 20.

— b 2. ἐκφαίνειν.] Melius quam ἐκφαινούσης, ut apud Plutarch.

— b 7. ἐκ νεφῶν πεπυρωμένων.] Plutarch. ἢ νέφος πεπυρωμένον: quam lectionem interpretes sequuti sunt: utraque defendi non incommode potest.

— b 8. νοερόν.] Hanc vocem Amiotus aut non legit, aut omisit.

— d 1. δίσκον.] Et hanc præterit Amiotus.

— c 4. ἡλίου.] Ita MSS. duo, et recte. Prius legebatur ἡλίῳ,

quam vocem excusus retinet, ipsique interpretes exprimere conati sunt.

836 c 4. *πυρῶδες.*] Post hanc vocem ita legitur in excuso, *τό τε δὴ ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἐσοπτροειδὲς, καὶ τρίτον, τὴν ἀπὸ τοῦ ἐσόπτρου κατ' ἀνάκλασιν διασπειρομένην πρὸς ἡμᾶς αὐγήν.* Quæ admodum intricata sunt, nec satis, ut videtur, apud Gallicum interpretem expedita. Xylander Eusebio nostro hæsit.

— c ult. *τῆς αὐταυγείας αὐτοῦ.*] Excus. *τῇ ἀνταυγείᾳ ἑαυτοῦ τεταγμένον.* Ego *ἀνταυγείας* retineo, *τὸ τεταγμένον* vel adesse vel abesse potest. Gallicam interpretationem, ut verum fatear, non satis intelligo.

— d 2. *τῷ τοῦ ἀέρος* &c.] Ita emendavimus ex Plutarcho; perperam enim legebatur *τοῦ ἀέρος τοῦ θερμοειδοῦς πεπληρωμένου.*

— d pen. *καταῤῥήσεσιν.*] Ita excus. et recte, non *καταπρήσεσιν.*

837 a 4 *'Αναξίμανδρος.*] Plutarch. eod. lib. c. 21.

— a 5. *ἀφ' οὗ.*] Amiotus legit *ἐφ' οὗ.* Nihil muto.

— a 6. *ἑπτάκαιεικοσαπλασίονα.*] Ita reposui ex Plutarcho; ita legit Amiotus: non *ὀκτωκαιεικοσαπλασίονα*, ut in priori editione; quod tamen Xylander sequutus est. Omnino legendum *ἑπτακ.* superiori enim capite statuit Anaximander solis integrum circulum esse tantum *ὀκτωκαιεικοσαπλασίονα τῆς γῆς.* Nunc solis corpus ab extremo circulo distinguit, ac terræ prorsus æquale facit.

— b 6. *'Αναξιμένης.*] Plutarch. ibid. c. 22.

— c ult. *'Αναξίμανδρος.*] Ibidem, c. 25.

— d 8. *τοῦ γεώδους.*] Excus. *τοῦ πυρώδους·* quod Amiotus sequitur: Xylander nostro hæret. Rectius tamen videtur *πυρώδους*, cum supra p. 806 c 3. Platonem viderimus cœlestem illam regionem ex igni partem maximam constituere, imo etiam in Timæo audierimus astris omnibus *πλείστην ἐκ πυρὸς ἰδέαν* tribuere. Quod ipsum infra p. 839 a ult. confirmatur.

838 d 7. *Θάλης.*] Plutarch. eod. lib. c. 13.

839 b 1. *τῶν ἄλλων.*] Plutarch. addit *στοιχείων.*

— c 6. *καὶ σελήνην. Κλεάνθης κωνοειδεῖς.*] Hæc addidimus ex Plutarcho.

— d 9. *ὁ τοίνυν κόσμος.*] Plutarch. ejusd. operis lib. i. c. 4. ubi Democriti, Epicuri, ac cæterorum *ἀτομιζόντων* opinionem exponit.

—— *περικεκλασμένῳ.*] Amiotus, *figure ronde.* Xylander, *confracta forma.* Malui *circumflexa.*

840 b 2. *Καὶ πρὸς τούτους.*] Hæc, et quæ sequuntur omnia, usque ad *Εἰ χρὴ τὸ πᾶν*, &c. quæ habentur infra, d 6. in priori editione defuerunt, quæ partim ex Plutarcho, partim ex Montac. codice, qui nusquam fuit quam hoc loco liberalior, supplevimus.

841 d 3. *οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Στοᾶς.*] Plutarch. ejusd. oper. lib. i. c. 5.

841 d 10 ἔσεσθαι.] Ita MSS. duo, cum Montac. non εἶναι, ut prius.

842 a 1. οὐ τέλειος ὁ κόσμος, &c.] Manifestum loci hujus vitium est; alioqui pugnantia loqueretur. Legi ergo possit, ὅτι τέλειος ὁ κόσμος, εἰ καὶ μὴ πάντα περιέχει, quam lectionem interpretes probaverunt: vel, οὐ τέλειος ὁ κόσμος, ἐπεὶ (vel εἰ καὶ) πάντα περιέχει: utrumlibet legatur, idem κατ' ἀντιμετάθεσιν sensus existet.

— b 8. οἱ μὲν ἄλλοι.] Plutarch. lib. ii. de Placit. c. 3.

843 d 9. τὸ ὕδωρ· ἐκ δὲ τοῦ δωδεκαέδρου.] Hæc in priori editione deerant, quæ supplevimus ex Plutarcho.

— d 11. Πλάτων δέ.] In Timæo, ubi hæc more suo pluribus: quorum physiologiam aliquam ex Plutarcho petere licet in Quæstionibus Platonicis, Quæst. 4.

844 a 6. Ἐπίκουρος, ἐνίων μὲν κόσμων.] Et hæc ex Plutarcho addita.

— b 9. πάντα πως.] Ita Plutarch. et recte; non πάντας τούτους, ut prius legebatur.

— d 7. ἀναλύεται, ἄπειρον.] Recte: nam in excuso perperam, ἀναλύεται τὸ ἄπειρον· nullo, vel pravo sensu. Hæc lectio interpretibus imposuit. Latinus enim ita reddit, *Inane esse*, (an *inane*, τὸ ἄπειρον?) *in quod quidem conflagratione sua mundus dissolutum eat.* Gallicus, *auquel par embrasement se resoult l'infini.* Obsecro, an infinitum in vacuum illud et inane spatium ulla conflagratione solvetur? Sane quod de Posidonio sequitur, facilem et expeditam mendæ hujus tollendæ rationem ostendebat.

— d 8. διάλυσιν.] Ita recte Plutarchus, non διάβασιν.

— d 9. ἐν τῷ πρώτῳ περὶ κενοῦ.] Ad Posidonium ista pertinent, non ad Aristotelem, ut Amiotus putavit.

—— Ἀριστοτέλης μηδὲν εἶναι κενόν.] Plutarchus contra ἔλεγεν εἶναι κενόν. Ita legit, ita vertit Amiotus: Xylander nostrum sequitur. Et merito quidem, si Aristotelis de inani seu vacuo sententiam attendamus. Lege quartum Physicor. a c. 8. ad c. 14. quam ipse ab inani abhorruerit, intelliges. Sed cur Platonem continuo negat hoc inane vel intra vel extra mundum posuisse? Credo, quod Aristotelem putaret illud ex mundo solum tollere, extra mundum admittere: atque ita legendum esset, Ἀριστοτέλης ἐντὸς μηδὲν εἶναι κενόν. Neque hoc divinare est: idem enim Plutarchus, ejusd. oper. lib. i. c. 18. de eod. inani philosophorum opiniones exponens, ita de Aristotele nominatim, Ἀριστοτέλης, τοσοῦτον εἶναι τὸ κενὸν ἐκτὸς τοῦ κόσμου, ὥστε ἀναπνεῖν τὸν οὐρανόν. Verum, ut fatear, parum hoc in genere ἀκριβὴς, imo et sibi constans fuisse Plutarchus videtur. Primum enim hic Pythagoreis tribuit, quod illo lib. i. c. 18. affingit Aristoteli. Deinde ubi tandem Aristoteles aut cœlum respirare docuit, aut, quod ibid. sequitur, πύρινον *igneum* esse tradidit? Imo, quoties in libris de Cœlo igneum pernegavit? At ne extra mundum quidem inane collocavit: imo negavit ullum esse. Libro enim i. de

Cœlo, c. 9. nullum extra cœlum corpus esse posse defendit: inane autem Aristotelicum, idemque proprie dictum, corpus est, seu locus corporeus corpore vacuus, ejusmodi tamen, qui corpore impleri suapte natura possit. Quin et paulo post diserte, ἅμα δὲ δῆλον, inquit, ὅτι οὐδὲ τόπος, οὐδὲ κενὸν, οὐδὲ χρόνος ἐστὶν ἔξω τοῦ οὐρανοῦ: quod subinde totidem pene verbis repetit. Mirum sane est hæc a Plutarcho vel lecta non esse, vel esse neglecta. Quanquam illa Plutarchi opuscula, non auctoris, sed librariorum scatent erroribus; parumque omnino sibi consuluit, qui propterea vel illos Aristotelis libros in νοθείας, vel philosophum ipsum, in ἀντιλογίας, suspicionem vocavit. Platonem vero quod attinet; is in Timæo p. 538. non obscure vacuum omne repudians, ἡ τοῦ παντὸς περίοδος, inquit, ἐπειδὴ συμπεριέλαβε τὰ γένη, κυκλοτερὴς οὖσα καὶ πρὸς αὐτὴν πεφυκυῖα βούλεσθαι ξυνιέναι, σφίγγει πάντα, καὶ κενὴν χώραν οὐδεμίαν ἐᾷ λείπεσθαι. Hæc ille, Locrum præceptorem sequutus, qui opusc. de natura: Ἅπαντα δ' ὧν, inquit, πλήρη ἐντὶ, οὐδὲν κενεὸν ἀπολείποντα.

845 a 5. δεξιὰ τοῦ κόσμου.] Aristoteles, lib. ii. de Cœlo c. 2. δεξιὸν γὰρ, inquit, ἑκάστου λέγομεν, ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κατὰ τόπον κινήσεως· τοῦ δ' οὐρανοῦ ἀρχὴν τῆς περιφορᾶς, ὅθεν αἱ ἀνατολαὶ τῶν ἄστρων· ὥστε τοῦτ' ἂν εἴη δεξιόν· οὗ δὲ αἱ δύσεις, ἀριστερόν. Itaque concludit, si principis orbium cœlestium motus ratio habeatur, nos, qui sub arctico polo versamur, inferiorem ac sinistram mundi partem occupare; superiorem ac dextram, qui sub antarctico: sin alter ac secundus ille motus spectabitur, qui astrorum proprius est, contrarium omnino statuendum. Sed aliter atque aliter astrologi, geographi, poëtæ, augures, in cœlo dextrum et sinistrum assignarunt: quod nemo nescit.

— b 4. περιφοράν.] Hoc loco περιφορὰ est περιφέρεια, sive μέρος τὸ ἔξω, καὶ περιφερόμενον. Sic Aristoteles loquitur, ut lib. i. de Cœlo, c. 9. Ἕνα μὲν οὖν τρόπον οὐρανὸν λέγομεν τὴν οὐσίαν τὴν τῆς ἐσχάτης τοῦ παντὸς περιφορᾶς: ubi sane περιφορὰ *ambitus* est, non *conversio*, nisi καταχρηστικῶς, quia hic ambitus perpetuo convertitur.

— b 5. τὴν ἔξωθεν, γηΐνην εἶναι.] Pessime in priori edit. legebatur, τῆς ἔξωθεν ζώνης εἶναι. Plutarch. τὴν ἐξωτάτω, γηΐνην: quam postremam vocem, apprime necessariam, Xylander omisit, aut Eusebianam lectionem sequutus est: vertit enim, *rotationem esse extremi orbis:* quod depravatissimum est.

— b ult. ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ.] Non occurrit, ubi Aristoteles de Cœlo ita statuat: ubi contrarium doceat, locos habes in libr. de Cœlo et Meteorolog. complures; quorum etiam nonnullos supra indicavimus.

— c 4. παρακειμένως.] Plutarchus ibid. lib. i. c. 8.

— d pen. δεξαμένην.] Ita ex Plutarcho: male enim ante κενὴν legebatur.

— d ult. ἐκμαγεῖον.] Vide supra notam ad p. 528 d 2. Xylander hic vertit, *subjectum, in quo rerum imagines impressu refe-*

rantur. Amiotus, *le moule:* quod mihi aptius visum est. Nec enim hic pro expresso simulacro sumi potest, quod ἐκσφράγισμα vel ἐκτύπωμα vulgo dicunt, ut facile quivis intelligit. Nec materia subjectum est, in quo formæ imprimantur, ut constat. Nec rursus *conceptaculum* aut *receptaculum* absolute verti debuit: non modo, quod jam præcesserit δεξαμενή, quæ vox id proprie significat: sed etiam, quod ἐκμαγεῖον, cum de materia dicitur, aliquid omnino significet, unde imagines exprimantur. Est ergo typus materia, non quod impressos ullos habeat formarum quasi characteres, ut typi proprie dicti, sed quod δυνάμει formas omnes suo quasi gremio clausas tectasque contineat: quatenus illæ non in materia tantum recipiuntur, sed etiam ex illius, ut loquuntur, potentia educuntur; ut ex uno eodemque typo simulacra plurima exprimuntur. Itaque in elementorum mutationibus, id ἐνεργείᾳ fieri materia dicitur, quod δυνάμει ante jam erat. Aristotel. IV. Physicor. ἡ αὕτη ὕλη, ὃ ἦν δυνάμει, ἐνεργείᾳ ἐγένετο, et alibi passim. Ἐκμαγεῖον tamen, quod quidem meminerim, non appellat: vocem hanc amasse Pythagoras videtur, a quo Timæus, Socrates, Ocellus, Plato, et si qui alii, acceperint. Timæus quidem ita loquitur [fere init.], τὰν δ' ὕλαν, ἐκμαγεῖον καὶ ματέρα τιθάναν τε καὶ γεννατικάν. Cur autem? audi. δεξαμέναν γὰρ τὰ ὁμοιώματα εἰς ἑαυτὰν, καὶ οἷον ἀναμαξαμέναν, ἀποτελεῖν πάντα τὰ γεννάματα. Ocellus in libello de Natura [c. 2. p. 516. ed. Gale.] πρῶτον μὲν τὸ πρὸς ἁφὴν ὑφιζόμενον σῶμα πᾶσι τοῖς εἰς γένεσιν ἐρχομένοις· τοῦτο δ' ἂν εἴη πανδεχὲς, καὶ ἐκμαγεῖον αὐτῆς τῆς γενέσεως. Itaque τὸ ἐκμαγεῖον tria significat. Primum est, *expressum quoddam simulacrum*, quæ vulgaris est atque omnibus ex lexicis nota significatio. Vide supra, p. 528 d 2. Secundum est, *conçeptaculum*, non quodlibet, sed in quo formæ quædam seu characteres imprimantur; quo pacto cera τῶν ἐντυπωμάτων ἐκμαγεῖον vocari potest. Hoc modo sumit Themistius orat. i. p. 5. [xxi. p. 244 c. Hard.] καί μοι σκληρίας ὑπόπλεων ξυνεπάγη τὸ ἐκμαγεῖον, ὥστε καὶ πάνυ βουλομένοις αὐτοῖς (leg. vid. βουλομένους αὐτοὺς) ἐγγράφειν μὴ δύνασθαι τὰ παιδεύματα. Quo loco vide Petavium nostrum [p. 501.]. Tertium ac postremum est, *conceptaculum*, *ex quo formæ quædam et imagines exprimantur*, cujusmodi typus est. Hac tertia notione, potius quam secunda, materiam veteres ἐκμαγεῖον dixere, quod ex ea formæ omnes non secus exprimantur, quam si omnibus ac singulis reapse consignata esset.

846 a 7. ἀσώματος.] Recte. Amiotus tamen legit σώματος, vertit enim, *la substance du corps:* quæ lectio vitiosissima est.

— a 8. ὑφεστῶσα.] Plutarch. μὴ ὑφεστῶσα. Ita legit Amiotus: alii ut in nostro. Utrum scripserit Plutarchus, is tantum statuere possit, qui ejus de ideis sententiam noverit. Aliis enim sunt καθ' αὑτὰς ὑφεστῶσαι, aliis minime.

— b 5. ἔξω γεγονώς.] Plutarch. ὃ ἐξ ὧν γεγονὸς τὸ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Eusebianam lectionem sequutus videtur Xylander: vertit enim, *Idem enim alienus fuit ab ea opinione, quæ Deo creatio-*

nem adscribit. Itaque subintelligit in Græcis ὑποστῆναι τὸν κόσμον, vel al. simile. Amiotus Plutarcho nobiscum hæsit. Legendum tamen videtur, ὡς ἐξ ὧν γεγονὸς τὸ ὑπὸ τοῦ θεοῦ, vel si ὃ et ὡς sustuleris, ἐξ ὧν γεγονέναι τὸ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Etiamsi enim Platonicas, hoc est quæ Platoni vulgo tribuuntur, ideas Aristoteles exploderet; in effectrice tamen caussa informatam efficiendæ rei notionem et ideam agnoscebat. Quid quod ne creationem quidem ipsam ab eo ignoratam esse plerique defendunt?

— c 1. Ξενοκράτης.] Plutarchus ibid. lib. ii. c. 15.

847 d 4. Θάλης.] Ibid. lib. ii. c. 24.

— d 7. ὑποτιθεμένῳ τῷ δίσκῳ.] Xyland. *idque in speculis cerni, subjici soli discum lunæ.* Coacta nimis interpretatio, quamque Plutarchi verba pati non possint.

— d ult. ἕτερον δὲ πάλιν.] Amiotus de uno eodemque sole, qui semel extinctus denuo renascatur. At paulo post diserte Plutarchus habet plures Xenophanem tum soles tum lunas posuisse.

848 a 6. σελήνην.] Plutarch. τὴν γῆν, quod sequitur Amiotus. Xylander σελήνην legit, ut apud nostrum.

— b pen. Ἀναξίμανδρος.] Plutarch. ib. lib. ii. c. 29. Ἀναξιμένης. Sed retinendus Ἀναξίμανδρος, quem ante jam vidimus hoc in sole et luna στόμιον πρὸς τὴν ἀναπνοὴν statuere.

849 a 2. ζῷα.] Addit Plutarch. τῇ δυνάμει. Sed auctarium istuc alienum est: tantum enim præcessit μείζοσι ζῴοις, ut de sola magnitudine contentionem instituat.

— a 3. τὴν ἡμέραν.] Amiotus legit τὴν νύκτα, errore manifesto. Id autem Pythagorei volebant, totidem hunc nostrum diem a lunari partibus superari, quot animantes a lunaribus nostræ superentur.

— a 4. διὰ ἀνωμαλότητα.] Plutarch. tollit præpositionem διὰ, quomodo legerunt interpretes. Eusebio tamen hærendum videtur: nec enim hic de caussa τῆς ἀνωμαλότητος disputatur; sed caussa tantum redditur, quamobrem luna terrestris appareat.

— a 5. ψυχροειδές.] Plutarch. ψυχομιγές.

— a 8. ἀερομιγές.] Plutarch. ἑτεροειδὲς, quo modo legunt interpretes; nec male.

— b 7. τετρακοσίας καὶ ὀκτακισμυρίας.] Plutarchus ἑβδομήκοντα ὀκτὼ, quæ summa longe minor.

—— τὴν δὲ σελήνην.] Hanc de luna clausulam nec Plutarchus habet, nec legit Amiotus: Xylander tamen repræsentat. Et certe necessaria est.

— c 7. μέγαν ἐνιαυτόν.] Adi Censorinum in opusculo de Natali Die, c. 18. et Petavium nostrum lib. i. et ii. de Doctrina Temporum.

— d 7. Θάλης.] Plutarch. ib. lib. iii. c. 9.

850 b 10. περιφερομένην τῇ ἀντίχθονι.] Amiotus, *qui tourne à l'entour de la contre-terre.* Hoc si verum esset, nostri orbis incolæ

antipodas illos facilius videre possent: tantum abest ut ista conversio aspectum illum impedire posset.

850 d 2. ἀλλὰ τροπικῶς.] Hæc addenda Plutarcho.

— d 3. ἐν ἄξονι στρεφομένην.] Plutarch. ἐνζωνισμένην, quæ nihili vox est. Certe Xylander Eusebium sequitur; licet Amiotus verterit, *estant environnée comme une roüe de bandes.* Hic profecto de terræ non rotis sed motu agebatur.

— d 6. πλάζεσθαι.] Xylander, *effictam fuisse terram.* Legit πλάσσεσθαι vel πλασθῆναι, quo nihil alienius.

851 a 4. Ἀναξίμανδρος.] Plutarch. ib. III. 16.

— a 8. ἔκκαυσιν.] Ex Plutarcho pro ἔγκλισιν, quod ante legebatur.

— b 6. ἐπὶ τὸ πλεῖον πίλησιν.] Plutarch. ἐπιπόλαιον πλύσιν, quod magis placet: sed clarius verteretur, *propter aquarum vim* (seu *eluvionem*) *ei superfusam:* quasi dicat, hanc fuisse causam, quæ in ejusmodi opinionem Empedoclem impulerit.

— d 4. Πυθαγόρας.] Ibid. lib. iv. c. 4.

853 c 1. οὐδείς.] Xenophon lib. i. Memorabil. p. 710.

LUD. CASP. VALCKENÆRII

DIATRIBE

DE

ARISTOBULO, ALEXANDRINO JUDÆO,

SCRIPTORE COMMENTARII IN LEGEM MOYSIS.

SERIES PARAGRAPHORUM.

I. De versibus quinque spuriis, qui proferuntur ut Euripidis .... p. 1.*

II. Istos versus non condidisse Justinum Martyra, virum optimum, sed ταχυπειθῆ .... 6.

III. Ut Lini, Homeri, Hesiodi versus scripsisse Aristobulum, quibus Clementem Alexandrinum aliosque scriptores Christianos deceperit .... 8.

IV. Clementem Alexandrinum ex Aristobulo multa descripsisse, etiam non nominato, quin etiam versus ut Orphei ab illo confictos 11.

V. De Orphicis quibusdam ab Aristobulo fictis, quibus Moysis fit legis, aliarumque rerum Palæstinarum mentio .... 13.

VI. De Judæis quibusdam Græciensibus fabulatoribus, etiam iis qui, visi non Judæi, de rebus scripsere Judæorum .... 17.

VII. De Aristobulo, ejusque in legem Moysis Commentariis, spuria multa complexis, et a Judæo conficta .... 18.

VIII. Commentarios sub nomine Aristobuli non fuisse confictos sæculo post C. N. II. quæ Hodii fuit opinio .... 22.

IX. Falsa et dubia, quæ de Aristobulo narrantur ab Anatolio, cujus dicta errorum plena examinantur. Et de Moyse, qui dictus fuerit Musæus .... 24.

X. In ævo Aristobuli definiendo constare sibi Eusebium .... 27.

XI. Clementem Alexandrinum in Aristobulo sibi constare, sed in Clementinis nonnulla legi ab aliis adjecta; quæ indicantur .... 29.

XII. Scholia, Clementinis inserta, quibus fit Estheræ et Maccabaïcorum mentio .... 32.

XIII. De Aristobulo cujus fit mentio II°. Maccabaïcorum videri esse scriptorem Commentarii in legem Moysis .... 35.

XIV. De Epistolis duabus, præfixis libro II. Maccabaïcorum, seu Epitomæ Historiæ Maccabaïcæ. Judam in Epistola etiam II^a. intelligendum Maccabæum .... 38.

XV. Quid Aristobulum ad scribendum moverit potissimum ...... 45.

XVI. Quid Aristobulus de antiqua Græca versione Librorum Moysis, qua Plato potuerit uti, dixisse videatur .... 47.

* Hi numeri indicant paginas edit. Leidensis margini hujus edit. appositas.

XVII. De nostra versione Alexandrina loquentis Aristobuli verba expenduntur .... 49.

XVIII. Ab Hermippo de Demetrio Phalereo dicta examinantur .. 52.

XIX. De Demetrio Phalereo nonnulla, cujus personam minime dedecet Judæorum antiquas leges cognoscendi voluntas .... 55.

XX. Sub Ptolemæo Philadelpho, præter Libros Moysis, cæteros etiam Sacros Græce conversos videri. Quid vero Romanis persuasum voluerit Josephus? .... 58.

XXI. De omnibus Libris Sacris Græce tum conversis intelligendum esse Aristobulum .... 61.

XXII. Aristobuli dicta de Philosophis et Poëtis, qui sua derivarunt de Libris Sacris Moysis .... 64.

XXIII. Secundum Aristobulum, Philosophos et Poëtas sensum etiam sublimiorem in verbis Moysis perspexisse: hujus allegoricæ interpretandi rationis primum fere auctorem esse Aristobulum, ex quo non nominato multa desumsit Clemens Alexandrinus .... 69.

XXIV. Secundum Aristobulum statuisset Orpheus, unum dari Deum universi conditorem et gubernatorem; quæ Orpheo certe fuerunt ignota. Eusebium a Gesnero male fraudis insimulari 73.

XXV. Ἱερὸς λόγος sub Orphei nomine carmen fuit tenebricosum. Appellationes quædam Orphicæ rariores. Ἱερὸς λόγος Pythagorei cujusdam. Horum Μονάς .... 75.

XXVI. Suspicionem fraudis in Orphicis versibus aliisve fingendis cadere non posse in Eusebium, cujus scopus indicatur quis fuerit in Præparatione Evangelica .... 79.

XXVII. Οἱ τὰ Ὀρφέως εἰπόντες a Porphyrio memorantur. Orphei poëma se legisse negat Herodotus. Orphica quædam Pythagoreorum Dorice scripta. Vetera Poëmata quædam sub Orphei nomine lecta a Platone et aliis. De Orphicis quæ supersunt judicium .... 83.

XXVIII. Quid in Arateis se mutasse fateatur Aristobulus. Ex hujus sententia scopus legis Mosaicæ. De septimo dierum dicta 86.

XXIX. Aristobuli non nominati verba de die septimo suis emblematis Clemens Alexandrinus interpolavit .... 89.

XXX. Philonis Judæi et Josephi de die septimo dicta, virtutis et pietatis cultui apud Judæos dicato .... 92.

XXXI. Aristobuli de Dei quiete, dierum septimo, usurpata partim a Clemente Alexandrino : diversa ab his ea de re sensisse Philonem Judæum . . . . 94.

XXXII. Quid in Aristobuleis videatur ὁ περὶ ἡμᾶς ἕβδομος λόγος? Additamentum ad Libellum Sirachidæ. Τὸ τῆς ψυχῆς ἄλογον in VII. partes distinxisse Philonem . . . . 97.

XXXIII. Aristobulea de vi numeri septenarii in universum concinunt aliorum dictis . . . . 102.

XXXIV. Numeri septenarii nomina symbolica. Nonnulla etiam Aristobuli . . . . 104.

XXXV. Secundum Aristobulum Homerus et Hesiodus dierum septimum habuissent sacrum. Eadem Eusebii jam ætate in Clementis Alexandrini opere lecta, ab alio tamen videntur Clementinis interjecta . . . . 106.

XXXVI. Dierum septimum neque a Græcis neque a Romanis veteribus fuisse habitum, ut a Judæis, sacrum ; neque hoc tradidisse Josephum vel Philonem Judæum . . . . 109.

XXXVII. Septimum diem mensis Apollini natalem fuisse et sacrum, qui hinc dictus Ἑβδομαγέτας . . . . 113.

XXXVIII. Exhibentur ficti, uno excepto, versus ab Aristobulo sub nominibus Hesiodi, Homeri, Lini, in quibus explicandis frustra se torquet Seldenus . . . . 116.

XXXIX. Fraus in istis versibus fingendis demonstratur, quorum unus est Homericus, nisi quod Τέτρατον ἦμαρ in Ἕβδομον ἦμαρ mutaverit Aristobulus . . . . 120.

XL. Sub Lini nomine fingi versus ab Aristobulo potuerunt Alexandriæ, non sub nomine Callimachi, qui unus certe legisse videtur Libros Sacros Græce versos . . . . 124.

L. C. VALCKENÆRII DIATRIBE

DE

ARISTOBULO.

I. *De versibus quinque spuriis, qui proferuntur ut Euripidis.*

IN tot centenis versibus, quos velut ex perditis Euripidæ Tra- 1
gœdiis habemus superstites, perpauci tantum dantur, ad summum quinque, quorum mihi sit suspecta fides. Ut ex ejus Phryxo petitos hos exhibet in Excerptis ex Euripide Grotius p. 415. hinc Barnes. p. 503:

Εἴ τις δὲ θνητῶν οἴεται τ᾽ ἐφ᾽ ἡμέραν
κακόν τι πράσσων τοὺς θεοὺς λεληθέναι,
δοκεῖ πονηρὰ, καὶ δοκῶν ἁλίσκεται·
ὅτε δ᾽ ἂν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ δίκη,
τιμωρίαν ἔτισεν ὧν ἦρξεν κακῶν.
ὁρᾶθ᾽ ὅσοι νομίζετ᾽ οὐκ εἶναι θεὸν,
δὶς ἐξαμαρτάνοντες οὐκ εὐγνωμόνως·
ἔστιν γὰρ, ἔστιν· εἰ δέ τις πράσσει κακῶς
κακὸς πεφυκὼς, τὸν χρόνον κερδαινέτω.
χρόνῳ γὰρ οὗτος ὑστέρῳ δώσει δίκην.

Decem continuos invenit Grotius tanquam Euripideos in Justini Mart. libello de Monarch. ed. Steph. p. 167, 168. In edit. nuper renovata leguntur p. 38, 39. Sed utrobique deest versuum quintus: horum primo hic legitur præfixus, non optime tornatus:

Ἄφθονον βίου μῆκος δίδωσι πρὸς κρίσιν.

Multo plures præfiguntur ceteris apud Clementem Alex. Strom. V. p. 721, 722. hinc apud Euseb. Præp. Ev. XIII. p. 684, verum tanquam ex Comœdia quadam Diphili repetiti. Ex Euri- 2
pidis Phryxo quatuor horum versuum bis excitat Sextus Empir. p. 275 et 279, quinque Stobæus in Eclog. Canteri p. 8. Grot. p. 121, ne nunc minutas adnotem scriptionum varietates, hoc modo scribendos:

Ὅστις δὲ θνητῶν οἴεται, τοὐφ᾽ ἡμέραν
κακόν τι πράσσων, τοὺς θεοὺς λεληθέναι,
δοκεῖ πονηρὰ, καὶ δοκῶν ἁλίσκεται,
ὅταν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ δίκη·
τιμωρίαν τ᾽ ἔτισεν ὧν ἦρξεν κακῶν.

Nihil est in his suavissimis versibus, quod Euripidi minus conveniat; nihil quod non ejusdem aliis possit harum simillimis sententiis confirmari. Hic vero non quærimus quid sit Euripideum, sed si quid ejus persona videatur in reliquis de decem versibus minus dignum. Mihi, ut verbo dicam, non videntur hi quinque versus Euripidis,

Ὁρᾶθ' ὅσοι νομίζετ' οὐκ εἶναι θεὸν,
δὶς ἐξαμαρτάνοντες οὐκ εὐγνωμόνως·
ἔστιν γὰρ, ἔστιν· εἰ δέ τις πράσσει κακῶς
κακὸς πεφυκὼς, τὸν χρόνον κερδαινέτω·
χρόνῳ γὰρ οὗτος ὑστέρῳ δώσει δίκην.

Cujuscunque sint, eorum conditorem scripsisse crederem, *εἰ δέ τις πράσσει καλῶς*, ut censuit inter sodales familiæ Benedictinorum, qui curam gessit Justini renovati: correctionem non absurdam corrupit Barnes prava versione, *qui bene patitur malus:* debuit utique converti: *Si quis vero, qui malus sit, bene rem gerat, aut utatur fortuna prospera.* At ipsum illud *κακῶς* exhibent etiam Clemens Alex. atque Eusebius, alia tamen quædam diversa, hæc nimirum:

Ὁρᾶθ' ὅσοι δοκεῖτε οὐκ εἶναι θεὸν,
ἔστιν γὰρ, ἔστιν· εἰ δέ τις πράττει κακῶς,
κακὸς πεφυκὼς, τὸν χρόνον κερδανάτω·
χρόνῳ γὰρ οὗτος ὕστερον δώσει δίκην.

Adsunt illic Latina:

Si quis interea nocens
Injuria peccet, habeat in lucro moram.

Comici censuit ista Clemens; his enim subjungit: *συνᾴδει δὲ τούτοις ἡ τραγῳδία διὰ τῶνδε, Ἔσται γὰρ ἔσται* &c. Suntne itaque
3 Diphili? Nec Diphili sunt, neque Euripidis, neque alius Attici poëtæ istius ætatis, aut huic proximæ. Hoc si cui dictum videatur calidius, liceat saltem dixisse, Euripidis illos non videri. Qui vel tantillum habent harum rerum gustum, hos quinque versus exigant ad Euripideos qui præcedunt, et sentient in ipso modulo atque in colore scribendi magnam diversitatem. In horum primo scribens *θεὸν*, in tertio, *Ἔστιν γὰρ, ἔστιν*, debuit et Euripideum adulterare; *τὸν θεὸν* substituens, ubi posuerat more suæ gentis poëta,—*τοὺς θεοὺς λεληθέναι·* hoc enim binis in locis Sextus præbet et Stobæus; *τὸν θεὸν λεληθέναι* exhibent Justinus, Clemens, Eusebius. Sed vide mihi turpem istum in Attico versu hiatum,

Ὁρᾶθ' ὅσοι δοκεῖτε οὐκ———

nam correctoris potius esse videtur paulo doctioris, quem offendebat hiatus, illud apud Justinum,

Ὁρᾶθ' ὅσοι νομίζετ' οὐκ———

cur enim huic alterum substitueretur causæ nihil erat. Jam vero inter hunc versum et quinque præcedentes prope nullus est

nexus: "*Quisquis putat* scelera sua quotidiana Deos, vel Deum, "latere, semet ipse spe pascit inani, certo puniendus:" *Videte, quotquot putatis non dari Deum &c.*

Non sane nego a Græcis dici εἶναι et οὐκ εἶναι θεούς. Apud eundem Justin. Mart. p. 41 a. ex Euripidis ista sunt Bellerophonte:

> Φησίν τις εἶναι δῆτ' ἐν οὐρανῷ θεούς·
> οὐκ εἰσὶν, οὐκ εἴσ'.——

ejusdem illic versus prostat:

> Εἰ θεοί τι δρῶσι φαῦλον, οὐκ εἰσὶν θεοί.

non sunt honore divino digni. Iphig. in Aul. v. 1034.

> Εἰ δ' εἰσὶ θεοὶ, δίκαιος ὢν ἀνὴρ σύ τοι
> ἐσθλῶν κυρήσεις· εἰ δὲ μὴ, τί δεῖ πονεῖν;

Eurip. ap. Athenagor. p. 102.

> Πῶς οὖν, τάδ' εἰσορῶντες, ἢ θεῶν γένος
> εἶναι λέγωμεν, ἢ νόμοισι χρώμεθα;

apud Simplicium in Epictetum, p. 223,

> Τολμῶ κατειπεῖν, μήποτ' οὐκ εἰσὶν θεοί·
> κακοὶ γὰρ εὐτυχοῦντες ἐκπλήσσουσί με.

Sic scriberem pro ἐπιπλήττουσι. Ista vel dixerunt infortunati, 4
vel pœna sua deos absolventes in ipso dramate. Hoc noverat Aristophanes; sed, ut solent istius notæ homines, Tragicum ob ista talia velut impium coram Attica plebe traduxit in Thesmoph. v. 457.

> Νῦν δ' οὗτος, ἐν ταῖσι τραγῳδίαις ποιῶν,
> τοὺς ἄνδρας ἀναπέπεικεν οὐκ εἶναι θεούς.

Qui ad dicta etiam ejusmodi attendi satis diligenter, nusquam in Euripideis memini me legere aut in aliis poëtis Atticis locutionem, δοκῶ οὐκ εἶναι θεούς. Hinc multum distant phrases Atticæ, Ζῆνα θεὸν νομίζω· ἀγαθὸν τὸν θεὸν ἡγοῦμαι, vel ἡγοῦμαι εἶναι. Nam et illud εἶναι post ἡγοῦμαι, et δοκῶ &c. per pleonasmum additur in Atticorum scriptis sæpenumero, Lysiæ, p. 487, 9. 494, 3. 505, 11. Xenoph. p. 54, 39. 180, 8. 363, 11. male suspectum H. Stephano p. 17, 35. etc.

Deos dari qui persuasus statuebat, dicebatur et ἡγεῖσθαι θεοὺς, et νομίζειν θεούς· nam, ut recte scribit Ulpian. ad Demosth. Orat. I. p. 2. τὸ νομίζω, καὶ τὸ δοκεῖν, καὶ τὰ τοιαῦτα,—τάττουσιν οἱ παλαιοὶ—πολλάκις καὶ ἐπὶ τοῦ ἀληθεύειν, οὕτως οὖν καὶ τὸ νομίζω ἐνταῦθα, ἀντὶ τοῦ κρίνω καὶ πιστεύω.

Eurip. Elec. v. 583:

> ἢ χρὴ μηκέθ' ἡγεῖσθαι θεοὺς,
> εἰ τἀδίκ' ἔσται τῆς δίκης ὑπέρτερα.

Aristoph. Nub. v. 817:

> Δί' Ὀλύμπιον; τῆς μωρίας,
> τὸ Δία νομίζειν, ὄντα τηλικουτονί.

Sic scribendum puto. Dion. Chrysost. Or. III. p. 45 c. οὐ μόνον δὲ ἡγεῖται Θεοὺς, ἀλλὰ καὶ Δαίμονας καὶ Ἥρωας. Secundum Plutarch. in Pericle p. 169 d. ψήφισμα Διοπείθης ἔγραψεν, εἰσαγγέλλεσθαι τοὺς τὰ θεῖα μὴ νομίζοντας.

Sed sit et illud legitimum, quod hoc versu legitur, quodque sequitur Ἔστιν γὰρ, ἔστιν, ex aliis, quos attigi, facile effictum; nisi scripserit secundo versu καλῶς, quod vix probabile:

πράττει κακῶς

posuerit oportet eodem ferme sensu, quo paulo ante Eurip. Κακόν τι πράσσων· contra usum veterum et Euripidis, a quibus de fortuna, qua quis uteretur sive mala seu prospera, κακῶς πράττειν, et εὖ sive καλῶς πράττειν conterebantur. Sed versum pæne prætermiseram, quem inter istos medium habet Justinus,

Δὶς ἐξαμαρτάνοντες οὐκ εὐγνωμόνως·

si verba spectes, sonorum nec invenustum; si sententiam, minus aptum nec Euripidi congruum. *Videte, quotquot putatis non dari Deum, Stulte bis graviter peccantes; Est enim profecto Deus.* Apta fuisset sententia, Ὁρᾶτε, μὴ &c. *Videte ne Deum, quem esse stulte negatis, male superbi tandem aliquando ultorem experiamini.* Illud ἐξαμαρτάνοντες utrum cum Ὁρᾶτε voluerit poëta constructum, an cum ὅσοι, in ambiguo est. Verum forsan illud Ὁρᾶτε voluit intellectum ut suum Comici Plutus 215. Sed cur, obsecro, dicuntur Δὶς, *bis, stulte peccantes gravissime?* Hoc credo equidem positum ad implendum versum; nam οὐκ εὐγνωμόνως legerat in versu veteris poëtæ, nec non alterum ἐξαμαρτάνοντες· ἐξαμαρτάνειν ter minimum Sophocles adhibuit Elec. 1045. Antig. 754. Phil. 94. Noster ille posuit quo sensu Judæi dicebant et Christiani ἁμαρτάνειν εἰς θεόν. Illud vero

τὸν χρόνον κερδαινέτω·

(nam sic etiam Clemens scripsisse videtur,) nusquam invenietur apud Tragicos: significat hic, opinor, *tempus* hujus vitæ, quo peccat impune, *in lucro ponat:* Χρόνῳ γὰρ οὗτος ὑστέρῳ (ὕστερον Clem. et Eus.) δώσει δίκην, *hic enim aliquando facinorum pœnas dabit*, post hanc vitam æternis suppliciis puniendus. *Tempus*, quo fruaris, *in lucro deputare*, τὸν χρόνον κερδᾶναι est apud Demosthen. Philipp. III. p. 69. §. 33. cui τὸν χρόνον κερδᾶναι τοῦτον, ὃν ἄλλος ἀπόλλυται, ἕκαστος dicitur ἐγνωκὼς, *unusquisque Græcorum constituisse, tempus istud in lucro sibi ponere, quo perit alius;* ipse autem pace fruitur, tanquam non cogitans, dum proximus ardet, incendium ad se brevi pervasurum. Multum distant locutiones nonnullæ pro loquentis persona. Secundum Epicurum Horatius Carm. I. Od. XI. 8. *carpe diem, quam minimum credula postero.* Od. IX. 14. *Quem fors dierum cumque dabit, lucro Adpone:* τὴν παροῦσαν ἡμέραν κέρδαινε· *nec dulces amores sperne puer.* Dicat id ipsum severus e porticu philosophus, jubebimur, ne nobis elabatur, *oblatam occasionem occupare,* diem utiliter transigendo. Scrip-

sit M. Antonin. IV. 26. κερδαντέον τὸ παρὸν σὺν εὐλογιστίᾳ καὶ δίκῃ· hinc non multum distat τὸ παρὸν εὖ θέσθαι, a Gatakero tractatum in VI. 2. sed ab Hemsterhusio explicitum in Lucian. p. 485. *quodcunque fuerit oblatum lucro apponere, inque rem suam convertere.* Qui unum tantum diem lucrati sibi videbantur, quo periculum evaserant, apud Achillem Tat. V. p. 287. ἐκερδήσαμεν δὲ οὐδὲν ἢ μίαν ἡμέραν. τῇ γὰρ ὑστεραίᾳ &c. Quomodocunque capias, minus cogitate positum, — τὸν χρόνον κερδαίνετω, mihi quidem in ista videtur sententia, quam ab homine Tragicis Atticis recentiori in istos quinque versus conflatam arbitror.

II. *Istos versus non condidisse Justinum Martyra, virum optimum, sed* ταχυπειθῆ. 6

Versus istos ut Euripideos primus exhibuit Justinus Martyr, Plutarcho, Stobæo, qui tot nobis præbuere centenos Euripidis atque aliorum, similis etiam argumenti quosdam, omnibus quin imo Gentilibus invisitatos, aut, si quis ita velit, ab omnibus prætermissos. Nec tamen, qui paulo consideratius scripta legerit Justini Martyris, quantumvis in istum De Monarchia libellum multa congesserit ficta vel interpolata poëtarum loca, neminem facile tanget ista suspicio, vel hunc locum vel ullum alium ab ipso fuisse Justino confictum, quem vel unicum edolare versum potuisse tolerabilem haud equidem existimo. Si, quod dici solet, oratores et historicos juvenis tractavit, his tamen studiis non inviligavit severa lege; certe sermonem Græcum ejusque elegantiam nunquam excoluit; quod non multo post fecerunt Athenagoras et Alexandrinus Clemens. Sed nec inornata quotidiani sermonis simplicitate scribere potuit Justinus; adeo enim ejus oratio horrida est, ut quid velit, sæpe numero vix adsequaris, nedum ut rerum ille, quas tractabat magnificas, decus et pulcritudinem, jucunda lectoribus claritate valuerit illuminare, aut versus condere, qui speciem præferrent antiquitatis. Sed hoc si potuisset, ut equidem arbitror, facere noluisset. Et habet ille tamen, etiam primus eorum, quorum ad nos pervenerunt scripta, multos versus, præter Oracula Sibyllina, velut Sophoclis, Æschyli, atque aliorum, aut interpolatos absurdis emblematis, aut fictos prorsus et adulterinos. Quia facit ea res ad institutum, dicere liceat quæ sentiam. Vir ille, vita moribusque inculpatis, Christi disciplinæ, cujus, simul atque divino fuerat lumine collustratus, studio flagravit, defensor fuit ad martyrium usque intrepidus atque integerrimus: sed idem ille Justinus eruditione atque ea parte, qua judicamus, minus valuit; neminem tamen, ut opinor, sciens fraude circumvenit, mira tantum credendi facilitate puerilem in modum sæpe lapsus. Credulitatis documenta sunt, sæpius a viris antiquitatis ecclesiasticæ scientibus memorata, cellularum septuaginta vestigia solo adhuc impressa prope Alexandriam, in quibus LXX Sophi Judæi, divinitus inspirati, separatim quisque condidissent suam versionem V. T. quæ con-

fectæ stupefecerint Ægypti regem; nec sane mirum, nam ne verbum quidem alter ab altero diversum adhibuerant. Rem adeo incredibilem ne Gentiles, ad quos exhortandos scribit, in
7 dubium revocarent, contestatur bonus ille Pater, testi sibi crederent et aurito et oculato p. 17 b. *ταῦτα οὐ μῦθος ὑμῖν, ὦ ἄνδρες* Ἕλληνες· — *ἀλλ' αὐτοὶ — τὰ ἴχνη τῶν οἰκίσκων ἐν τῇ* Φάρῳ *ἑωρακότες ἔτι σωζόμενα, — ταῦτα ἀπαγγέλλομεν.* Hic facile decipi potuit a quodam Judæo ejus illudente credulitati, qui *error* Planco Ciceronis judice, X. Ep. 23. *in optimi cujusque mentem facillime irrepit.* Nec miror adeo Simonem Magum inventum in Semone Sango; quo turpi tamen errore nollem dedecorasset Apologiam I. pro Christ. (p. 58.) tot rebus in laudem Christianorum disciplinæ vitæque purissimæ veris refertam. Sed omnem superat absurditatem ejus in fine Cohortat. ad Gentiles p. 33, 34, narratio de Sibyllæ antiquitate, de ejus antro prope Cumam sibi viso, de ejus oraculis; in quibus nollem Justinus absonam versuum duritiem excusasset tanta sollicitudine: causam enim *τῆς τῶν ἐνίων ἐπῶν ἀμετρίας* partim aliunde repetit, partim ab iis qui olim, ut erant indocti rustici, exceperint oracula ac scripto mandaverint, *δι' ἀπαιδευσίαν τῆς τῶν μέτρων ἀκριβείας ἐκπεπτωκότες.* Oracula Sibyllina, quæ hodie nobis supersunt, eadem pleraque legit jam Justinus. Historiæ veteris illum noveram non usque adeo fuisse peritum, qui quidem scripserit Ptolemæum Philadelphum epistolam dedisse ad Herodem Judæorum regem, ubi probabilius cum aliis Eleazarum summum pontificem memorare potuerat: sed adeone fuit, ne quid in sanctum Patrem gravius dicam, puer in literis, ut centonem istum ridiculum Gentibus auderet commendare velut fœtum filiæ Berosi? adeone rerum sua ætate gestarum ignorans, ut nescierit opus illud eodem tempore, quo vivebat, maximam certe partem conflatum a falsario quodam? Hoc tamen fatendum erit, si statuendum sit imprudentia lapsum Justinum et deceptum quidem ab aliis, data tamen opera et scientem decepisse neminem. Justinum vero ceterosque sequentium seculorum non adeo miror his versibus utentes, velut armis legitimis; sed Athenagoram miror, et præ omnibus Clementem mirarer Alexandrinum, Christianorum veterum sine controversia longe eruditissimum, nisi hic etiam, tanquam genuina Hebræorum vatum et Apostolorum scripta, nugaces libellos laudasset, eodem secundo sæculo, quo nullum fuit istharuncce fraudum feracius, partim a Judæis, partim ab hominibus Christianorum nobile nomen mentitis conflatos, in quos jure dixeris illa, quibus Jos. Scaliger claudit Epistolam inter vulgatas CXV. [*Adeo verbum Dei inefficax esse censuerunt, ut regnum Christi sine mendaciis promoveri posse diffiderent. Atque utinam illi primi mentiri cœpissent.*] Hæc si vera sunt, ut sunt certe verissima, quis mirari poterit, inter tot veterum poëtarum Gentilium loca, quæ Clemens nobis profert Alexandrinus, nonnulla me detexisse spuria prorsus et adulterina?

III. *Ut Lini, Homeri, Hesiodi versus scripsisse Aristobulum, quibus Clementem Alexandrinum aliosque Scriptores Christianos deceperit.* 8

Richardum Bentleium, sanctis istis Patribus, viris optimis, haud paulo tamen perspicaciorem, atque in his ipsis fraudibus detegendis præ omnibus criticis admirabilem, versus tamen aliquot spurii ludificari potuerunt? Inter Callimacheos ex incerto poëmate quinque versus N°. CXLV. collocavit Bentleius, a se descriptos ex Clem. Alex. Strom. V. p. 256. Postulat instituti mei ratio, ut totam istam Clementis de septimi diei sanctimonia pericopam huc transcribam. Hæc itaque leguntur in ed. Potteri, p. 713,

Τὴν ἑβδόμην ἱερὰν οὐ μόνον οἱ Ἑβραῖοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Ἕλληνες ἴσασι· καθ' ἣν ὁ πᾶς κόσμος κυκλεῖται τῶν ζωογονουμένων, καὶ φυομένων ἁπάντων. Ἡσίοδος μὲν οὕτως περὶ αὐτῆς λέγει,

Πρῶτον ἔνη τετράς τε καὶ ἑβδομον ἱερὸν ἦμαρ.

καὶ πάλιν,

Ἑβδομάτη δ' αὖθις λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

Ὅμηρος δὲ,

Ἑβδομάτη δ' ἤπειτα κατήλυθεν ἱερὸν ἦμαρ.

καὶ,

Ἑβδόμη ἦν ἱερή.

καὶ πάλιν,

Ἕβδομον ἦμαρ ἔην, καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα.

καὶ αὖθις,

Ἑβδομάτῃ δ' ἠοῖ λίπομεν ῥόον ἐξ Ἀχέροντος.

ναὶ μὴν καὶ Καλλίμαχος ὁ ποιητὴς γράφει,

Ἑβδομάτη δ' ἠοῖ καὶ οἱ τετύκοντο ἅπαντα.

καὶ πάλιν,

Ἑβδόμη εἰν ἀγαθοῖσι, καὶ ἑβδόμη ἐστὶ γενέθλη.

καὶ,

Ἑβδόμη ἐν πρώτοισι, καὶ ἑβδόμη ἐστὶ τελείη.

καὶ

Ἑπτὰ δὲ πάντα τέτυκτο ἐν οὐρανῷ ἀστερόεντι
Ἐν κύκλοισι φανέντ' ἐπιτελλόμενοις ἐνιαυτοῖς.

Eadem omnia descripsit ex Clemente Euseb. Præp. XIII. p. 677, 9
678. Sed in istum suum rerum antiquarum utilissimum thesaurum retulit etiam Eusebius ex Aristobuli Judæi Commentariis in Legem Moysis non pauca, quæ huic soli debemus pleraque; præter cetera, partem egregiam, illinc decerptam, præbet idem Eusebii liber a p. 663. ad p. 668. In hac operis Aristobuli particula leguntur eodem ordine collocati iidem illi decem versus; duo Hesiodei, tres velut Homeri, (omittuntur enim ista: καὶ, Ἑβδόμη ἦν ἱερή.) sequentes etiam quinque non tamen sub Callimachi, sed Lini nomine, quod animadversum etiam video a Clar. Ernesto ad Callim. p. 500. Ultimo versui subdit Euse-

bius: Τὰ μὲν Ἀριστοβούλου ταῦτα. Hæc autem Clemens Alex. diligenter ad verbum ex opere Aristobuli transcripsit, hic quidem non nominati: ne vel tantillum dubites, ista facient Aristobuli versibus apud Eusebium præmissa p. 667 d. Δι' ἑβδομάδων δὲ καὶ Πᾶς ὁ κόσμος κυκλεῖται τῶν ζωογονουμένων καὶ τῶν φυομένων ἁπάντων·—Διασαφεῖ δὲ καὶ Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος, μετειληφότες ἐκ τῶν ἡμετέρων βιβλίων, ἱερὰν εἶναι· Ἡσίοδος μὲν οὕτως· Πρῶτον ἕνη &c.

Quum olim paulo consideratius tractarem Callimachea, jam tum quinque versus istos, quos e Clemente dederat illic Bentleius tanquam Callimachi, mihi obelo notabam tanquam spurii coloris atque adulterinos. Clementem legens Alexandrinum, ubi huc pervenissem, qui Callimacheis istis aderant ut Homerei versus, alter etiam Hesiodeorum plane me confirmabant in opinione præjudicata. Videbam enim nihil eorum, quæ Homero contribuebantur, in Homeri poëmatis reperiri, neque a Clemente repertum aut Homero in mentem venire potuisse persuasus sentiebam. Ille versus inprimis, Homereus scilicet:

Ἕβδομον ἦμαρ ἔην, καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα.

Septimus erat dies, et illo (die) vel *huic* (nempe Deo) *omnia fuere perfecta*, comparatus ad Moysis Gen. II. 2, 3. monstrabat ceterorum originem pæne reluctanti: nihil enim hactenus inveneram horum in Clemente simile; quem, in veterum locis fideliter citandis accuratissimum, unicum inter Christianos veteres et genuinum styli Platonis imitatorem, propter fidem, eruditionem immensam, sermonis elegantiam, et pietatem faciebam sane maximi. Vir ille perdoctus non hodie duntaxat superstites ex antiquitate scriptores, sed et scripta centena perdita nobis stu-
10 diosissime legerat, antequam cœlitus collustratus Christi disciplinam amplecteretur; in qua quantum profecerit vel unicus monstrabit libellus, *Quis dives sit salvandus*, ingeniosissime, sic tamen scriptus, ut absque ulla eruditionis ostentatione Dei spiret amorem Christique. Sed ut illuc redeam unde me theologi veteris amor longius abducere potuerat, postea, cum deprehenderem apud Clementem qualia legeram in Justini Martyris libello, partim etiam eadem, spuria loca non pauca excitata tanquam genuina Æschyli, Sophoclis, Diphili, et aliorum, necdum dubitavi de fide Clementis. Tandem, posteaquam ad istam pervenissem in Eusebii Præpar. partem Aristobulea complectentem, in hoc Aristobulo, homine Judæo, Clemente, Justino, Christianisque omnibus antiquiore, literatarum fraudum architectum lætus, fatebor enim, deprehendebam. Malebam quippe mendacem Judæum ut fraudulentum agnoscere, (fraus enim et hæc dicenda est,) quam Christi nomen et vel minutissimæ fraudis inimicam illam excellentem Christi philosophiam professos. Atque ita tandem statuebam, si quid Christiani scriptores hac in re peccassent, peccasse viros bonos hac in parte credulitate quadam sua deceptos, qui homini Judæo fidem adhibentes incaute

loca velut genuina transcripsissent ex Aristobuli Commentariis, quæ is ipse confinxisset eum in finem, ut cum Moysis illa legibus divinis compararet, atque illinc sua quævis optima Gentiles derivasse demonstrare conniteretur. Hac quidem in re similibusque veteres etiam Christiani literati ἀνθρώπινά μοι δοκοῦσιν ἁμαρτεῖν, nec valde culpandi habent ubique terrarum imitatores. Legimus enim et veneramur multa tanquam genuina eorum scripta, quorum nomina præferunt; et multa tamen nobile nomen mentiuntur. Credo equidem nonnullis mirum videri, quod cogitate scripsit de Latinis aliquot scriptoribus classicis Jer. Marklandus in Explicatione Vett aliquot Auct. p. 261, quodque ad multa alia transferri posse videtur.

Sed si Clemens Aristobuli verba, etiam ubi illum non nominat, transcripsit et cum orbe literato tanquam sua communicavit, quem libenter fraudis absolvebam, erit tamen philosophus Alexandrinus alterius affinis culpæ, quæ major etiam in illo censeri poterit quam videretur in aliis. Hactenus disputata, pleraque, ni fallor, aliis indicta, verba tamen duntaxat, ut vim quamdam accipiant, fiantque hominibus eruditis probabilia, demonstrationis indigent.

IV. *Clementem Alexandrinum ex Aristobulo multa descripsisse,* 11
etiam non nominato, quin etiam versus ut Orphei ab illo confictos.

Quod ultimum dicebam de Clemente hac nititur ratione. Clemens Alexandrinus aliique, hac etiam in re velut signiferum Judæum istum Aristobulum secuti, in ea fuerunt, ut notum est, opinione, nobis prorsus improbabili, ut crediderint, Græcos scriptores etiam vetustissimos, si quid habeant præ ceteris eximium, id illos omne derivasse de libris nostris Sacris Fœderis antiqui. Comminiscuntur, hoc quidem non absurde, cum Aristobulo apud Eusebium Præp. p. 664 a. Græcam conversionem, antiquiorem vulgo nota, qua Gentiles isti potuerint uti. Legerant tamen Patres illi Christiani mendacissimum libellum veteris Judæi Aristeæ, vel Aristæi, a Josepho, velut in transcursu citati 'Αρχαιολ. xii. c. 2. §. 11 f., qui totum tamen, alienis quibusdam omissis, prope descripsit ad verbum, neque Hodio, nec aliis ad Aristeam satis accurate collatus. Istius Aristæi Demetrius Phalereus, ed. Hod. p. v. cur nec poëtæ neque historici nec alii scriptores divinam legerint Judæorum legem, dat regi rationem prorsus mirificam. Legerant in eodem libello, hinc apud Josephum, de Theopompo et Theodecte Tragico narrata; causamque adeo, cur ille ad certum tempus mente fuerit motus, hic glaucomate laboraverit; nam p. xxxv. pro ἀπεγλυκλώθη, non ἀπεγυιώθη, sed legendum ἀπεγλαυκώθη. [sic Euseb. P. E. VIII. p. 355 a.] Nobis illa quidem Judæi absurda videntur mendacia; ipsis forte poterant probabilia videri. Clemens, ut efficeret probabile, de

libris Gentiles Moysis et prophetarum dicta quædam sua sumsisse, non illud mirum esse scribit; nam poëtas, oratores, historicos, philosophos, sententias, versus etiam aliquot interdum continuos, quin integros quoque libros, sibi invicem fuisse suffuratos; et, ne temere furti videretur illos insimulasse, ipsorummet inter se verba componit lib. vi. Strom. a p. 738. ad 752, atque ex ista comparatione quod volebat nititur conficere. In horum multa conveniunt illud Longini π. Ὕ. sect. XIII. 9. ἔστι δ' οὐ κλοπὴ τὸ πρᾶγμα, ἀλλ'—ἀποτύπωσις, quæque scribit Macrobius Saturnal. VI. c. 1. p. 527. H. Stephanus V. Schediasm. XIII. Sed id nunc non ago, resque ipsa negari non potest, luculentis poëtarum exemplis ab Athenæo demonstrata II. p. 43 f. III. p. 84 b. VI. p. 262 d.e. X. p. 454; data autem opera a Porphyrio apud Euseb. Præp. Ev. X. p. 464—468. Veritus autem Por-
12 phyrius, ne, dum alios accusat, teneretur ipse furti manifestus (cur in hanc sententiam loqueretur p. 467 d. habuit ille suas procul dubio rationes) auctores commemorat, qui ex professo egerint de veterum furtis. Horum ne unicum quidem a Clemente Alexandrino in isthac operis sui parte commemorari, mirum mihi, fateor, accidit; fieri tamen potest, ut horum aliquo satis familiariter fuerit usus. Certe si hæc furta sunt dicenda, quæ tam diligenter pervestigavit, de se forsan etiam Callimachea dixisse potuisset:

οὐκ ἀπὸ ῥυσμοῦ
εἰκάζω· φωρὸς δ' ἴχνια φὼρ ἔμαθον.

Nam et aliorum, quæ nihil huc faciunt, et istius, quem dicebam, Aristobuli non nominati multa Clementem descripsisse jure suspicari licet. Si libri moles cogitetur, exiguam inde partem excerpsit Eusebius retulitque in suam Præparationem Evangelicam. In istis autem paucis Eusebianis excerptis ex Aristobuli Commentariis detexi nonnulla, quæ Clemens ad verbum in sua Miscellanea sive Stromata transtulerit, auctoris omisso nomine, quem tamen aliquoties etiam laudat. Quæ supra protuli ex Clemente, omnia Aristobulea, luculentum præbent hanc in rem exemplum; alia dabit Clemens lib. vi. p. 810, 5, &c. p. 813, 4, &c. 20. collatus ad Aristobuli locum apud Euseb. XIII. p. 667. Quæ habet Clemens p. 755, 25, &c. p. 756, 3, &c. utiliter ad alium conferri potuerant locum Aristobuli apud Euseb. Præp. VIII. p. 376, 377, 378. Sed illic tamen, et p. 755, 33. in transcursu memorat Aristobulum Clemens; quem ut certe constat novem istos versus spurios ex Aristobulo descripsisse, sic vix dubito, quin eidem, Orphicorum versuum quorundam conditori vel interpolatori, præter alia loca versus etiam non paucos debeat sub Orphei nomine laudatos.

De nonnullis id etiam constat ex isto quantivis pretii fragmento operis Aristobuli, nobis in Eusebii Præparat. Evang. servato p. 663. et seqq. Præter cetera leguntur in isto fragmento unus et quadraginta versus velut ex Orphei poëmatis τῶν

κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον αὐτῷ λεγομένων, quos Andr. Christ. Eschenbachius in Epigene seu Comment. de poesi Orphica ab homine Judæo partim fictos partim interpolatos esse docte monstravit p. 140. et seqq. Judæum istum Aristobulum esse merito suspicatus p. 148. ut mirer cur adeo populari recusaverit adsentiri I. A. Fabricius B. G. lib. iii. c. 11. p. 281. Sed non videtur animadvertisse doctiss. Eschenbachius de versibus istis ab Aristobulo confictis aut interpolatis sic nonnullos descripsisse Clementem, ut in describendo tamen fraudem Judaicam animadvertisse
videatur, quæque nimis illam perspicue patefacerent intermedia 13
quædam idcirco prætermisisse. In Protreptico quidem Clemens p. 63. septem dat versus ex Orphicis non interpolatis; septimo versui, sive istis

μοῦνον δ' ἐσόρα κόσμοιο ἄνακτα

subjicit velut initium sequentis versus,

Ἀθάνατον·

in ea voce subsistens, *εἶτα*, inquit, *ὑποβὰς διαρρήδην ἐπιφέρει*,

Εἷς ἔστ' αὐτογενής, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται·

qui versus in Orphicis ab Aristobulo non interpolatis proxime sequebatur post vocem *ἄνακτα*. Similiter exhibet versus tres Clemens, eadem adjecta voce Strom. V. p. 723, 9. Sed legit et Orphica genuina (sic voco lecta a scriptoribus etiam Gentilibus et laudata) Clemens, quæque dederat in Commentariis a se ficta Judæus vel interpolata. His ille versum interjecerat a Clemente lectum,

Ἀθάνατον, παλαιὸς δὲ λόγος περὶ τοῦδε φαείνει·

Sed offendit, opinor, Clementem ab Orpheo clara nimis Mosaicæ Legis hic et inferius facta mentio: *παλαιὸς* enim *λόγος* est *ὁ θεῖος νόμος*, lex divina, ab Orpheo Aristobuli versu secundo memorata, quem doctus ille Judæus artificiosa fraude, tertio leviter ad hunc accommodato, confinxit.

V. *De Orphicis quibusdam ab Aristobulo fictis, quibus Moysis fit et Legis aliarumque rerum Palæstinarum mentio.*

Quos habet quinque continuos Clemens Strom. V. p 723, 13 &c. illos ab Aristobulo mutuatus, *Ὀρφεύς*, inquit, *καὶ ταῦτα λέγει περὶ τοῦ Θεοῦ, ἀόρατον αὐτὸν μόνῳ γνωσθῆναι ἐνί τινι φησὶ τὸ γένος Χαλδαίῳ· εἴτε τὸν Ἀβραὰμ λέγων τοῦτον, εἴτε καὶ τὸν υἱὸν τὸν αὐτοῦ, διὰ τούτων*,

[Οὐ γάρ κέν τις ἴδοι θνητῶν μερόπων κραίνοντα,]
εἰ μὴ μουνογενής τις ἀπορρὼξ φύλου ἄνωθεν
Χαλδαίων· ἴδρις γὰρ ἔην ἄστροιο πορείης, &c.

Præter istos eadem pagina et sequens novem versus exhibet 14
velut Orphicos partim factos ab Aristobulo, partim interpolatos, quibus falsarius ille Orphea facit verbis quidem Græcis, sed sen-

tentiis Palæstinis, adumbrantem Dei Israelis *tremendam majestatem,* qualem suo more scribendi pingere solebant Hebræorum vates. Sed inter hunc versum,

> Ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων, καὶ μέσσατον, ἠδὲ τελευτὴν,

atque inter istum,

> Ἄλλως οὐ θεμιτόν σε λέγειν· τρομέω δέ τε γυῖα·

hos legerat Clemens intermedios:

> Ὡς λόγος ἀρχαίων· ὡς ὑδογενὴς διέταξεν,
> Ἐκθεόθεν γνώμαισι λαβὼν, κατὰ δίπλακα θεσμόν.

Cur omiserit istos, cui tandem nostrum poterit esse dubium? Nec enim videtur sibi persuadere potuisse Clemens, Orphea, poetarum Græcorum patrem, tam disertam Moysis Legisque duabus in tabulis exaratæ fecisse mentionem, uti δίπλακα θεσμὸν recte Jos. Scaliger interpretatur δίπλακα δέλτον θεσμῶν. Moyses enim—πλαξὶν νόμον Διπλοῦν ἐδέξαθ' ut canit Gregorius Nazianz. tom. ii. p. 212 b. *Undis extractus*, et velut *enatus*, Moyses est ὑδογενὴς, ut Jos. Scaliger vulgatam vocem ὑλογενὴς jam emendandam docuit in notis, quas Henr. Stephanus Poësi suæ Philosophicæ subjecit p. 218. et suspicabatur aliquando Casaubonus Anim. in Athen. p. 130 f. id ipsum ὑδογενὴς restituendum in gripho veteri, quo cochlea, velut *sylvæ filia*, dicitur ὑλογενὴς, quod et vidit Davis. in Ciceron. de Divin. II. c. 64. Ut illic Moyses ὑδογενὴς, sic paulo ante a Judæo suæ gentis patriarcha dictus videtur μουνογενής. Dubitat Clemens, utrum μουνογενὴς ab Orpheo pater dicatur Abrahamus, an filius: nisi, quam celebrat, τοῦ μονογενοῦς in rebus astrologicis peritia secundum veteres, quorum loca Grotius collegit ad Evang. Matth. V. 31. uni præsertim conveniret Abrahamo, superesse quædam poterat dubitatio: certe ὁ ἀγηπητὸς, Isaacus, proprie fuit patri suo μονογενὴς, יחיד. Neque absurda est sententia P. D. Huetii Demonstr. Evang. Prop. IV. p. 219. qua hæc etiam accipit de Moyse. Certe Abrahamus, ipse Χαλδαῖος, dici non poterat commode ἀπορρὼξ φύλου ἄνωθεν Χαλδαίων, et viderat Deum Moyses. Jos. Scaliger, in Fragmentis Veterum selectis operi de Emend. Temp. subjectis, ultimo loco posuit sex istos, meo quidem arbi-
15 tratu confictos a Judæo, versus, velut Orphei. Notis in ista Fragm. p. 48. ad vocem μουνογενὴς profert Scaliger verba quædam velut Porphyrii, quibus Κρόνος—ὃν οἱ Φοίνικες Ἰσραὴλ προσαγορεύουσι,—dicitur υἱὸν ἔχων μονογενῆ, ὃν διὰ τοῦτο Ἰεοὺδ (Phœnices) ἐκάλουν. Speciose Scaliger, in Ἰεοὺδ Isaacum, in Ἰσραὴλ putat adumbratum Abrahamum, nec de re ipsa dubitari potest, quin sit ex historia vera Moysis quomodocunque derivata. Porphyrium etiam testem laudans, Scaligerum in his sequitur S. Bochartus G. S. II. lib. ii. c. 2. p. 711, 712. Duplex est in his error: non enim, quæ proferunt, verba sunt Porphyrii, sed Philonis Byblii, ἐκ τοῦ πρώτου συγγράμματος τῆς Φίλωνος Φοινικικῆς

ἱστορίας, ut ait Euseb. Præp. Evangel. IV. p. 156 d. ubi leguntur eadem, quæ dederat ex eodem Philone Euseb. I. p. 40 b.c. Hoc utentes loco ex p. 40. quid in errorem impulerit liquebit attendenti: Porphyrius hic tantum commemoratur tanquam qui suo testimonio Sanchuniathonis antiquitatem et veracitatem laudaverit; eam in rem verba dederat Eusebius Porphyrii p. 31. ex opere contra Christianos; et in ejus opere superstite περὶ Ἀποχῆς, II. §. 56. fit ejusdem Sanchuniathonis mentio ejusque interpretis Philonis Byblii. Remanet hic tamen aliquid impediti, nam istius operis partem faciebant secundum Eusebium τὰ περὶ Ἰουδαίων, in quibus, nec mirum, Historici laudabat veracitatem Porphyrius; et hunc nostrum Philonem ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων συγγράμματι laudat Origenes c. Cels. I. p. 13. Alterum errorem Scaligeri non nominati mihi recte videtur emendasse Grotius in fine longioris adnotationis ad Evang. Matth. V. 31. ubi, *ego*, ait, *magis credo* Ἰσραὴλ *errore apud Eusebium scriptum pro* ἰλ, *quia tali compendio* ἰλ *Græcis Christianis* Ἰσραὴλ *notabatur.* Id ipsum dubitanter statuit P. D. Huetius Dem. Ev. Prop. IV. p. 116. Etiam, ante quam Grotii mihi nota esset correctio, vidi Philonem Byblium scripsisse: Κρόνος τοίνυν, ὃν οἱ Φοίνικες Ἦλον (illinc formari facile potuit ιῆλ, id est Ἰσραὴλ compendifactum,) προσαγορεύουσι. Græcorum Κρόνον sic semper in antecedentibus, nomine Phœnicio in Græcum morem inflexo, Ἦλον dictum recordabar; p. 36 c. ubi Cœlum e Terra generasse dicitur Ἦλον, τὸν καὶ Κρόνον· p. 37 b. οἱ σύμμαχοι Ἦλου, τοῦ Κρόνου, Ἐλωεὶμ [אלהים, Bocharto p. 707, 46.] ἐπεκλήθησαν, p. 38 b. ὁ Ἦλος, τουτέστιν ὁ Κρόνος. Apud Diodor. Sic. I. p. 143, 85. *quam stellam Græci* Κρόνον, *Chaldæi* καλοῦσιν ἥλιον: ubi Ἦλον, aut Ἧλον, scribatur, an cum Wesselingio Βῆλον, perparum refert. Orientales enim literæ, איל, Ἧλ æque ac Ἦλ efferri, scribique a Græcis potuerunt suo more Ἦλος aut Ἧλος. Sed ut Saturni nomine designari potuerit Abrahamus, et historiæ sacræ veritas istis orientalibus nugis adumbrari, nihil ista tamen adeo facere censuerim ad Aristobuli versum,

Εἰ μὴ μουνογενής τις, ἀπορρὼξ φύλου ἄνωθεν Χαλδαίων· 16

quem sic arbitror interpungendum, atque a Grotio recte conversum:

Unigena ille nisi, Chaldæo sanguine cretus.

ut, εἰ μὴ μουνογενής τις, ipsi sit idem ac εἰ μὴ εἷς μόνος· eleganti figura dictus, ἀπορρὼξ φύλου ἄνωθεν Χαλδαίων· Suidas in Ἀπορρῶγας—Ἀπορρὼξ, καὶ γένους ἀπογονή· Οὗτος δὲ ἦν ἄρα Ἐριννύων ἀπορρώξ. Hoc cujuscunque sit sumtum ex Aristophanis in Timonem dicto Lys. v. 813. Demades apud Athen. III. p. 99 d. Samum vocat Athenarum ἀπορρῶγα, *coloniam a matre velut avulsam:* in Oraculo apud Lucian. tom. ii. p. 247. Ἡ δὲ προφητείη Δίης φρενός ἐστιν ἀπορρὼξ, ubi Διὸς versum pessumdaret.

Satis mirari nequeo maximorum virorum, quos nominavi, de his versibus ab homine Judæo, sed eruditissimo, fictis judicia diversissima. Jos. Scaliger, ex quo hos paucos se versus excerpsisse scribit, *præstantissimum* vocat p. 48. *fragmentum Orphei de vero Deo Hebræorum :* τὸν ὑδογενῆ ubi restituit, p. 49, *sed mirum,* ait, *unde* horum *notitia Orpheo, aut Onomacrito.* Legis tangens divinæ tabulas, *unde,* ait, *Græcus homo hæc scivit ?* Magno labore fesso non vacabat hæc exigere consideratius; meditatus enim verum vidisset. Grotius, sub finem adnotationis perdoctæ, *Orpheus,* inquit, *quem in Ægypto fuisse docet nos Diodorus Siculus, ibi de Abrahamo deque Mose ea intellexit, quæ deinde aut ab ipso, aut* (*quod Tatiano placet*) *ex ipsius libris ab Onomacrito in versus relata sunt.* Si hominum ingenia capitalia sic a Judæo, non credulitate sua peccante, sed data opera fraudulento, potuerunt in errorem induci, quid tandem de ceteris est judicandum, sanctorum inprimis Patrum, quos vocant, admiratoribus? Horum eximendus numero, cujus diversissimum fuit judicium, P. D. Huetius, Dem. Evang. Prop. IV. p. 218. ista scribere non dubitavit: "Quæ ex Orpheo attulerunt Aristobulus Peripateticus "apud Eusebium, Justinus, Clemens Alexandrinus, Cyrillus et "alii, ea prorsus videntur a veteribus Christianis conficta, et ex "sacrorum Codicum segminibus consuta. Tam infabre hæc "interpolata sunt, ut fraus manifesta sit, suamque novitatem "prodat." Recte quidem ille fraudem in his manifestam agnovit; sed non debuerant Huetio conficta videri *a veteribus Christianis,* quippe quæ præter Christianos attulisse scribat apud Eusebium Aristobulum: hic enim Judæus Christianos, mea quidem sententia, hujus criminis absolvet, Christianis omnibus antiquior, cujus ætatem ista scribens non attendebat Huetius.

17 VI. *De Judæis quibusdam Græciensibus fabulatoribus, etiam iis, qui, visi non Judæi, de rebus scripsere Judæorum.*

Ad multa utile videbatur futurum, si de Aristobulo dicerem explicatius, quam fuit ab aliis factum; sed, ut illuc via muniatur, scrupulus, qui nonnullis inhærere posset, removendus est; alia etiam nonnulla præmittenda videntur. Aliquoties jam fraudum insimulavi literatum Judæum Aristobulum, eumque conditorem vocavi versuum Orphicorum, aliorum quoque, qui nonnulli satis sunt probabiles atque elegantes. Horum prius nemini videbitur indignum ingenio Judaico, qui vel solas legerit fabellas quasdam, libris Apocryphis insertas, aut Codici Pseudepigrapho V. T. a Jo. Alb. Fabricio, aut additamenta in libris sacris Estheræ, Jobi, Proverbiorum, Danielis, Jeremiæ; qui ad historiam lib. i. Maccab., veteri dialecto Judæorum vere narratam, exegerit Epitomen historiæ rerum a Juda Maccabæo gestarum, quam exhibet liber ii. Maccab. si stylum spectes, eleganter, ut a Judæo, scriptus; si res narratas, mendaciis plenus. Vera sit par-

tim historia, quod suspicor, libro iii. qui dicitur Maccab. narrata; sed huic insertas Epistolas sub nomine Ptolemæi Philopatoris comparet mihi quis, harum rerum sciens, cum epistolis velut ab Artaxerxe scriptis, quæ Græcis Estheræ additamentis sunt interpositæ, et mecum fatebitur in eodem illas cerebro confictas. Relegat quis Epistolas Salomonis Regumque Ægypti Tyrique *ἀμοιβαίας*, quas ex Eupolemo protulit Alexander Polyhistor, hinc transcripsit Eusebius in librum ix. Præpar. Ev. p. 448, 449, ab aliis etiam memoratas, similis ingenii Judaici fœtum existimabit. Sed poëtam forte Judæum Græciensem quis miretur? Non mirabitur, qui legerit Ezechielis Judæi tragœdiæ, senariis sæpe hiantibus et claudicantibus scriptæ, reliquias. Plus quam viginti hexametros ex poëmate cujusdam Philonis de rebus Hierosolymitanis profert Eusebius in Præp. p. 421, 22. 430. 452, 53. quibus Abrahami, Isaaci, Jacobi, Josephi fit mentio; et in hac luce hunc poëtam Judæum fuisse dubitaremus? Idem censeo de Theodoto, poëmatis *περὶ τῶν Ἰουδαίων* scriptore: versibus non invenustis, quos inde sumtos exhibet Eusebius p. 426—429, historia Jacobi filiorumque ad libri sacri ductum satis probabiliter enarratur. Cur nihil horum, si fuere Gentiles, profert Josephus? Dedit Alexander ista Polyhistor in sua de Judæis *Συντάξει*, a Josepho, dum Romæ habitaret suasque conderet historias, lecta. Theodotum forte quis esse suspicetur quem nominat in transcursu Josephus inter Gentiles, qui Judæorum 18
fecerint mentionem, c. Apion. I. c. 23. sed ista suspicio quo nitetur fundamento? Ab eodem Josepho Ἀρχ. I. c. xv. ex Alexandro Polyhistore Cleodemus memoratur Propheta, *ὁ καὶ Μάλχος, ὁ ἱστορῶν τὰ περὶ Ἰουδαίων, καθὼς καὶ Μωϋσῆς ἱστόρησεν ὁ νομοθέτης αὐτῶν.* Cleodemus hicce Propheta, si sic enarravit Mosaica, fuit certe Judæus. Sed et historici Hecatæus, Eupolemus, Artapanus, Demetrius, Aristeas, meo quidem arbitratu, fuerunt omnes religione Judæi, seu his nominibus inter populares fuerint noti, seu nomina mentiti; quod de Hecatæo jam suspicatus est Jos. Scaliger, firmavitque Bentleius in addendis in Epist. ad Jo. Mill. p. 93. uterque hac in re sequutus judicium Herennii Philonis apud Origen. c. Cels. I. p. 13 f. Meæ similem suspicionem in mentem venisse video Richardo Simonio in Hist. Crit. V. T. II. c. ii. [p. 189.] De Eupolemo et Demetrio testem profero Eusebium Hist. Eccles. VI. c. xiii. ubi Clemens Alex. meminisse dicitur *Φίλωνος καὶ Ἀριστοβούλου, Ἰωσήπουτε, καὶ Δημητρίου καὶ Εὐπολέμου, Ἰουδαίων συγγραφέων.* conf. Hieronymus de Viris Illustr. in Clemente c. 38. De Numenio Pythagoreo quæ præter ceteros plurima tradunt Origenes c. Cels. I. p. 13. IV. p. 198, 199. Eusebius Præp. Ev. IX. c. viii. et alibi, aut hunc Judæum fuisse, aut ista certe persuadebunt a Judæo scripta sub nomine philosophi Gentilis, de quo Jonsius egit Hist. Phil. III. c. x. §. 4. præter cetera, nomina Numenii etiam atque Eupolemi Judæis convenire liquet ex 1 Macc. xii. 16. xv. 15. viii. 17. Græ-

ciensem Judæum decent, quas Numenius dedisse narratur ab Origene plurimas, Mosaicarum legum explicationes allegoricæ; quibus, ut notum est, adeo luxuriavit, ille sæpius a Christianis dictus philosophus Pythagoreus, Alexandrinus Philo, specimen illud Judæi Græce perdocti, rerumque veterum valde periti; viri præterea boni, prudentis, laboriosi, neque more suæ gentis, in historia, si conferatur ad Josephum aliosque, fabulatoris.

VII. *De Aristobulo ejusque in Legem Moysis Commentariis, spuria multa complexis et a Judæo conficta.*

Postquam Jos. Scaliger Animadv. in Eusebii Chronolog. ad N. MDCCXXXIV. monuisset, Aristeæ libellum a Judæis esse Hellenistis confictum, superiore seculo, hujus etiam (octavi supra millesimum) initio, animose fuit inter homines literatissimos agitata lis notissima super historia conditæ versionis Alexandrinæ librorum Moysis ceterorumque divinorum. Quam ab ejus in-
19 genio forte quis non exspectasset, sententiam acriter tueri voluit Is. Vossius. Tandem litem victor composuisse videtur, indignante Vossio, vir eruditissimus Humfredus Hodius. In controversiam hanc vel in primis venit Aristobuli locus apud Clementem Alexandrinum partim, plenius lectus apud Eusebium, a Scaligero primum ab aliis deinceps adhibitus. Horum vero, qui Aristobuli sibi sumsere verba quædam, de duplici Græca versione librorum Hebraicorum agentis, pro sua quisque sententia vexanda, nemini venit in mentem, ut ante quidquid superesset sub Aristobuli nomine pensiculatius exigerent, quam definirent quid sibi de ejus opere videretur sentiendum; multo minus ullum eorum ista tetigit suspicio, quæ mihi fuit subnata simul atque Homero, Hesiodo, aliis, versus illum supposuisse vidissem adulterinos. Hac, opinor, difficultate se Is. Vossius expedire vix potuisset. Is in sua Dissert. de Translatione LXX. Interpretum Aristobuli tantum meminerat in transcursu; sed, quum hujus testis hac in re veracitatem elevare, nec satis considerate, cœpisset Rich. Simonius *dans son Histoire Critique du V. T.* lib. ii. c. 2. et contra Waltonum disputans, lib. iii. c. 23. huic paucis respondit Is. Vossius *Respons. ad Objecta Criticæ Sacræ* p. 128. Cum vero Simonio hac in re Hodius adstipularetur, edita primum (anno 1684) Dissertatione contra Historiam Aristæanam; quodque Simonius velut aliud agendo tantum tribus verbis dixisset, argumentis Scaligeri in nova luce collocatis, partim aliis adhibitis, demonstrare suam sententiam conatus; horum præcipua, velut ab Oxoniensi juvene scripta, sibi sumsit Is. Vossius satis arroganter refutanda in Appendice Observat. ad Pomponium Melam, Londini (1686) primum vulgata. Hodius tandem renovata, partim etiam amplificata, sua dissertatione, in operis de *Bibliorum Text. Original.* (1705. ed.) libro i. c. 9. nec in sua super Aristobulo sententia mutatus a priori, Vossianas responsiones expendit. Idem propemodum hac in re

cum Hodio sensit Anton. van Dale, in sua dissert. super Aristea eodem anno vulgata, c. 28, hic quidem, dudum lecta Hodii dissertatione, incogitanter nonnulla scribens, neque, si spectes illius eruditionem atque in singulis rerum momentis examinandis diligentiam, cum Anglo theologo facile æquiparandus. Hic vero, si detexisset in Judæo Aristobulo spuriorum versuum conditorem, Græce tamen perdoctum rerumque veterum scientissimum, incommodum suæ sententiæ testem velut falsi convictum rejecisset, neque eo fuisset vir eximius prolapsus, ut seculo post Christum natum secundo istos in Legem Moysis Commentarios sub Aristobuli nomine conditos et confictos suspicaretur; qua in sententia sibi vel præeuntem habuit e Gallis vel adstipulatorem Simonium, inter Batavos Ant. van Dale. Hæc mihi sententia sæpius Aristobulea consideranti semper visa fuit ab omni verisimilitudine remota. Quodque mihi constitit aliis etiam ostendere nitar, quos, re non satis exacta, facile speciosis argumentis Hodius in suam pertrahere potuit opinionem, quæ minus probabilis tamen visa fuit I. A. Fabricio, B. G. lib. iii. c. 11. ubi Peripateticos recensens multo plura notavit de Aristobulo, quam dederat G. I. Vossius de Hist. Gr. I. c. 10. Ut a veris dubia separemus et falsa, hoc primum tanquam verum statuo, "Judæum Alexandrinum Aristobulum, velut philosophum Peripateticum, Alexandriæ inter homines innotuisse literatos circa annum quartum regni Ptolemæi Philometoris, atque adeo circa annum ante Christ. nat. 175." Nihil enim impedit, quo minus hac in parte credamus Julio Africano, aut hoc antiquioribus chronographis, quos sequutus est Eusebius in Chronico Canone: hujus interpres Hieronymus ad hunc annum Philometoris quartum quartumque Olymp. CL. hæc adscripsit p. 145. *Aristobulus, natione Judæus, Peripateticus philosophus cognoscitur; qui ad Philometorem Ptolemæum Explanationum in Moysen commentarios scripsit.* Quæ velut Eusebii Græca dedit Scaliger p. 187. quæque illius esse videntur, verba totidem prostant in Chron. Paschali p. 143. [178 Par.] Ἀριστόβουλος Ἰουδαῖος Περιπατητικὸς φιλόσοφος ἐγνωρίζετο, ὃς Πτολεμαίῳ τῷ Φιλομήτορι ἐξηγήσεις τῆς Μωϋσέως γραφῆς ἀνέθηκεν. Hoc vero secundum itidem verum arbitror, "Aristobulum huncce nomen adeptum, scriptis in Legem Mosaicam Commentariis, quos dedicaverit Ptolemæo Philometori," quo cum familiariter de suæ gentis philosophia rebusque huc spectantibus colloquutum hoc minime miror, quod fuit Ægypti rex ille Ptolemæus Philometor Judæorum fautor, amicus Jonathæ pontificis Hierosolymitani, atque in universum exemplar humanissimæ mansuetudinis.[a]

[a] Ad illam fratris in regno successoris, in puniendo severissimi, mores ne comparari quidem poterant, teste Diodoro Sic. in Excerpt. de Virt. et Vit. T. II. p. 595; hic tamen, Ptolemæus [Physcon,] ὁ δεύτερος Εὐεργέτης aulicis, dicacibus Alexandrinis Κακεργέτης dictus, et ipse Homeri fuit literarumque studiosissimus et eximius fautor hominum eruditorum; quæ ex Athenæo sunt manifesta II. p. 61 e. IV. p. 184 b.c. XII. p. 549 d.

Ista duo vere dici posse videntur de Aristobulo. Quæ præterea de illo dicuntur, aut etiam ab his diversissima, vel incerta sunt, vel falsa; falsum certe, neque illud solum, quod nobis apud Eusebium Hist Eccles. VII. c. 32. narrat Anatolius, in rebus mathematicis multo magis exercitatus quam in historia veteri: sed in istum locum, ad alia tamen utilem, postea quædam animadverti commodius poterunt. Hujus Aristobuli Commentarios
21 in Legem divinam Moysis, (βίβλους ἐξηγητικὰς τοῦ Μωϋσέως νόμου vocat Anatolius l. c.) opus Alexandrini Judæi laboriosum, et in varios libros distributum, non stylo Hellenistarum sacro, sed eleganter ad normam Græcorum Græce scriptum, legerunt Christianorum veterum eruditissimi, seculis II. III. IV. et V. Clemens, Origenes, [Anatolius,] Eusebius, et Cyrillus; si Palæstinum excipias Eusebium, omnes Alexandrini, atque in isthac virorum præstantium feracissima schola eruditi. Postea sua moles opus illud oppressisse videtur; quæ causa quoque fuit, ut alia multa nobis perierint, et, mirificum illud opus, Origenis Hexapla. Multo quidem plures Aristobuli meminerunt ejusdem, sed, ni fallor, ex eorum quos dicebam scriptis inde memorata repetentes. Quod a Buxtorfio narratur, illud opus, *Philonis scripta mole sua superans*, in Florentina fuisse bibliotheca et alibi, incredibile merito videbatur Eschenbachio in Epigene p. 149. et Jo. Alb. Fabricio B. G. vol. ii. p. 281. Hic vellem in judicando temeritas nostra confutaretur aliquando; hac enim ætate, qui patienter legimus et accurate Philonis Judæi scripta, lectu profecto non amœnissima, magni redemtum illud vellemus, nugis forsan olim oppletum opus. Allegoricam, quam vocant, interpretandi rationem sequutum Aristobulum cum constet, mirum videri queat semel illum tantum ab Origene commemoratum c. Cels. IV. p. 198. ubi, cum allegoricas Legis Mosaicæ explicationes exagitaret Celsus, Origeni videbatur loqui περὶ τῶν Φίλωνος συγγραμμάτων,—ἢ καὶ τῶν ἔτι ἀρχαιοτέρων, ὁποῖά ἐστι τὰ Ἀριστοβούλου. Nusquam alibi suis in operibus Aristobuli facit mentionem Origenes. Ex Anatolii Alexandrini Canonibus Paschalibus insigne fragmentum inseruit Eusebius Histor. Eccles. VII. c. 32. quo non Aristobuli tantum meminit Anatolius, sed et verba quædam excitat accurate tempus definientis, quo debuerint Judæi τὰ διαβατήρια θύειν, ut eleganter loquitur et Xenophontea phrasi doctus ille Judæus. Præbet ejusdem verba quædam Cyrillus c. Julian. IV. p. 134. multo plura variis in locis Clemens Alexandrinus, et ubi illum non nominat, (qualia supra jam attigi) et nominatim citati Strom. I. p. 410 et 411. Strom. VI. p. 755. meminit ejusdem alibi duobus in locis Strom. I. p. 360, 9. et Strom. V. p. 705, 20. quem postremum præsertim locum respicit Eusebius Hist. Eccles. VI. c. 13. cujus verba Latine vertit Hieronym. de Viris Illustr. c. 36. Quæ primo horum locorum exhibet Clemens Aristobulea, præbet inter Clementina Eusebii Præparatio Evang. IX. c. 6. sed eadem propemodum,

et multo plura, ex ipso opere Judæi descripta, lib. xiii. c. 12. a pag. 663—668. Aliud perinsigne fragmentum operis Aristobuli recondit eadem Præp. Evang. lib. viii. c. 10. p. 376—ad 378.— præterea pauca quædam ejusdem verba lib. vii. c. 14. p. 324. 22
Meminit illius semel alibi in transcursu lib. vii. c. 8. p. 370 a. In isthoc itaque Eusebii rerum absconditarum thesauro solo reperire licet octo propemodum paginas, nihil aliud complexas nisi verba Aristobuli ex isthoc in Legem Moysis Commentario transcripta, quæ absque Eusebio aliunde nobis non innotuissent. Sub unum conspectum accurate loca me puto designasse, in quibus operis istius reperiri possint reliquiæ, neque opinor plures in antiquitate ecclesiastica, quantum illa mihi quidem innotuit, repertum iri, quam hic a me digito sunt demonstratæ. Poterit autem ex his reliquiis, ni fallor, de Judæi hujus antiquitate, instituto, interpretandi methodo, stylo, doctrina, sed et vel in primis de hominis istius literatis fraudibus judicari, quarum causa hæc a me fuit instituta disputatio.

VIII. *Commentarios sub nomine Aristobuli non fuisse confictos sæculo post C. N.* ii, *quæ Hodii fuit opinio.*

Eusebii vel sola qui legerit excerpta liber a præjudicatis opinionibus, si seculo post natum Christum secundo sub fictis nominibus scripta, quæ quidem pauca de multis habemus reliqua, probe cognoverit, nunquam sibi persuadebit, opinor, in hanc quoque classem opus esse referendum Aristobuli. Qui hoc suspicabatur Hodius in libro perdocto p. 53. "suspicionem, inquit, meam de νοθείᾳ· Commentariorum Aristobuli illud non "parum auget, quod Clemens Alexandrinus primus sit omnium, "qui eorum fecere mentionem." De Aristobuli commentariis idem scripsit Rich. Simonius *dans son Histoire Critique du V. T.* verbo quid sentiret indicavit lib. ii. c. 2. p. 189. clarius lib. iii. c. 23. p. 499. *Les livres d'Aristobule, et de quelques autres anciens auteurs, qui ont écrit si favorablement des Juifs, ont aussi été supposés.* In Latina quæ dicitur versione horum loco tantum leguntur ista p. 116. lib. iii. Hist. Crit. V. T. *Idem de Aristobulo et aliis dicendum.* Supra dicebam, incogitanter hac de re nonnulla scripsisse Ant. van Dale: in Dissert. scilicet super Hist. Aristeæ p. 213. ista posuit: *Mirum, sane, nullos alios horum Commentariorum meminisse, non hunc Pseudaristeam, non Josephum, non Philonem, non Clementem, non ullos ex cæteris seu Judæis seu Christianis, qui de hac versione aliquid dixerunt.* Idem ille tamen Daleus noverat Aristobulea reperiri apud Clementem et Eusebium. Confudit vir ingeniosus Commentarios, multis sane commemoratos, cum versione, in verbis ex Eusebio prolatis memorata. Sed, misso Daleo, cum H. Hodio pauca potius disputemus. Hodium sic ubi loquentem audiat, *quod Clemens Alex. primus sit* 23
omnium etc. fortasse quis crederet rerum veterum ignarus, prope

centenos dari, qui potuerint illorum facere mentionem, nec fecerint tamen. Equidem ex Christianis, quorum ad nos scripta pervenere, qui tandem hic possint in censum venire perpaucos novi. Neque enim hic, opinor, alicui in mentem venient Patres qui dicuntur Apostolici. Tatianum dixerit aliquis, Athenagoram, Theophilum: sed hi primum Clementi fuerunt Alexandrino æquales; deinde neque Philonis excitant scripta, neque, quod meminerim, Ἀρχαιολογίαν Josephi; cur itaque vel visos memorassent Aristobuli commentarios? Tertullianum nemo facile dixerit. Ad unum itaque res redibit Justinum: sed multo magis miror tot scriptores a Justino Martyre memorari potuisse, quam non lectos, non certe laudatos, Aristobuli commentarios. Judæos forsan Hodius designatos voluerit. An non et hi sunt oppido pauci, atque in universum tantum duo, de quibus hic cogitari possit? Cur unum de duobus tantum nominat Hodius Josephum? a quo, si ejus extitissent ævo, commentarios Aristobuli negat silentio potuisse negligi. De Aristobulo velut regis Ptolemæi præceptore quod scribit, cujus mentionem non debuerit omittere Josephus, si notum talem habuisset, quid sentiam supra verbo jam in transcursu fuit indicatum, et dicetur infra plenius. Sed in Epistola II. Macc. I. 10. memoratus idem sit, an a nostro diversus, (ut certe plures fuerunt, quod ex historia notissimum, inter Judæos Aristobuli cognomines) nihil interest. Legitne Josephus istam Epistolam, ante ejus ætatem certe scriptam? Si legit, cur non istum regis διδάσκαλον, ex Hodii sententia, illinc saltem commemorat? Caute solum Josephum nominat vir eruditissimus, non Philonem; a quo equidem ne unicum quidem suæ gentis scriptorem præter Sacros citatum commemini, ne Gentiles quidem, nisi perpaucos, testes laudanti. Sed hujus ipsius Philonis, jam senis cum nasceretur, cur Josephus in Moysis leges commentarios ne semel quidem commemorat? Docte sic Is. Vossius ad ista Hodii tribus verbis respondit in Append. Observ. ad Melam p. 67, *Ecqua est causa, quamobrem hujus operis in historia meminisse debuerit?* Dictis quibusdam Vossii, nimis in hac libertate literaria superbis, exacerbatus Anglus nollem scripsisset, se *propter Josephi silentium de isto Aristobulo perpetuo dubitaturum.* His ceterisque illic in Is. Vossium præcipitanter scriptis si, sequutus exemplum laudabile Quinctiliani, dedisset *otium*, quale suæ certe dedit Dissertationi annorum viginti, et, *refrigerato* scribendi calore, *diligentius repetita tanquam lector* perpendisset, istam quidem notam primus, opinor, rejecisset, ut non satis meditate scriptam hominibusque
24 harum rerum scientibus displicituram. Quorum Josephus in historia non meminit, de illis dubitaremus an extiterint, si quodammodo possunt hac in parte cum Aristobulo comparari? Non hoc certe dixerit Hodius. An ergo tot alios memorat suæ religionis ac gentis homines literatos, ut inter illos omitti non debuerit Aristobulus? Cum Aristobulo qui possit componi a

Josepho memoratum ego saltem ne unicum quidem novi. Propter res gestas bello Judaico multa dicit in æqualem sibi Judæum historicum Justum Tiberiensem, sed eum in finem scripta, ut hunc posteris tanquam mendacem traduceret. Vid. Æg. Menag. in Laërt. II. 41. Nonnullos ille quidem memorat, quos, nomina Gentilium mentitos, Judæos fuisse non dubito, Aristæum, Cleodemum, Eupolemum, Hecatæum, alios etiam, quos supra jam attigi, sed tanquam Gentiles, qui rerum meminerint Judaicarum. Ubi tandem locus fuisset Aristobulo? Sed horum jam desino; illa tractaturus, quæ præter tradita superius sive dubia narrantur de Aristobulo seu falsa.

IX. *Falsa et dubia, quæ de Aristobulo narrantur ab Anatolio, cujus dicta, errorum plena, examinantur. Et de Moyse, qui dictus fuerit Musæus.*

Primum falsa sunt, quæ scribit Anatolius apud Eusebium Hist. Eccles. VII. c. 32. non is utique, quocum libenter adeo solebat super Homero Porphyrius φιλολογεῖν, sed aliunde notus episcopus Laodicenus, (Fabric. B. G. vol. II. p. 275.) Exhibet illic Eusebius insigne fragmentum ἐκ τῶν περὶ τοῦ Πάσχα Ἀνατολίου κανόνων· quo meminit et aliorum Judæorum veterum, Ἀριστοβούλου τε τοῦ (sic scripserat) πάνυ, ὃς ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα κατειλεγμένος, τοῖς τὰς ἱερὰς καὶ θείας Ἑβραίων ἑρμηνεύσασι γραφὰς Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ, καὶ τῷ τούτου πατρὶ, καὶ βίβλους ἐξηγητικὰς τοῦ Μωϋσέως νόμου τοῖς αὐτοῖς προσεφώνησε βασιλεῦσι. Omisso Aristobuli nomine his usus est Scaliger in Eusebianum Chronicon Hieronymi N. MDCCXXXIV. propter Aristobuli mentionem iisdem ad N. MDCCCXLI.; quibus abusus est, ne dicam Daleum, Hodius c. ix. §. 3. ut hinc vel inprimis conficeret, *adeo non constitisse veteribus*, quo seculo vixerit Aristobulus, et ad quem scripserit Ptolemæum, *ut unusquisque fere lector conjecturam suam interposuerit.* Ego contra tanquam verum posui, vixisse sub Philometore, huic suos illum inscripsisse commentarios. Atque hac in re tradenda veteres sibi satis opinor constitisse, nisi scriptoribus errores librariorum sint imputandi, aut idoneis testibus Alexandrino Clementi atque Eusebio hac in re possit Anatolius opponi, cujus ille quidem error est et aliorum excusabilis de versione facta non in gratiam tantum Ptolemæi Philadelphi, sed et ejus patris Lagidæ. Turpis alter est error in Aristobulo. Seponamus tantisper, quod Aristobulum unum facit de LXX interpretibus, et exigamus vicina. Non nescio magnis illic ab Eusebio laudibus efferri Anatolium tanquam virum bonum et eruditum, præsertim exercitatum in rebus mathematicis sic vulgo dictis, cujus suæ peritiæ specimina quoque publica vulgaverit *Canones Paschales*, et *Isagogen Arithmeticam* in decem libros protractam. Vir bonus et mathematicus in historia potuit errare. Præter ista, mira scribit Anatolius et inaudita quædam.

Cum diem ille Paschatis definivisset, Ἰουδαίοις δὲ, ait, *ἐγινώσκετο τοῖς πάλαι καὶ πρὸ Χριστοῦ, ἐφυλάττετό τε πρὸς αὐτῶν μάλιστα· μαθεῖν δ' ἔστιν ἐκ τῶν ὑπὸ Φίλωνος, Ἰωσήπου, Μουσαίου λεγομένων· καὶ οὐ μόνον τούτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔτι παλαιοτέρων, ἀμφοτέρων Ἀγαθοβούλων τῶν ἐπίκλην διδασκάλων, Ἀριστοβούλου τε τοῦ π.* etc. Non illum equidem arbitror inter istos Judæos, *τοὺς—πρὸ Χριστοῦ*, numerasse Josephum non ante natum, quam Christus in cœlum rediisset; sed libenter ex Hodio cognovissem, quinam illi essent Agathobuli ambo Judæi, ambo Philone Judæo antiquiores, ambo, quod mirandum est, *magistri cognominati*, *ἐπίκλην διδάσκαλοι*. Huic incommodo Scaliger mederi voluit, scribens ex conjectura ad Euseb. p. 142, *ἀμφοτέρων Ἀγαθοβούλου τοῦ ἐπίκλην διδασκάλου καὶ Ἀριστοβούλου τοῦ ἀπὸ πανεάδος*; postremum unde hauserit Scaliger liquebit Valesium conferenti, et inprimis Hodium p. 51, 52. Sed, quem suo loco reliquit Scaliger, multo magis mirabilis Judæus ille Musæus, his recentior, et Aristobulo; Hodio, qui multa legerat, ut suspicor, prorsus incognitus. Abstinuit his nominibus, ubi vicina ponit ex Eusebio descripta Sozomenus Hist. Eccles. VII. c. 18, *Ἑβραίων τῶν πάλαι, ὡς ἱστορεῖ Εὐσέβιος ὑπὸ μάρτυσι Φίλωνι, καὶ Ἰωσήπῳ, καὶ Ἀριστοβούλῳ, καὶ ἑτέροις πλείστοις, μετὰ ἐαρινὴν ἰσημερίαν τὰ διαβατήρια θυόντων.* Isti *plerique reliqui*, præter Aristobulum, Sozomeno fuerunt inauditi; quin ipsi quoque Dionys. Petavio. Nam, ubi multa disputat super Anatolii fragmento a Valesio laudatus Petavius ad Epiphanii Hæres. LI. a p. 188 ad 200, ista scribit p. 198 f. *Cum enim Judæi, ut ex Josepho, Philone, et iis antiquioribus Aristobulis, et Agathobulo constat, non ante æquinoctium Pascha suum celebrare voluerint* etc. errore calami substituit *Agathobulis Aristobulos.* Et Petavio, Scaligero, Henr. Valesio, Hodio, atque adeo toti antiquitati, cujus in hoc genere nihil illos latebat, ignotos Judæos scriptores, Musæum, cum Philone et Josepho memorandum, et his antiquiores Agathobulos magistros uni innotuisse crederemus Anatolio? Suspicor in Judæi cujusdam
26 libello legisse Anatolium, præter alia huc spectantia, *τὴν τῶν διαβατηρίων ἑορτὴν*, sive *Paschatis festum*, instituisse *Μουσαῖον*, nesciisse vero *Moysen* isthoc Græco nomine designatum a Judæo, non insulse nomen amabile Græcis suæ gentis accommodante legislatori. Fundamentum huic suspicioni Eusebii mihi præbent excerpta ex libello de Judæis Artapani, qui mihi Judæus est Alexandrinus, nugator ille quidem et mendax, qualis Aristobulus, sed Græce doctus, antiquus, rerumque Ægyptiacarum peritissimus: in istis excerptis Artapanus Moysis historiam tractans (Eusebii lib. ix. p. 431—436,) non illum tantum ubique *Μώϋσον* vocat, (quod nomen in eorumdem particula minus accurate descripta a Clemente Alex. Strom. I. p. 413, 25, in formam transiit Græce loquentibus Judæis usitatam,) sed et ista scribit in suo genere notabilia: *filiam regis Ægypti regulo cuidam elocatam, cum esset sterilis, Judæi cujusdam sibi supposuisse παιδίον*,

τοῦτο δὲ Μώϋσον ὀνομάσαι, ὑπὸ δὲ τῶν Ἑλλήνων αὐτὸν ἀνδρωθέντα Μουσαῖον προσαγορευθῆναι, γενέσθαι δὲ τὸν Μώϋσον τοῦτον Ὀρφέως διδάσκαλον· apud eumdem Præp. Evang. IX. c. 8. Numenius, nisi fallor Judæus, Μουσαῖον, Judæis expulsis Ægypto ducem, vocat ἄνδρα γενόμενον Θεῷ εὔξασθαι δυνατώτατον, et paulo post meminit τῶν συμφορῶν, ἃς ὁ Μουσαῖος ἐπῆγε τῷ Αἰγύπτῳ.

In his, opinor, fundavit suas conjecturas Huetius Dem. Evang.
Prop. IV. c. 8. §. 18. Sed ut illuc redeam, si vera suspicor, ut
certe sunt hic disputata verisimillima, atque adeo si Μουσαῖος
Anatolii Judæorum divinus est legislator Moyses, cujus illum
culpæ reum perhibebimus, qui Musæo hoc antiquiores dixerit
tenebricosos istos magistros Agathobulos, et, cujus ille scripta
legisse videtur, Aristobulum? Non amplius certe mirabimur
quem præterea duplicem errat errorem; primum, quo dedicasse
scribit Aristobulum suas Mosaicæ Legis βίβλους ἐξηγητικὰς pri-
mis Ptolemæis Lagidæ et Philadelpho, quas sexto demum Ptole-
mæorum Philometori constet ab Aristobulo fuisse inscriptas;
alterum, quo nobis narrat unus omnium ex antiquitate, Aristo-
bulum unum fuisse de LXX interpretibus Sapientum istorum
LXXII nomina quoque nobiscum communicavit Aristeas p. vii.
quæ cum reliquis plerisque transcribere merito Josephus judica-
bat non necessarium Ἀρχαιολ. XII. c. 2, 6. Potuerat Aristeas,
ubi invenit reliqua, nomen etiam Aristobuli reperisse, notum
inter gentiles suos in Ægypto; sed ab Eleazaro pontifice missis
ex Palæstina non absurde Judæus Alexandrinus nomina quoque
quæsivit indidem Hebraica: peregrinis quinque vel sex Græca
tantum interjecit, Theophili, Theodoti, Dosithei, Theodosii;
Theodosios quidem tres; Jasonas duo; quorum ultimum (apud
illos forsan ex Orientali factum: *Jesus, qui et Jason*, Hieron. in
Eusebii Chron. N. MDCCCXLV.) ex antiquitate Græca repetitum,
(nam priora sunt multo recentioris ævi) Judæis etiam Helle- 27
nistis placuisse historia monstrat Judaica temporis Maccabæo-
rum, quique istius temporis historiam quinque libris (ἀλλ' οὐκ
ἐγώ τις ταχυπειθής) scripto consignasse narratur II. Macc. ii. 23,
Cyrenæus Jason. Sed nullus inter istos LXXII sapientes fer-
tur Aristobulus; cumque plures fuerint hujus nominis Judæi, si
vel in iis reperiretur, nihil ille faceret ad errorem Anatolii te-
gendum. Probabiliter alicubi legerat Commentarios Aristobuli
fuisse dedicatos Philadelpho, quod legimus et nos a sciolo quo-
dam scriptum in Alexandrino Clemente. Horum recordatus, re
non examinata, Legis interpretem Mosaicæ facile transformavit
in unum de LXX. Atque hoc arbitror me nunc planum fecisse,
quod mihi sumseram demonstrandum; nihil habuisse Hodium
causæ, cur in istis Anatolii verbis suæ sententiæ quæreret pa-
trocinium.

X. *In ævo Aristobuli definiendo constare sibi Eusebium.*

At vero hæc pleraque frustra sunt a me scripta, si fidem inve-

nit quod Hodius in proximis tanquam verum ponit p. 51. v. 7, ut scilicet evincat, nihil constare certi super ætate Aristobuli, "Eusebius" ait, "Præp. Evang. lib. viii. c. 8, illum facit coævum "Eleazaro Judæorum pontifici, de quo agit Aristeas; et ad "ætatem ejusdem Ptolemæi utrumque confert, nempe Phila-"delphi." Hoc si verum est, aut Eusebius hic erit accusandus inconstantiæ, aut minus absurdum censendum, quod scribit Anatolius: Eleazarus enim is Eusebii, sive Aristeæ, pontifex est maximus Judæorum, qui suam ad Philadelphum Epistolam humanissima hac apud Aristeam orditur sententia: *si tu vales, si valent regina Arsinoë soror, et liberi, bene est.* Istiusmodi formulæ, versusque Theocriti Id. XVII. 131. regias nuptias cum cœlestibus Jovis et Junonis comparantis; Epithalamium Callimachi, cujus, ut suspicor, initium præbet fragm. CXCVI. auribus regis accidere debuerunt jucundiora, quam iste Sotadis versus, quem Athenæo teste XIV. p. 621 a. morte luit poeta veridicus: Εἰς οὐχ ὁσίην τρυμαλιὴν τὸ κέντρον ὠθεῖς· qualis tamen sententia in regem, sororis suæ maritum, fortasse Judæorum pio pontifici minus disconveniret, quam dedecent, quæ facit illum scribentem Aristeas. Sed videamus tamen an huic Eleazaro æqualem Aristobulum illic faciat Eusebius. Præp. Ev. VIII. c. 8, postquam dederat verba Josephi περὶ τῆς κατὰ Μωσέα Ἰουδαίων πολιτείας, p. 370 a. de Legum Mosaicarum allegorico sensu
28 multa se scribit habere quæ diceret, sed eam in rem sufficere sibi videri τὰς Ἐλεαζάρου καὶ Ἀριστοβούλου διηγήσεις, ἀνδρῶν τὸ μὲν γένος Ἑβραίων ἀνέκαθεν, τὸν δὲ χρόνον κατὰ τοὺς Πτολεμαίου χρόνους διαπρεψάντων. Tum primum dat, velut Eleazari verba, ex Aristeæ descripta libello (p. xvi—xx)—His verba subjungit, quæ dederat Aristobulus p. 375 d. ἐν τῷ πρὸς Πτολεμαῖον τὸν βασιλέα συγγράμματι. In istis autem adhibitis ab Hodio duarum literarum mutationem pernecessariam et Eusebium scripsisse, κατὰ τοὺς Πτολεμαίων χρόνους, vidisset Hodius, si in ea parte, quam criticam vocant, æque fuisset exercitatus, quam in veterum lectione. Dicere debuit Eusebius de his duobus, *claruisse Ptolemæorum temporibus.* Quin Aristobulus ipse dicitur ab Eusebio Præp. Ev. VII. c. 13 f. κατὰ τὴν τῶν Πτολεμαίων ἀκμάσας ἡγεμονίαν· quia vixit sub utroque Ptolemæo Philometore et Physcone, dum una regnarunt, etiam cum Physcon post mortem fratris solus rerum potiretur. Qui tot annos in elaborandis Chronicis consumserat, unus omnium Christianorum historiæ peritissimus, singulorum ætatem alibi non tantum definiverat, sed in hoc ipso opere, Eleazari quidem VIII. p. 349 d. (κατὰ) τὸν δεύτερον Πτολεμαῖον, τὸν ἐπικληθέντα Φιλάδελφον· Aristobuli, lib. ix. p. 410 d. τὸν Φιλομήτορα· Sequutus enim Clementem, Aristobulum ista scribere narrat ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς τὸν Φιλομήτορα· Studens hic Eusebius brevitati, Philadelphum et Philometora Ptolemæorum nomine voluit designatos. Ex ultimo, quem citavi, loco etiam liquet, ne illud

quidem verum, quod scribit ibidem Hodius p. 51. "In libris vero "Præparationis Evang. ubi Aristobuli Commentarios sæpe ad- "ducit, ex iisque fragmenta profert, Philometorem nunquam "ponit, sed pluribus diversis locis simpliciter dicit Aristobulum "ad Ptolemæum scripsisse:" quatuor indicat in margine libri sui loca; omittit, qui minime fuerat omittendus, lib. vii. c. 6. quo, prima vice verba quædam excitans Aristobuli, Philometora nominat; quem titulum ad nomen regis postea toties repetere necesse non arbitrabatur Eusebius; an non satis erat dixisse, ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου βασιλεῖ Πτολεμαίῳ προσπεφωνημένων, ubi auctor ipse, istorum temporum more, libro suo simpliciter præfixerat Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ, ut hodie scribi solet simpliciter, *Au roi*, interdum ne regis quidem nomine posito, tanquam omnibus ex temporum ratione noto? Ptolemæorum autem Ægypti regum cognomina debentur aulicis adulatoribus pleraque, moribusque ipsorum non certe conveniunt: ab historicis tamen antiquis nollemus illa toties prætermissa; tenebras hinc ortas monuit Jac. Palmer. in Exercit. p. 149, ibid. agens p. 362. de Ptolemæo Lathyro, Philometore secundo. Ubi sæpius hic a me Philometoris est facta mentio, cujus ætate floruerit Aristobulus, hujus Lathyri, Ptolemæorum octavi, patruus est intelligendus, cui successit, postquam jam ante cum fratre Philometore regnasset, Lathyri 29
pater, Ptolemæus VII. a dicacibus Alexandrinis Physcon, ab aulicis dictus ὁ δεύτερος Εὐεργέτης· est ista Ptolemæorum recentiorum imprimis historia, præsertim ob omissa regum cognomina, magnis adhuc multisque difficultatibus impedita; optandumque esset, ut in publicum emitteretur Hodii *Syntagma Historico-Chronologicum de Ptolemæis Ægypti regibus*, si quidem illud, ad editionem paratum, alicubi latet. Sed Hodii commodum iterum memini. Constare sibi Eusebium in ævo Aristobuli constituendo videor mihi demonstrasse: sed in Aristobulo nec Clementem sibi constare scribit Alexandrinum Hodius; in uno namque loco Stromatum lib. i. tradere, dedicatum librum Philometori; in altero, lib. v., vixisse tempore Philadelphi: *in primo* horum locorum existimasse, *Ptolemæum Philometorem designari in libro* ii. *Maccabæorum; in posteriore, oblitum sui, Philadelphum intelligi arbitratum esse Clementem.* Hac etiam in parte sequitur Hodius Scaligeri sententiam, hos errores imputantis Clementi ad Euseb. N. MDCCCXLI. Ubi pro Clemente memoriæ lapsu nominat Eusebium B. Montfaucon Prælimin. in Hexapla Origenis p. 35, Eusebium lapsum statuit, vel errasse librarios.

XI. *Clementem Alexandrinum in Aristobulo sibi constare; sed in Clementinis nonnulla legi ab aliis adjecta; quæ indicantur.*

Atque hic nova mihi subnascitur disputatio, suis etiam implicita nodis, quorum si nonnulli solvi nequeunt lenta tractatione, ne noceant partibus vicinis, videbuntur resecandi. Quater in

universum nominat Aristobulum Clemens, Strom. i. p. 360, 12. eod. lib. i. p. 410, 25. lib. v. p. 705, 20. lib. vi. 755, 33. Ut hinc ordiar, postremo loco citatur tantum Aristobulus; sed huic proxima quoque deberi, quod constitit Eusebiana comparanti, supra jam memini me dicere. Primo loco, (p. 360.) Judæorum philosophiam Græcanica antiquiorem esse multis ostendisse dicuntur Philo Pythagoreus, et Ἀριστόβουλος ὁ Περιπατητικὸς, καὶ ἄλλοι πλείους· secundo loco (p. 410.) excitat nobis verba quædam ex Aristobuli Commentario, de duplici versione Græca librorum sacrorum loquentis; quibus ista præfigit Clemens, Ἀριστόβουλος δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τῷ (τῶν scribendum ex Euseb. Præp. IX. c. 6. ubi hæc et vicina habet Clementis,) πρὸς τὸν Φιλομήτορα· qui hæc scripsit, eumdem Clementem tertio loco (p. 705.) scripsisse crederemus, quæ prostant illic vulgata? Ἀριστοβούλῳ δὲ, τῷ κατὰ Πτολεμαῖον γεγονότι τὸν Φιλάδελφον, οὗ μέμνηται ὁ συνταξάμενος τὴν τῶν Μακκαβαϊκῶν ἐπιτομὴν, βιβλία γεγονέναι ἱκανὰ, δι' ὧν ἀποδείκνυσιν etc. Quid ostendere voluerit nihil huc facit; sed in istis γεγονέναι mea sententia mutandum in πεπόνηται, ut plures illi libri dicantur *elaborati*, nempe *Commentariorum in Legem Moysis*. Vitiosum illud γεγονέναι, quod utique connecti nequit cum præcedentibus, in errorem induxit Anton. van Dale super Hist. Aristeæ, p. 214, nec refutatione dignum. Quibus vero temporum rationes notæ sunt et Clementis eruditio, hos rogo, videanturne ista Clementis, an scioli, cui Philadelphus ex Aristeæ aliorumque narrationibus multo notior erat quam Philometor: mihi certe dudum ante visa sunt indigna Clemente, quam intellexissem quid de hoc loco sentiret Hodius. Etiam nunc arbitror Clementem hoc loco scripsisse duntaxat ista: Ἀριστοβούλῳ δὲ βιβλία πεπόνηται ἱκανὰ, δι' ὧν ἀποδείκνυσι, τὴν Περιπατητικὴν φιλοσοφίαν etc. lectorem historiæ imperitissimum hanc ad ista notam adposuisse: τῷ κατὰ Πτολεμαῖον γεγονότι τὸν Φιλάδελφον, οὗ μέμνηται ὁ συνταξάμενος τὴν τῶν Μακκαβαϊκῶν ἐπιτομήν· si sunt cetera Clementis, scripserat, τῷ κατὰ Πτολεμαῖον γεγονότι τὸν Φιλομήτορα· si quis non errorem dico absurdum in historia, sed ἐναντιολογίαν adeo manifestam Clementi malit imputare, quia leguntur in ejus libro vulgata, quam indocto scholiastæ, qui varia Clementinis interjecit, ab illo postulem, ut loca quædam similia mihi monstret Clementis, sibimet ipsi sic contradicentis, non tamen errorum exempla quorumdam etiam in historia; qualia probe novi diligenter ab hominibus in suo quoque genere perdoctis adnotata, Dav. Blondello, *dans son Discours des Sibylles* liv. i. ch. vi. et jam ante Frid. Sylburgio in ultima notarum, quas in Clementem scripsit p. 1005. Ego quidem horum simile nihil inveni. Bis jam ante testem citaverat Aristobulum; illum, ubi prima vice nominat, vocat Peripateticum; ubi postea quædam ejus adhibet verba, excitat illa primo librorum ejus, quos inscripserat regi Philometori; et hic, tertia vice, memorans eumdem in transcursu, certiorem fecisset suum lec-

torem temporis quo vixerit, et nescio cujus, qui ejus meminerit? quemque dedicasse libros suos ante scripserat sexto regum ex ista Ptolemæorum familia, nunc, adeo *sui oblitus*, vixisse diceret sub regum istorum secundo? Hic præterea scriberet, auctorem Epitomes Maccabaicorum meminisse hominis ævi Philadelphei, tanquam viventis eodem quoque tempore, quo scripta sit ista, si Musis placet Palæstinis, Epitome Maccabaicorum. Hæc rimarum plena perpluunt. Si cui ne hæc quidem persuadebunt absurdum scholion Clementinis intersertum a mala manu, proferam 31
alia, quibus adsensus forte poterit extorqueri. Nego consuetudinem esse Clementis ista talia scribendi ad nomina scriptorum, quorum libri versabantur doctorum manibus: semel illud *οὗ μέμνηται* memini me legere loco satis alieno positum lib. i. p. 350. De septem illic agens Græciæ veteris sapientibus, in septimo ubi sententiis variatum dixisset, alii Periandrum, inquit, alii Anacharsin, v. 25, *οἱ δὲ Ἐπιμενίδην τὸν Κρῆτα*—v. 39, *οἱ δὲ Ἀκουσίλαον τὸν Ἀργεῖον ἐγκατέλεξαν τοῖς ἑπτὰ σοφοῖς.* Media inter versum 25 et v. 39. si sunt Clementis, enormis erit ista parenthesis, in scriptore castigato vix ferenda, saltem aliena prorsus ab instituto: quam inchoant ista, satis etiam perturbate scripta: *ὃν (Κρῆτα) Ἑλληνικὸν οἶδε προφήτην, οὗ μέμνηται ὁ Ἀπόστολος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Τίτον ἐπιστολῇ, λέγων οὕτως·* quam bene cohærent ista, *ὃν οἶδε—οὗ μέμνηται·* sic, credo, scriberet Clemens! et suis ille lectoribus narraret ut rem novam, illius Cretensis *Paulum Apostolum* meminisse, *et quidem in Epistola ad Titum* scripta! Ne hoc quidem satis erat: rem inauditam, requirendi laborem in Epistola tam prolixa lectoribus suis ut compendifaceret, ipsa Pauli verba profert; hac præterea monet commoda scilicet! occasione Paulum non puduisse Græcanicis uti poëmatis; firmat hoc alio exemplo, neque enim illic solum, sed et ad Corinthios scribentem, usum *ἰαμβείῳ τραγικῷ·* huic vero *ἰαμβείῳ* notissimo, tragico non minus quam comico, (de quo nuper egit Toupius Emend. in Suid. I. p. 117.) continua subjungit, *οἱ δὲ Ἀκουσίλαον τὸν Ἀργεῖον.* Qui laciniam istam interjectam a Clemente nunc putabunt, hos sane vereor ne judices sim in aliis etiam habiturus iniquos. Literatoris cujusdam, non literatissimi philosophi videntur esse, haud indigna quæ cum juvenibus Musarum limen ingressis communicentur;

Sed nunc non erat his locus:

et solet unicuique suum dispensare Clemens; quem ad ista suo stylo scribenda habebat accommodum paulo post p. 372, 15. hemistichium tractans Arati Paulinum; illic *ἐξ ὧν*, ait, *δῆλον, ὅτι καὶ ποιητικοῖς χρώμενος παραδείγμασιν ἐκ τῶν Ἀράτου Φαινομένων. . . . .* (hic forsan alia posuerat, omissa, postquam priora jam essent in contextum recepta;) *δοκιμάζει τὰ παρ᾽ Ἕλλησι καλῶς εἰρημένα.* Sed si qui verebuntur, qui scripta veterum theologorum ne legerunt quidem, isthac licentia ne nimis multa dubia reddantur

atque incerta; sciant illi breviora quidem scholia, sive vocum interpretationes nonnullas, olim in Clementis me scriptis detexisse, quales multas exstare *in isto eruditissimo scriptore* nuper adeo scribebat Jer. Marklandus in Explicat. Vett. aliquot Script. p. 246. cujus mihi sæpe consensum gratulor; sed emblemata
32 adeo prolixa, quæ visa fuerint ab alia manu scripta, reperisse me perpauca; ad summum, præter ista, quæ dicebam, duo tantum. In hanc classem refero longam istam ῥῆσιν ex Danielis Vaticiniis p. 394. atque ab instituto alienissimam disputationem de diversis Linguis et Dialectis a p. 404 v. 12. Ἔφορος δὲ—se porrigentem ad p. 405. v. 24. οὐδὲν δέ. Ex Danielis citata ix. 24—27. ferme sunt eadem quæ prostant in nostris edd., sed habet et alia quædam a nostris in Daniele Græcis diversa. A nostra Danielis versione diversa sunt usi Barnabas, scriptor Homiliarum Clementinarum, Justinus Martyr, ipse nonnunquam Origenes. Sed a nostra quoque versione librorum Regum et Paralipomenon valde diversam plures adhibuerunt, etiam is ipse, qui illos interpretatus est Procopius. Sed de his omnibus cur ita sentiam si rationes essent exponendæ, ab instituto sermone nimis longe secederem; a quo tamen illud non videbitur abhorrere, si dixero, notam istam supra positam ex p. 705. propterea mihi quoque visam non Clementinam, quia Clemens nusquam alibi ne verbum quidem excitat ex libris nostris Maccabaicis. Sæpenumero profert etiam ex quibusvis, qui nobis dicuntur Apocryphi, testimonia, præsertim ex istis duobus eximiis Judaicæ pietatis monumentis, quæ dicuntur ipsi, Ἡ σοφία· Ἡ θεία σοφία· Ἡ γραφή· Ἡ σοφία Ἰησοῦ· more istius temporis et sequentium aliquot seculorum, de quo egerunt ad Romani Clementis Epist. I. Jo. Cotelerius et Henr. Burtonus, P. A. tom. i. p. 180. tom. ii. 479.

XII. *Scholia, Clementinis inserta, quibus fit Estheræ et Maccabaicorum mentio.*

Nusquam in Alexandrini Clementis scriptis locum inveni citatum ex ullo librorum Maccabaicorum qui dicuntur; ne illic quidem ubi de Martyrum agit in tormentis constantia, nec alibi. Duobus tamen in locis Μακκαβαϊκῶν fit mentio, et isto, quem tractamus, et altero, etiam valde suspecto, Strom. I. p. 392, 17. (ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ ταύτῃ γίνεται Ἐσθὴρ καὶ Μαρδοχαῖος· οὗ φέρεται βιβλίον, ὡς καὶ τὸ τῶν Μακκαβαϊκῶν·) hæc si qui velint ut genuina tueri Clementis, videant tamen quam parum reverenter auctor hujus observatiunculæ satis miræ loquatur de libro Estheræ, quæ a Romano jam Clemente dicebatur ἡ τελεία κατὰ πίστιν Ἐσθὴρ, in Epist. I. ad Corinth. cap. lv. Neque tamen ignoro quæ hic alia dici possent, præter ista ex Hypomnestico Josephi c. xxv. ubi post enumeratos duo et viginti libros Antiqui Fœderis hæc adduntur: Ἔξω δὲ τούτων Ἐσθὴρ καὶ τὰ Μακκαβαϊκά,

sola digna quæ cum his conferantur, Origene Huetii t. i. p. 41 e. 33
et Indicibus MSS. librorum V. T. in Montfauconi Bibl. Coislin. p. 194 et 204. præsertim cum indice librorum istorum, quem seculo II. dedit Melito Sardianus, quemque exhibet Eusebius Hist. Eccles. V. 26. Noster in eundem sensum, φέρεται, ait, *circumfertur libellus*, sed quo nomine, quæso, vel *cujus*, οὗ—βιβλίον· an, obsecro, *Mardochæi?* Postrema præsertim accidunt mira, ὡς καὶ τὸ τῶν Μακκαβαϊκῶν· quid ista significabunt? *ut et liber fertur Maccabaicorum?* Unumne itaque legit notæ conditor an plures? Plures, opinor; nam Aristobuli non fit in primo libro mentio: secundum illic designatum voluit. An hic forte tertium? inscriptum quidem Μακκαβαίων γ', sed qui nihil habet cum Maccabæorum rebus commune, solos spectans Judæos in Ægypto habitantes. Vix mihi persuaderem scripsisse hominem ὡς καὶ τὸ γ' τῶν Μακκαβαϊκῶν, et suspicatum illum, historiæ in Estheræ libello narratæ simillimam illam quæ narratur in libro 3 Maccabæorum, nisi quod nomina sint diversa; illic in Græcis Ἀρταξέρξης, hic Ptolemæus Philopator; illic sub Artaxerxis degentes imperio, hic in Ægypto Judæi; præter cetera potuissent epistolæ Philopatoris 3 Maccab. iii. et vii. comparatæ cum epistolis velut ab Artaxerxe scriptis in Estheræ libello Græco hanc indere suspicionem; sed illa suspicio tamen, ut verum fatear, vix videtur in mentem venire potuisse ecclesiastico istorum temporum literatori: non indigna fortasse, quam expendat clariss. Jo. Salomon Semlerus, cujus ex operibus nuper editis nota est de Estheræ etiam libello sententia. Sed quænam in altero loco, forsan ejusdem parentis, p. 705. ἡ τῶν Μακκαβαϊκῶν ἐπιτομή; et quis est Aristobulus, cujus meminisse dicatur istius Epitomes auctor? Facilis erit ad priorem quæstionem responsio, ad alteram non item. Qui vulgo dicitur secundus liber Maccabæorum, dicebatur olim, ut erat, *Epitome rerum a Juda Maccabæo gestarum.* Hujus enim unius de fratribus istis veri nominis heroibus, patriæ quippe libertatis legumque tutoribus, res illic enarrantur gestæ, quæque sub ejus evenere ducatu; multis tamen partim veris, quale septem juvenum cum matre martyrium videtur cap. vii. narratum, partim falsis admixtis; quorum in libro primo ne vestigium quidem apparet. Ne mortem quidem Judæ scriptor libelli memorat, in hujus subsistens de Nicanore victoria reportata, et festo propter illam Hierosolymis instituto anniversario, celebrando quotannis mensis duodecimi die xiii. πρὸ μιᾶς, ut inquit, ἡμέρας τῆς Μαρδοχαϊκῆς· postremum hoc ob Estheræ libellum inprimis est notabile. In quibus hic suæ Epitomæ finem imponit, illa narrantur, 1 Maccab. vii. 49, ubi capite demum ix. 18 fortiter pugnans cadit he-
roum ille maximus Judas. Ex Alexandrino Codice hæc in fine 34
libelli sunt vulgata tom. ii. p. 622. Ἰούδα τοῦ Μακκαβαίου Πράξεων Ἐπιστολή· ultimum vitiosum et corrigendum est in ἐπιτομή· nisi quis postrema libelli fuisse putet ista: ἐνταῦθα δὲ

ἔσται ἡ τελευτὴ Ἰούδα τοῦ Μακκαβαίου πράξεων ἐπιτομῆς· mihi tamen prius placet. Nomina librorum sive tituli in Alexandrino Codice sic in fine singulorum leguntur repetita: Γένεσις κόσμου. Ἔξοδος τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, atque ita in ceteris, Κριταί· Ῥούθ·—Μακκαβαίων Α. Γ. Δ! etc. In Exodi fine omissa in ed. Breitingeri dabit Oxoniensis Grabii. Id ipsum in aliis etiam codicibus aliquoties observavit Montfauconius. Quæ vulgo libris præfigi solent, ut præfationes, olim ad finem sæpe collocabantur, tanquam post reliqua scriptæ. Opus Jasonis Cyrenæi in quinque libros distributum in hanc Epitomen se contraxisse scriptor hujus libelli lectoribus persuasum voluit prima periodo præfationis paulo longius protracta, nostris in Edd. c. ii. 19—23. Τὰ μὲν κατὰ τὸν Ἰούδαν τὸν Μακκαβαῖον, καὶ etc.—23. ὑπὸ Ἰάσονος τοῦ Κυρηναίου δεδηλωμένα διὰ πέντε βιβλίων πειρασόμεθα δι' ἑνὸς συντάγματος ἐπιτεμεῖν· sic ista scribenda sunt ab editoribus deformata, qui centena vitia reliquerunt in his libellis. Qui scripsit librum vulgo dictum 2 Maccabæorum, idem me judice tertium certe scripsit, Judæus Alexandrinus, Græce perdoctus; nec sane dialecto Alexandrina, qua primus liber Maccabæorum (ad quem ceteri quod ad veracitatem æquiparari nequeunt) exaratus est: hic enim, ut vere dicitur in veteri σημειώσει ex MS. Paris. vulgata a Jo. Cotelerio ad Canon. Apost. LXXVI. p. 452. n. 4. κατὰ τὸ τῆς θείας γραφῆς ἀρχαϊκὸν ἰδίωμα τὸν χαρακτῆρα φέρει, scriptus, ni fallor, a quodam Palæstino, more Græce loquentium in Syria Judæorum, Ἑλληνιστικῶς· neque enim adsentirer Th. Sig. Bayero, omnes istos libellos in Ægypto scriptos esse judicanti, in Thes. Epist. Lacroz. I. p. 33. Hierosolymis certe datæ sunt duæ perbreves epistolæ ad Alexandrinos Judæos, Græcismo Judæorum plebeio, sive stylo libri primi Maccabæorum scriptæ, quæ, nostris in edd. ut leguntur, sic jam antiquitus satis absurde præfixæ legebantur cum aliis quibusdam brevi isti narrationi rerum a Juda Maccabæo gestarum, quæ sermonis genere scripta est, si Judæum spectes, pereleganti. Nec præfixæ tantum prostant, sed cum illa sic veluti commixtæ, ut unius opusculum omnia videantur efficere; quo nihil tamen magis est absurdum cogitatu.

35 XIII. *De Aristobulo, cujus fit mentio 2 Maccabaïcorum. Videri esse scriptorem Commentarii in Legem Moysis.*

Illic et olim lectas istas epistolas liquet tum ex scholio vetusto Clementis verbis interjecto, tum ex Eusebio Præp. Evang. VIII. p. 375 d. ubi, cum meminisset Aristobuli καὶ τῆς κατ' Ἀριστοτέλην φιλοσοφίας πρὸς τῇ πατρίῳ μετειληχότος—, οὗτος δ', ait, αὐτὸς ἐκεῖνος, οὗ καὶ ἡ δευτέρα τῶν Μακκαβαίων ἐν ἀρχῇ τῆς βίβλου μνημονεύει· locus est ab iis omnibus, (nec multi sunt numero,) qui Aristobuli meminere recentioribus adhibitus, 2 Macc. i. 10. *Judæi Palæstini S. D. et ceteris in Ægypto Judæis, et* Ἀριστοβούλῳ, δι-

δασκάλῳ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως, ὄντι δὲ ἀπὸ τοῦ τῶν χριστῶν
ἱερέων γένους. Quæritur nunc, sitne scriptor Commentariorum in
Moysen, qui tempore Philometoris claruit, idem Aristobulus,
qui hic memoratur, ut idem esse videbatur Eusebio. Negat eum-
dem esse Scaliger in Euseb. Chron. p. 142. negat Rich. Simonius
Hist. Crit. du V. T. iii. c. 23. p. 499. Aiunt H. Valesius in
Eusebii Hist. Eccles. VII. 32. p. 370. Grotius Comm. in Libr.
Maccab. Is. Vossius Observ. ad Melam Append. p. 66. Br. Wal-
tonus in Appar. Bibl. IX. 4. et Gul. Spencerus in Origen. c. Cels.
p. 55. hic quidem in eo quoque Grotium sequutus, ut non Philo-
metoris sed Physconis fuisse præceptorem arbitretur : hujus,
an illius censuerit Valesius, latet : Philometoris dici potuisse
præceptorem, quantumvis hic dudum ante diem suum obierit
cum ista scriberetur epistola, Vossius existimabat. Ejus adver-
sarii, Humfr. Hodii, nova prorsus est opinio, in lib. contra Histor.
Aristeæ c. ix. §. 4. hæc quoque scribentis: "Omnino probabile
"est, vel eundem revera fuisse, vel saltem illius nomini suppo-
"sitos fuisse prædictos commentarios." Negat tamen vel fingi
potuisse Philometoris præceptorem isthoc anno, quo scripta fer-
tur epistola, sed ait illius successorem; illum enim vere monet
mortuum anno 167 æræ Maccabaicæ, scriptam epistolam dici
ejusdem æræ anno 188. Sed tandem §. 5. Hodius locum esse
scribit "justæ suspicioni, Commentarios istos—ab aliquo recen-
"tiore editos fuisse nomine Aristobuli, illius præceptoris Ptole-
"mæi. Sane nullum unquam extitisse Aristobulum Judæum,
"præceptorem Ptolemæi regis, et epistolam supradictam, qua
"illius fit mentio, *fictitiam* esse, mihi facile persuadeo. Neque
"alia de causa videtur Commentariorum auctor eos edidisse
"sub persona talis Aristobuli, quam quod talis mentionem in
"epistola prædicta repererat." Nescio quid aliis evenerit ista
legentibus nisi Is. Vossio; mihi quidem ista certe Hodii non
placent, eo usque abrepti calore disputandi hanc unam ob cau- 36
sam, quia pauca quædam de multis Aristobuli verba ipsius ob-
esse sententiæ videbantur de fabula Aristeana, (nec obstant ta-
men, me judice,) sed præsertim de Demetrio Phalereo loquentis
Hermippi testimonio. Bella, mehercule, ratio movit, si movit
ista conditorem Commentarii Judaici in Legem sub nomine
Aristobuli, quod Aristobuli cujusdam regii præceptoris nomen
legerat in epistola quadam obscura, quam Hodius et ipsam *ficti-
tiam esse* sibi persuasit. Dicere saltem debuerat, fictam episto-
lam ut commentariis istis quoddam decus ex dignitate regii
præceptoris conciliaretur. Qualis vero finxisset epistolam aut
commentarios? Christianus, an Judæus? Sed quem in finem,
obsecro, seculo post Christum natum secundo Judæus, et in qua
tandem eruditus schola Græcanica, confinxisset commentarios
eleganter Græce scriptos, adeo eruditos, poëtarumque veterum
aliorumque scriptorum locis refertos, partim etiam versibus, a
se tam probabiliter conditis, ut homines illos his in rebus cer-

nendis exercitatissimi huc usque legerint velut versus Homeri, Hesiodi, Callimachi? Talia quædam 175 annis ante Christum natum Alexandriæ periclitari potuit homo Judæus in doctis suis ad patrias gentis suæ leges commentariis, ut dum res essent Judæorum in Ægypto sub benigno principe, nec illorum ob religionis diversitatem osore, lætiores, genti Græcis adeo contemptæ, vix historicis olim notæ, ab Herodoto suo nomine nusquam commemoratæ, dignitatem quandam adjungeret; atque illud obtinuisse titulus monstrat philosophi Peripatetici, quo illum sunt dignati, sicut Philonem ducentis annis post vocare cœperunt Pythagoreum. Sed quem tandem sibi finem statuisset Judæus eruditus seculo Christianorum secundo in istiusmodi opere confingendo sub Aristobuli persona, cujus nomen invenisset in isthac epistola? Neque enim credo dixerit ab eodem et illam confictam. Plures quidem isto seculo libelli conficti sunt ad promovendam religionem, non indigentem his ineptis defensoribus, et suo semper munimine tutam. Sed sunt fueruntque nugaces indoctique libelli, quorum nos hodie puderet, nisi humani ingenii nota esset in talibus etiam imbecillitas. Nihil vero, quod mihi quidem innotuit, confictum fuit isthoc ævo, quod ad commentarios possit istos Judæi Peripatetici comparari, quantum nobis quidem licet de ipso opere ejusque doctrina judicare vel ex reliquiis istis paucis, illinc nobis in Eusebii libro plerisque custoditis. Qui Hodio sæpenumero suffragatur, quique ne hic quidem ab illo dissensisse videtur Ant. van Dale Diss. super Hist. Aristeæ, p. 216, 217. multis castigat scriptorem libri secundi Maccabaïcorum tanquam *falsa*, *absurda*, *ridicula* narrantem, de Antiochi quoque morte sibimet ipsi contraria.

37 De veterum oraculis bene merito medico hic error etiam non unus condonabitur. Sed in his etiam accidit ut multo facilius, quid non sit, quam quid verum sit, definias. Idem ille tamen Aristobulus mihi quoque videtur in ista intelligendus epistola. Si scripta esset in Ægypto isthoc anno, quem præferunt editiones, esset in titulo *Magistro Ptolemæi Regis* difficultas haud exigua, quam ab Hodio monstratam tollere non potuit Is. Vossius. Sed, quum scripta fuit Hierosolymis epistola ad Judæos Alexandrinos et Aristobulum; qui, tanquam inter illos vir primarius, propter generis dignitatem et sapientiam, nominatur; quem fama non mendax per Judæam cum Ptolemæo Philometore, cui libros inscripserat, familiariter versatum, atque ad quæstiones a rege super Lege Moysis positas respondisse ferebat, hunc minime mirarer in Judæa Palæstina habitum *Regis Magistrum*; atque hoc titulo, more loquendi Judaïco, grandævum ab Hierosolymitanis salutari potuisse censerem in hac epistola, si numeri non sunt vitiosi, in Ægypto regnante Philometoris fratre, Physcone, scripta. Sed suspicor equidem in numeris illic etiam a librariis esse peccatum; hujusque suspicionis rationes expromam, postquam ostendero cum rege Philometore super suæ

Legis quæstionibus familiariter, ut dicebam, colloquutum Judæum philosophum, et ad regis interrogata respondentem. Hoc mihi demonstrare videntur ejus apud Eusebium verba, non illa quibus regem alloquitur lib. viii. p. 376 d. ὅταν γὰρ δυνάμεις ἐξαποστέλλῃς σὺ, βασιλεὺς ὤν· et lib. xiii. p. 664 b. ἐπὶ τοῦ—Φιλαδέλφου,—σοῦ δὲ προγόνου· nam regi libros inscripserat; sed ista apud eundem p. 376 a. ἱκανῶς εἰρημένων πρὸς τὰ προκείμενα ζητήματα, ἐπεφώνησας καὶ σὺ, βασιλεῦ· exhibetur tum non absurda Philometoris quæstio, cur in Lege Judæorum Deo membra tribuantur humana mirati; ad quam, ut erat horum captus, satis ille respondet probabiliter. Hinc præterea atque aliunde suspicor Aristobulum in Commentario suo ζητήματα præ ceteris tractasse, sive solvendos sibi sumsisse nodos vindice dignos, *in quibus* ex Moysis quoque lege *nectendis* ea fuit Judæorum magistrorum *industria*, qualem ex Homero veterum grammaticorum fuisse verbo monuit Hemsterhus. in Lucian. p. 242. Anatolius apud Euseb. Hist. Eccles. VII. c. 32, p. 369 f. οὗτοι, inquit, τὰ ζητούμενα κατὰ τὴν Ἔξοδον ἐπιλύοντες, φασὶ δεῖν etc. plures nominat, sed unius exhibet Aristobuli verba p. 370, ὁ δὲ Ἀριστόβουλος προστίθησιν ὡς εἴη etc.:—ubi continuantur ad v. 13, ex ejus in Exodum commentario probabiliter sumpta, quod an viderit Valesius incertum est. Τὰ ζητούμενα, *de quibus quæstio solebat institui*, nomina locorum vocat explicatione digna Eusebius in fine præfat. libelli περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ· (is lenem medici manum desiderat; quos enim habuit, fuere στρεβλοῦντες καὶ βιώμενοι·) Conf. Photii Biblioth. p. 246, 6. a Suida Διόδωρος μονάζων scripsisse dicitur 38
εἰς τὰ ζητούμενα τῶν Παραλειπομένων, Euagoras περὶ τῶν παρὰ Θουκυδίδῃ ζητουμένων· talia tractans Aristobulus e Libris sacris, dum ad quæstiones, a rege nonnullas, ab aliis plerasque propositas, respondebat, ad morem accommodabat se non suæ gentis tantum doctorum, sed Græcorum inprimis in Alexandrino Museo.

XIV. *De Epistolis duabus, præfixis libro* 2 *Maccabaïcorum, seu Epitomæ Historiæ Maccabaïcæ. Judam in Epistola etiam* ii. *intelligendum Maccabæum.*

Sed, quod paulo ante verbo jam videor indicasse, sunt mihi super epistola, qua fit Aristobuli mentio, conjecturæ quædam subnatæ, quas harum rerum scientibus expendendas dabo. Hoc primum unicuique manifestum esse opinor attendenti, duas illic legi (2 Macc. i.) Epistolas; non diversis tantum temporis non longe tamen a se invicem remotis articulis, sed et diverso stylo scriptas; harum primam nostris in edd. novem contineri segmentis; totidem pæne secundam. Deinde, secundam Epistolam claudendam primum c. i. 18. in istis, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἄγητε· quæ tum sequuntur hinc, ad c. ii. 19, ubi inchoat præfationem

Epitomes auctor elegantiæ Græcæ studiosus, *παρεμβεβλημένα*
suspicabatur Grotius: multa certe continent inaudita nobis, et
absurda quædam, qualia sunt fabulosæ narrationes de Nehemia,
et Jeremia, ingeniis tantum Judaicis istorum temporum dignæ,
hoc tamen mea sententia perutiles, quod ad narrationes librorum
in canonem receptorum, simile nihil exhibentium, comparatæ
monstrant horum dignitatem; in quibus cum veracitate certant
τῶν τε λέξεων τὸ ἄτυφον, καὶ τῶν εἰπόντων τὸ ἀνεπιτήδευτον· quæ
duo prima numerat Tatianus Orat. ad Græc. p. 102, inter illa,
quibus ad amplectendam Christianam religionem fuerit commo-
tus. Hoc præterea mihi dari velim; ejusdem utramque Episto-
lam esse argumenti, seu scriptas ambas in eumdem finem ab
Hierosolymitanis, sive Palæstinis Judæis, ad Alexandrinos atque
Ægyptios ceteros, ut hos cohortarentur, ejusdem secum generis
et religionis participes, ad eosdem dies festos secum mense
Chasleu celebrandos, apud se nuper Hierosolymis institutos
occasione templi mensis istius noni Kisleu vel Chasleu die 25
renovati seu lustrati sacrorumque restitutorum, quæ per Antio-
39 chum profanata tres annos neglecta jacuerant. In prima epi-
stola, post vota more Judaico nuncupata, suasque calamitates a
scelerato Jasone, suo gentili et vitio creato pontifice, vere repe-
titas, suas narrant piorum preces exauditas; *victimas oblatas*,
lucernas accensas, *panes* iterum *propositos*. Tandem *et vos*, inqui-
unt, *utinam velletis nobiscum hos dies festos celebrare mense Chasleu*
eadem hilaritate, qua suo mense (Tisri) celebratis *dies festos*
tabernaculorum: in hunc sensum ultima capienda censeo; cepit-
que ferme Grotius. In secunda narrant e præsentissimo gentem
periculo liberatam a Deo, Antiocho in Perside contrucidato, de
cujus morte diversa narrant et ab aliis et a scriptore lib. ii. Deo
grates agunt, qui belluam istam sub fastu regio latentem confo-
derit. Celebraturi mensis Chasleu die XXV (velut primo festo-
rum dierum) τὸν καθαρισμὸν τοῦ ἱεροῦ, id est τὸν ἐγκαινισμόν, sive
τὰ ἐγκαίνια, *nostri*, inquiunt, *officii censuimus*, *ut hoc vobis signifi-*
caremus, *vosque* adeo ipsi *etiam celebraretis*. Quæ tum sequuntur,
occasione vocis Σκηνοπηγίας in prima epistolarum obvia, i. 9.
mihi videntur adjecta sic ut scriptor illa velut partem haberi
voluerit Epistolæ secundæ. Hominis, forsan Alexandrini, sco-
pus fuisse videtur, popularibus suis persuadere, ut festos istos
dies cum Judæis agerent Palæstinis; non sibi quidem templum
vel sacra primum violata, tum renovata, sed si suæ gentis histo-
rias veteres memoria repetant, in illis sat rationum inventuros,
cur, illarum recordati, festum eodem tempore cum fratribus suis
in Judæa hilares agitarent. Ad hanc lucem spectata clarescent,
primo adspectu tenebricosa. Nam in fine mirabilis de Nehemia
et igne sacro narratiunculæ tandem invenies καθαρισμὸν i. 36.
comparandum cum Hierosolymitani templi hujus temporis καθα-
ρισμῷ· cur mentio fiat toties *ignis*, 18, 19 etc. liquebit compa-
ranti 2 Macc. x. 3. ubi de igne etiam sacro ἐν τοῖς ἐγκαινίοις

agitur renovato. Tum de Jeremia fabulosa quædam narrantur ii. 1—8, e quibus conficere non debuerat Jo. Ern. Grabius in Spicileg. Patrum Sæc. I. p. 136. quod ponit. Deinceps ii. 8—12. vera traduntur de Moyse et Salomone, hoc, faciente θυσίαν ἐγκαινισμοῦ καὶ τῆς τελειώσεως τοῦ ἱεροῦ, et octo dies festos celebrante. Notabilia sunt, adhibita a Grabio Prolegom. in T. I. Bibl. Gr. p. 4. I. A. Fabricio Cod. Pseudepigr. V. T. I. p. 1163. quæ II. 13. narrata dicuntur de Nehemia fundante bibliothecam (τὴν βασιλικὴν βιβλιοθήκην memorant Estheræ Græca II. 13. non illam, opinor, Hierosolymitana capaciorem) in templo, in quam libros sacros ἐπισυνήγαγε, quos belli tempore perditos v. 14. Judas recollegisse dicitur. Qui scribit ista, tanquam ex persona Palæstini, libros istos Hierosolymis esse narrat, quorum si indigerent Alexandrini, mitterent qui in Ægyptum deportarent. Hoc minime dubium, quin illic ii. 14. memoratus Ἰούδας Judas sit Maccabæus, quod agnovit etiam Grotius; sed is si sit Maccabæus, ille nobilissimus Judas, cujus solius imperatoris res cum Syro-Macedonibus gestæ libro, qui sequitur, enarrantur, quis, obsecro, Ἰούδας erit in initio epistolæ secundæ, i. 10. ubi οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις καὶ οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἡ γερουσία καὶ Ἰούδας, *Populus Judaicus et senatus Hierosolymitanus et Judas, Salutem dicunt Aristobulo—et Judæis in Ægypto.* Respondebit Grotius: "Hic Judas aliquis est Johannis Hyrcani cognatus, ejusque "vicem gerens, Johanne Hyrcano in Syros hostes bellante. "Vide Josephum XIII. 16, 17." Hic evenit, quod in talibus sæpenumero solet evenire. Vidi Josephum, et Hyrcanum illic, ut noveram, in commodis temporum articulis occupandis vigilem; sed nullum illic inveni Judam, aut cognatum Hyrcani vicem Hierosolymis gerentem, cui hæc Epistola veluti tum scripta contribui possit ulla specie. Fratrem quoque noveram Johanni Hyrcano fuisse Judam, sed cum ejus patre Simone vel paulo post interfectum, ante quam is rerum potiretur. Quid vero Grotium impulit, ut Judam Hyrcani cognatum nobis comminisceretur? Ratio haud sanequam absurda, temporis nimirum. Scripsisse etenim nostris in editionibus feruntur ista i. 10. Hierosolymitani et Judas ἔτους ἑκατοστοῦ ὀγδοηκοστοῦ καὶ ὀγδόου, anno CLXXXVIII. nempe βασιλείας Ἑλλήνων, ut dicitur in lib. 1. Macc. I. 10. cujus auctor ad istam æram suos rerum Judaicarum utilissimos annales digessit, memorans

Annum CXXXVII.	1 Macc. i. 10.
CXLIII.	.... i. 20.
CXLV.	.... i. 54. et 29.
CXLVI.	.... ii. 70.
CXLVII.	.... iii. 37.
CXLVIII.	.... iv. 28.

atque ita in sequentibus usque in

Annum CLXXVII.	...... xvi. 14.

sive mortem Simonis, generi sui scelerata fraude cum filiis duobus contrucidati; cui filius unicus superstes in pontificatu rerumque civilium administratione successit Joannes[b]; in quo pontifice creato claudit historiam suam scriptor ille fidelissimus,
41 qui de Maccabæorum etiam libris, *ad veritatem quod attinet* historiæ, contemptim loquente, ceterorum eximi numero debuerat a Burtono in Epist. I. Clem. Rom. P. A. tom. ii. p. 486 b. Quæ hac in parte tradit historiæ Judaicæ Josephus, pleraque fide nituntur scriptoris lib. I. Maccab. quem ille ducem sequutus est. Jam vero in Joannis Hyrcani principatus annum XI incidit is annus CLXXXVIII *Regni Græcorum* a Judæis istorum temporum dicti, sive *Æræ Seleucidarum*, atque adeo in annum regni Ptolemæi Physconis XXII. Epistola Hodio videbatur *fictitia:* mihi quam maxime genuinæ videntur ambæ, quia probabilis excogitari nulla potest ratio, propter quam censeri possent confictæ. Sed in utramque suspicor a manu recentiori temporis, quo scriptæ feruntur, notam fuisse illatam aut hanc in prima saltem, si quis ita malit, depravatam. Illam, quæ homines eruditos huc usque decepit, si auferas, quæ nunc sunt obscura clarescent omnia. Judas in epistola secunda i. 10. Judas erit Maccabæus, cujus fit in additamento ad eandem epistolam mentio, ii. 14. atque ejusdem argumenti, quod inspicienti liquebit, epistola prima ejusdem anni initio, vel fine præcedentis, videbitur scripta. In utraque festum super templo renovato lustratoque celebratum, atque iterum in Judæa celebrandum, anniversarium commendatur Judæis Alexandrinis. In prima calamitatum mentio fit, a Jasone velut flabello concitatarum, quibus sint a Deo tandem liberati. Narratur in secunda epistola cædes Antiochi Epiphanis, qua occasione fuerit, a quibus, et quo tandem modo peracta. Hanc in rem legenda sunt notata a Grotio in lib. I. Maccab. vi. 1, 2. Fac jam temporis notam esse genuinam, annum æræ Seleucidarum CLXXXVIII. Antiochus Epiphanes, quomodocunque, periit anno ejusdem æræ CXLIX., I Macc. vi. 16. *ἀπέθανεν Ἀντίοχος—ἔτους ἐνάτου καὶ τεσσαρακοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ.* Hoc aliunde firmatum in dubium cadere non potest. Jam vero, censebimusne mortem regis Syriæ, Ægypto vicinæ, Ægyptiis Judæis ut rem novam hac epistola narratam *novem et triginta annis* post quam evenisset? quum, minimum quintus ab Epiphane, Syriæ regnum, quod jam ante tenuerat, recuperasset Demetrius Nicanor? Ignorassent Alexandrini, annis XII. post mortem Antiochi Epiphanis, suum regem Philometora filiam elocasse Alexandro, qui, mentitus Epiphanis filium, Demetrium Sotera vita regnoque spoliaverat Syriæ; ab utroque, rege suo et Syriæ Alexandro, Ptolemaide nuptias celebrantibus, evocatum

[b] Joannis res gestas narratas scribit *ἐπὶ βιβλίου ἡμερῶν ἀρχιερωσύνης αὐτοῦ,* ut alia narrata dicuntur Nehem. xii. 22. *ἐπὶ βιβλίου λόγων τῶν ἡμερῶν·* quales sæpe laudantur annales in libris Regum etc.

illuc Hierosolymis Jonathanem et honore cumulatum, quæ nar-
rantur I Macc. x. 57—65. accidisse autem illic dicuntur anno
CLXII. quadriennio post, anno CLXVI. suum regem, Philometora,
regem quoque Syriæ proclamatum, in avitum regnum Demetrio
Nicanori restituto Cleopatram filiam in matrimonium dedisse?
Postquam hæc omnia accidissent Alexandrinis utique nota, ad- 42
huc Judæi Hierosolymitani per annos exspectassent duo et vi-
ginti; tum demum scripta epistola mortem illam Antiochi
Epiphanis Judæis significassent Alexandrinis. Prorsus hæc
abhorrent ab omni verisimilitudine. De Antiocho Sidete nemo
facile cogitaverit, cujus, amici Judæorum et Joannis Hyrcani,
pietatem collaudant Judæi, horum etiam ope indigentis. Contra,
vel abjectis vel emendatis temporum notis, suis jam scriptas
epistolas statuamus articulis temporum legitimis; omnia optime
cohærebunt. In prima fit mentio alterius epistolæ, quam ante
scripserint in mediis istis suis calamitatibus, quibuscum fuerant
conflictati, *ἀφ' οὗ ἀπέστη Ἰάσων καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ἁγίας
διαθήκης·* (sic legendum videtur 2 Macc. i. 7.) sequuntur ista
καὶ ἐνεπύρισαν τὸν πυλῶνα καὶ ἐξέχεαν αἷμα ἀθῷον. Cœpere
calamitates ab initio regni Antiochi Epiphanis, atque adeo anno
Æræ Seleucidarum CXXXVII. I Macc. i. 10. isthoc capite primo
narratæ; per annos undecim inprimis continuatæ, usque in an-
num CXLVIII. ante triennium omnium fuerant gravissimæ, anno
CXLV. Hoc enim anno, (I Macc. i. 37.) *ἐξέχεαν αἷμα ἀθῷον* &c.
quæ eadem verba nostræ sunt epistolæ; hujus anni fine
(I Macc. i. 54, 59.) templum fuit profanatum. Jason, homo
sceleratissimus, qui emerat a rege pontificatum, isthoc capite
non nominatur; sed cum suæ conjurationis sociis expingitur
I Macc. i. 11—15. ubi *ἀπέστησαν ἀπὸ διαθήκης ἁγίας*, quod huc
maxime spectat: de Jasone cum suis hæc intelligenda liquebit
comparanti, præter epistolæ verba, 2 Macc. iv. 7, &c., 4 Macc.
iv. 16, &c. Dirissimis malorum ope divina, consilio manuque
Judæ Maccabæi, liberati, triennio post, anno CXLVIII. eodem
anni die, quo triennio ante profanatum fuerat templum, ob illud
lustratum et sacra sibi restituta festos dies mense Chasleu cele-
brare cœperunt. Læta gentilibus suis precati, hac nunc epistola
significant suas preces tandem exauditas a Deo, atque inter-
missa se sacra renovasse; his in eam rem verbis usi:

προσηνέγκαμεν θυσίαν καὶ σεμίδαλιν,
καὶ ἐξήψαμεν τοὺς λύχνους,
καὶ προεθήκαμεν τοὺς ἄρτους.

Jam vide quæ fecerint isthoc anno CXLVIII. narrata I Macc. iv.
cum ver. 38. invenissent *τὸ θυσιαστήριον βεβηλωμένον καὶ τὰς πύλας
κατακεκαυμένας* &c. (ut in epistola nostra scelerati *ἐνεπύρισαν τὸν
πυλῶνα*) ver. 47. novum construxerunt altare: 49. vasa sacra re-
novarunt, et in templum intulerunt *τὴν λυχνίαν, καὶ τὸ θυσιαστή-
ριον τῶν ὁλοκαυτωμάτων καὶ θυμιαμάτων, καὶ τὴν τράπεζαν.*

43 50. Ἐθυμίασαν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἐξῆψαν τοὺς λύχνους,—

51. Καὶ ἐπέθηκαν ἐπὶ τὴν τράπεζαν λύχνους·

Summo mane sequentis diei

53. Ἀνήνεγκαν θυσίαν κατὰ τὸν νόμον ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τῶν ὁλοκαυτωμάτων.

Hic dies

52. fuisse dicitur 25tus τοῦ μηνὸς τοῦ ἐνάτου· mensis autem is Chasleu anni CXLVIII.

Eadem ista, paucis verbis, stylo magis Græco, narrantur 2 Macc. x. 3:

Τὸν νεὼν καθαρίσαντες, ἕτερον θυσιαστήριον ἐποίησαν· καὶ πυρώσαντες λίθους, καὶ πῦρ ἐκ τούτων λαβόντες, ἀνήνεγκαν θυσίας μετὰ τριετῆ (sic legendum cum Grotio) χρόνον· καὶ θυμίαμα, καὶ λύχνους, καὶ τῶν ἄρτων τὴν πρόθεσιν ἐποιήσαντο.

In libro quoque primo narratis iv. 52. 54. eadem sunt, sermonis tantum elegantia diversa, quæ dederat Judæ gestorum scriptor 2 Macc. x. 5. Ἐν ᾗ δὲ ἡμέρᾳ ὁ νεὼς ὑπὸ ἀλλοφύλων ἐβεβηλώθη, συνέβη κατὰ τὴν αὐτὴν τὸν καθαρισμὸν γενέσθαι τοῦ νεὼ, τῇ πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ ἐνάτου (non αὐτοῦ) μηνὸς, τοῦ Χασλεῦ. Sic ista sunt emendate scribenda. Mihi jam liquere videtur, scriptam epistolam primam paulo post, quam isthæc evenerant, vel eodem anno CXLVIII. vel potius initio sequentis CXLIX; notamque adeo temporis esse debuisse, ἔτους ἑκατοστοῦ τεσσαρακοστοῦ ἐνάτου· non, quæ vulgatur, ἔτους ἑκατοστοῦ ἑξακοστοῦ ἐνάτου. Nullus tum rex fuit Demetrius, vivente adhuc Antiocho, cujus nomen execrati cur posuissent in epistola de rebus scripta privatis? Et, ne verba nimis multa profundam, secundam epistolam scriptam arbitror eodem anno CXLIX paulo ante quam idem essent anniversarium celebraturi festum: tale namque futurum anno præcedenti constituerat cum fratribus Judas imperator: 1 Macc. iv. 59. ἔστησεν Ἰούδας—ἵνα ἄγωνται αἱ ἡμέραι ἐγκαινισμοῦ—ἐνιαυτὸν καὶ ἐνιαυτόν. Hoc anno Judaicis rebus feliciter evenit, ut in Persida profectus Antiochus, Dianæ templi cujusdam donariis aliisque rebus opulentissimi spoliandi gratia, non hac tantum spe frustraretur, sed acceptis in itinere nunciis de copiis suis in Judæa profligatis a Juda, animo tantam ægritudinem conciperet, ex qua, scelerum conscientia simul velut furiis agitatus, morbum contraxerit, qui ipsum abstulit ἔτους ἐνάτου καὶ τεσσαρακοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ, ut legitur 1 Macc. vi. 16. ubi mors et mortis causæ sic, ut dixi, simpliciter a veraci hoc Judæo sine ullis figmentis enarrantur. Qui rerum gestarum omnem ordinem perturbavit, scriptor lib. 2 Maccab. narratam capite ix mortem Antiochi (capite demum x templi memorat encænia) suo more quodam nobis enarravit pinxitque σκωληκόβρωτον. Huc non pertinent quæ multa dici possent. Eamdem Epiphanis Antiochi mortem aliter fuisse enarratam in hac quam tractamus epistola, scripta,

ni fallor, simul atque nuncius Hierosolyma fuerat delatus, nobis mirum accidere non poterit, cogitantibus quid eveniat qua quisque vivimus ætate, et quam diversæ soleant esse primis annis rerum etiam publice gestarum narrationes. Hanc pessimi hominis mortem quamprimum intellexissent, lætum Judæi Palæstini rebus suis nuncium cum gentilibus in Ægypto censuerunt communicandum; occasionem oblatam captantes, qua iterum illos adhortarentur ad festos dies eosdem illic agendos, quos ipsi intra unum alterumve mensem stato tempore essent celebraturi: scribunt enim, non, ut epistola paulo ante data, festo sibi jam transacto, sed μέλλοντες ἄγειν ἐν τῷ Χασλεῦ πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τὸν καθαρισμὸν τοῦ ἱεροῦ, II. 18. Eodem anno epistolæ scriptæ non erat necesse ut anni nota insereretur; si fuit adjecta, hic ad camdem esset rationem reficienda. Atque in hac etiam epistola, si vera sunt a me disputata, nunc omnia erunt ad liquidum deducta: inscriptio est epistolæ, *Hierosolymitanus et Judææ populus et senatus et Judas* (gentis imperator) *salutem dicunt Aristobulo, præceptori Ptolemæi regis, viro ex genere sacerdotali primario, et Judæis in Ægypto.* Judas enim erit omnium ille magnis suis meritis nobilissimus jam tum in isthac pæne republica, jugum quo premebatur excutiente, princeps: neque ulla amplius superesse poterit lis super Aristobulo, cujus unius pæne causa hanc, ad alia tamen non inutilem fortasse, sum ingressus disputationem. Annus enim, quo scripta fuit epistola, me judice, CXLIX æræ Maccabaïcæ Seleucidarum, Olympiadis CLIV primus, Antiocho fatalis, hujus ex sorore nato Ægypti regi Ptolemæo Philometori regni fuit annus septimus et decimus; regnavit autem per annos XXXIV, quique successit ipsi frater Physcon post Philometoris obitum solus per annos XXIX regnum adhuc administravit, ut minime nunc mirandum sit, hic velut Ptolemæi Philometoris magistrum laudari, quem supra demonstravi hoc rege, cui libros dedicaverit, familiariter usum, atque anno ipsius regni quarto velut philosophum Alexandriæ jam inclarescentem.

XV. *Quid Aristobulum ad scribendum moverit potissimum.* 45

Hujus Aristobuli scriptorum quæ supersunt reliquiæ nunc singulæ possent pertractari, vel in unum libellum collectæ transcribi, quarum sedes supra fuit a me diligenter adnotata. Descripta si quis continua relegeret aliquoties criticus Græce doctus, in horum temporum exercitatus historia et in Polybii præsertim scriptis atque huic peculiaribus vocibus formisque loquendi, huic fortasse veniret in mentem suspicio, quæ mihi olim nata necdum displicet. Sed, his missis, unicum præ ceteris insigne hic sumam operis Aristobuli fragmentum examinandum, illa complectens, propter quæ Richardo Simonio et Humfredo Hodio νοθείας erat suspectus Aristobuli Commentarius; quod-

que præterea versus exhibet spurios, quorum designandorum gratia hæc a me scripta videri poterit dissertatio. Initium fragmenti, quod Eusebii nobis dat (partem etiam Clemens) Evangelica Præp. XIII. c. xii. p. 663—668. illud equidem vereor ne me paulo diutius detineat, quam velim; sed hoc ubi pensiculatius exegero, reliqua satis erit velut in transcursu breviter tractasse. Duo narrat nobis illic Aristobulus a se invicem separanda. Hæc ut intelligantur, primum dicam, quæ præcipua fuisse videatur Aristobulo scribendi causa. Athenis oppressa libertate, hujus alumnæ trans mare Musæ se receperunt Alexandriam, ubi, bellica jam exsaturatus laude, pacis artes, ad quas a natura factus videbatur, excolebat Ptolemæorum primus.

> *οἷος μὲν ἔην τελέσαι μέγα ἔργον*
> *ὁ Λαγίδας Πτολεμαῖος·*

Theocrit. Id. XVII. 13. quæ retulit ad Philadelphum Ez. Spanhem. in Callim. h. Jov. v. 87. Musarum hic amatoribus, qui frequentes undique confluebant ad literatum regem, museum
46 condidit et bibliothecam[c]. Patris insistens vestigiis, poëtarum, philosophorum, grammaticorum studiosus, ipsius etiam humanitatis amantissimus, cujus est nobile documentum in Ciceron. de Offic. II. c. 23. erat Philadelphus, ut dicitur Theocr. XIV. 59, 61.

> *Μισθοδότας Πτολεμαῖος ἐλευθέρῳ οἷος ἄριστος,*
> *εὐγνώμων, φιλόμωσος·*

In usum eruditorum magnam ille librorum collegit multitudinem. Horum ætate libris certe Moysis, quomodocunque Græce conversis, inter millenos locum in regia adsignatum fuisse bibliotheca, negari nec potest, neque debuerat. Neque tamen illic collocatos arbitror a poëtis ceterisque elegantioris ingenii hominibus studiose lectos libros divinos Judæorum, quum hos passim Gentiles haberent despicatui, nec isthac saltem ætate majoris illos facerent, quam nobis nunc æstimantur. Docta disputat Hodius lib. ii. c. 3. p. 101. et seqq. Sed quod contendit, hos libros *neglectos penitus et ignotos Gentilibus eruditis delituisse*, vel unus confutabit meo judicio Callimachus, non ille quidem bibliothecæ custos, sed quem Alexandriæ degentem præ ceteris maximi faciebat Philadelphus,

[c] Bibliothecam a Ptolemæo Lagi F. jam fundatam monstravit Hodius lib. i. c. 8. p. 44. Magnis incrementis auctam a filio Philadelpho, liquet ex Athen. I. p. 3 a. Iisdem insistentes, qui successere reges, vestigiis, infinitam librorum multitudinem conquisiverunt: *ad millia ferme voluminum septingenta, bello priore Alexandrino, incensa* conflagrasse scribit Gellius N. A. VI. c. 17. Museum illic multo diutius viguisse liquet ex Luciano II. p. 251. Apollon. Tyan. Epist. 34. Philostr. V. Soph. p. 524, 532 etc. In Museum, qui illic alerentur honorifice, doctos homines jam colligere cœpit Ptolemæus Lagides: est in eam rem Plutarchi locus II. p. 1095 d. quem recte cepit Jac. Perizon. in Æliani V. H. III. c. 17. p. 238. quocum Hodius comparandus est.

ἐρωτικὸς, εἰς ἄκρον ἁδὺς,
εἰδὼς τὸν φιλέοντα.

Horum exemplo, honore præsertim, quo cumulabantur homines Musici, quis tandem mirabitur de millenis unum hic illic ingenium Judaicum, de meliore luto factum, excitatum fuisse ad cultum sermonis Græci, et studia literarum elegantiorum, quibus Alexandriæ Gentiles adeo clarebant? Res ipsa sibi documento est. In poëtis legendis aliisque scriptoribus antiquis exercitatissimi fuere, tum qui, duo libros de sacris, Jobum et Salomonis fuit interpretatus Proverbia, tum qui condidit unus libros, qui feruntur nomine Maccabæorum, secundum saltem et tertium. His quidem recentioris, in eodem Alexandrino ludo formati, Philonis Judæi nota est eruditio Græcanica. Sub Philometore jam claro Aristobulo displicuisse contemptus videtur, quo professores Alexandrini, philosophi ceterique, suam gentem Judaïcam aspernabantur; librum itaque scripsit amico sibi regi dedicatum, quo monstrare conatus est nihil illos habere, cur suis adeo gloriarentur philosophis, Pythagora, Socrate, Platone, vel poëtis, Orpheo, Lino, Homero, Hesiodo, ceterisque; nam, si quid haberent eximium præ ceteris, id ipsos derivasse de fonte sacro, libris sui legislatoris Moysis; qui illis ipsis jam tum videri 47
debuit, qualis postea Longino videbatur, οὐχ ὁ τυχὼν ἀνὴρ, IX. 18: ad hujus librorum antiquitatem Græcos nihil habere in historia sua quod posset æquiparari. Hoc quidem vere statuebat Aristobulus, habuitque hac in parte Christianos eruditos omnes sequaces, qui, cum Gentilibus pro sua religione disputantes, hoc etiam apto sanequam telo de Moysis et Judaïcæ gentis antiquitate victores, flagitia deorum a poëtis cantata memorabant, ea tum viventes tempora, quibus his opponere poterant vitam Christianorum integram omnisque sceleris vel minimi puram.

XVI. *Quid Aristobulus de antiqua Græca versione librorum Moysis, qua Plato potuerit uti, dixisse videatur.*

Sed prius illud ut redderet probabile Aristobulus, monstrandum saltem erat, Græcam antiquitus extitisse conversionem librorum Moysis, qua Plato aliique potuerint uti. Nam centum circiter annis ante quam ista scriberet Judæus, noverant omnes Alexandriæ, cujuscunque tandem impulsu, factam Græcam de libris Hebraicis conversionem. Si legerant eosdem libros antiqui scriptores, aliam necesse est habuerint. De antiquiori versione Græca videamus quid suo unius testimonio regi voluerit persuasum. Hæc itaque nobis exhibentur apud Eusebium Aristobuli p. 663, 664 a.:

Φανερὸν ὅτι κατηκολούθηκεν ὁ Πλάτων τῇ καθ' ἡμᾶς νομοθεσίᾳ, καὶ φανερός ἐστι περιειργασμένος ἕκαστα τῶν ἐν αὐτῇ λεγομένων. Διηρμήνευται γὰρ πρὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως, δι' ἑτέ-

ρων, πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Περσῶν ἐπικρατήσεως, τά τε κατὰ τὴν ἐξαγωγὴν τὴν ἐξ Αἰγύπτου τῶν Ἑβραίων, ἡμετέρων δὲ πολιτῶν, καὶ ἡ τῶν γεγονότων ἁπάντων αὐτοῖς ἐπιφάνεια, καὶ κράτησις τῆς χώρας, καὶ τῆς ὅλης νομοθεσίας ἐπεξήγησις· ὥστε εὔδηλον εἶναι τὸν προειρημένον φιλόσοφον εἰληφέναι πολλά· γέγονε γὰρ πολυμαθής, καθὼς καὶ Πυθαγόρας πολλὰ τῶν παρ' ἡμῖν μετενέγκας εἰς τὴν ἑαυτοῦ δογματοποιίαν κατεχώρισεν.

Apud Eusebium quia plura sequuntur continua, illinc verba Aristobuli protuli, quæ apud Clementem Alex. Strom. I. pp. 410, 411, pleraque etiam leguntur. Ἀριστόβουλος, ait Clemens, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς τὸν Φιλομήτορα κατὰ λέξιν γράφει·

Κατηκολούθηκε δὲ καὶ ὁ Πλάτων τῇ καθ' ἡμᾶς ν. etc.

48 hæc ex Clemente quoque dederat Eusebius Præp. IX. c. 6. pp. 410, 411. Sunt autem prima meliora supra scriptis, ubi præmisso φανερὸν, paulo post φανερὸς ab Aristobulo non fuisset repetitum: ex Clemente vocem etiam λεγομένων, v. 3, interjeci, firmatam altero Eusebii loco. Ceteræ nos non tenebunt varietates lectionis præter unicam; neque nunc etiam, quæ de Moyse scribit et Pythagora; sed quid dicat Græce conversum, et quando. Διηρμήνευται, inquit,—τά τε κατὰ τὴν ἐξαγωγὴν τὴν ἐξ Αἰγύπτου τῶν Ἑβραίων, ἡμετέρων δὲ πολιτῶν· quos ἀδελφοὺς alii dicerent Judæi, gentiles ille suos eleganter πολίτας vocat. Qui de Moyse scribit suos πολίτας Ægypto educente, Judaicarum tragœdiarum poëta, Ezechiel drama suum inscripsisse dicitur Ἐξαγωγή, a Clemente Alex. Strom. I. p. 414, 3. et Eusebio. Clare satis τὰ κατὰ τὴν ἐξαγωγὴν etc. librum Moysis Ἔξοδον designant; cetera libros sequentes Pentateuchi; certe τῆς ὅλης Νομοθεσίας (ἡ) ἐπεξήγησις eorum quartus est Δευτερονόμιον. Sed librum Geneseos non videtur omisisse; Κοσμοποιΐα γὰρ ἡ τῶν Νόμων ἐστὶν ἀρχή, ut ait Philo de Vita Moys. II. p. 659. c. et Mosaïcam Κοσμογονίαν Aristobulus vel inprimis notam fuisse censuit Platoni. Videntur intercidisse quædam Aristobuli, forsan horum similia: ἥ τε Γένεσις τοῦ κόσμου, τά τε κατὰ, etc. Aliter de his statuit Franciscus Lee in Prolegom. tom. iii. Bibl. Gr. Grabii, p. 11. excerpta quædam ex lege Græce conversa intelligens; cui sententiæ pleraque Aristobuli obnituntur. Sed quando jam ista Moysis νομοθεσία fuit primum in Græcum sermonem conversa? hæc vulgantur, l. c.

Διηρμήνευται γὰρ πρὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως δι' ἑτέρων, πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Περσῶν ἐπικρατήσεως.

Ista sic scripta mihi quidem, si vera licet fateri, videntur absurda, neque ab eo posita, qui scripsit reliqua. Scripseritne forsan πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τῶν Περσῶν ἐπικρατήσεως? nam, si facta fuit ista versio ante imperium Alexandri non tantum sed et, quos ille subjugavit, Persarum, cur quæso facta diceretur πρὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως? anne quis crederet, Demetrium Phalereum ante

Alexandrum vixisse? Sed quid, amabo, significabunt ista πρὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως? an, quod Hodio placuit lib. i. c. ix. §. 1. *ait partem scripturarum—Græce redditam fuisse ante interpretationem Demetrii monitu elaboratam, et ante imperium Alexandri M. atque etiam Persarum?* Itaque adeo πρὸ Δημητρίου significabit, si Musis placet, ante *interpretationem Demetrii monitu elaboratam?* Si ἑρμηνεία versio esset ipsius Demetrii, πρὸ τῆς Δημητρίου speciem quamdam haberet. Vigerus interpres Eusebii reddidit: *ante Demetrium adeoque ante Alexandri ac Persarum imperium.* Illud *adeoque* de suo Vigerus inculcavit; sensit enim hæc nexu carere 49
πρὸ Δημητρίου—πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου.—Hæc sola ratio mihi suffecisset ad emblema detegendum. Athenis si quis scriberet πρὸ Δημητρίου, (ut πρὸ Εὐκλείδου scribebant,) tempus certum significaretur, quod præcessit Olympiadis CXVII. annum 4, quo fuit archon; quanquam hujus ἀρχῇ ἐπέγραψαν ἀνομίας, teste Diog. Laërt. V. 77. Sed in Ægypto scriptis, πρὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως, quid tandem significabitur? Ubi habet eadem pleraque Clemens Alex. omittit ista τοῦ Φαληρέως, et Eusebius p. 410. fine, hic ὑφ' ἑτέρων· ille, ὑφ' ἑτέρου· utrumque æque ridiculum; nec de nihilo tamen in istis variatum fuit. An metus erat, ne censerentur iidem, qui Hebræa convertissent ante Persarum imperium, cum iis, qui hoc fecissent sub Ptolemæo Philadelpho? Mihi manifestum videtur putidum esse recentioris emblema; qui in his ipsis, aliunde sibi notissimum ex Aristea, Demetrium quem invenit Phalereum hic etiam memorandum judicaverit, aut in margine memoraverit, quod nomen, cum hic primum in contextum irrepserat, hinc facile fluxit in Clementinum, omissis tamen istis τοῦ Φαληρέως. Scripserat, opinor, Aristobulus:

> Διηρμήνευται γὰρ πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Περσῶν ἐπικρατήσεως, etc.

XVII. *De nostra versione Alexandrina loquentis Aristobuli verba expenduntur.*

Hæc et vicina poterunt in alium finem aliquando retractari. Nunc dicendum potius videtur de iis, quæ supra posita sequuntur proxima: sunt autem hæc:

> Ἡ δ' ὅλη ἑρμηνεία τῶν διὰ τοῦ Νόμου πάντων ἐπὶ τοῦ προσαγορευθέντος Φιλαδέλφου βασιλέως, σοῦ δὲ προγόνου, προσενεγκαμένου μείζονα φιλοτιμίαν, Δημητρίου τοῦ Φαληρέως πραγματευσαμένου τὰ περὶ τούτων.

Hæc inprimis verba sunt, propter quæ Hodio suspecta videbantur quæcunque sub Aristobuli nomine prostant. Si recte rem exputasset, ut equidem arbitror, in his ipsis Aristobuli de re tanti momenti perpaucis sane verbis potuisset suæ sententiæ non exiguum invenire præsidium, quatenus illa fabulam spectat ab Aristea conditam. Et sunt mihi rationes, cur suspicer de

Aristobulo virum factum paulo aliter judicasse, quam fecerat juvenis. Fabulam ex istius magni nugatoris libello non tradidit tantum Josephus, sed primus, ipsius Aristeæ verbis servatis, totam
50 enarravit, Ἀρχαιολ. XII. c. 2. omissis ferme tantum LXXII Interpretum nominibus, regis quæstionibus, illorum responsis, quæque fertur cum regis legatis, suisque quos esset missurus, colloquutus Eleazarus Hierosolymis. Habueritne narratis suis ipsemet Josephus fidem, valde dubitem. Quid Alexandrinus Philo, clarus ante natum Josephum? Non temere dixerim, legeritne libellum Aristeæ, an sua hauserit aliunde. Si legit, fabulas illic inventas sua certe noluit auctoritate propagatas. Historiam rei gestæ simpliciter enarrat, sat multis ille quidem verbis et eleganter suo more loquendi, lib. ii. de Vita Mos. pp. 657—660. quorum summam si contrahas in pauca, huc redibit philosophi Judæi narratio, maximam partem, si sola spectetur, haud absurda: nonnullos, Gentiles puta, leges Judæorum cognoscere desiderantes, earumdem cognoscendarum injecisse cupidinem Philadelpho, regum optimo et Ptolemæorum magnificentissimo, qui mox legatis missis Judææ pontificem rogaverit ἀριστίνδην ἑλέσθαι τοὺς τὸν Νόμον διερμηνεύσοντας: lætum pontificem misisse Hebræorum probatissimos, qui utriusque essent linguæ periti. Hos, cum venissent, exceptos benigne commode respondisse ad regis interrogata: mox opus aggressuros locum ab urbano strepitu sibi semotum in insula Pharo selegisse commodissimum: hic in loco secreto rem peregisse demandatam. His nihil inesse puto verisimilitudinis specie destitutum: displicebunt pæne ultima Philonis, de horum interpretum in verbis nominibusque iisdem adhibitis admiranda conspiratione: sed hæc posuisse videtur Philo, prout suo tempore narrabantur a gentilibus suis Alexandrinis; scribit enim eam esse linguæ præsertim Græcæ copiam, ut eadem sententia multiplici modo verbisque possit enunciari diversis: ὅπερ, inquit, p. 659 d. ἐπὶ ταύτης τῆς νομοθεσίας οὐ φασὶ συμβῆναι: quod in his legibus Græce vertendis factum *negant*. Monstrat mihi quidem illud οὐ φασὶ Philonis hac de re jure dubitantis laudabilem modestiam. Suæ gentis in re sacra persuasioni si forte fuit obsequutus, de ceteris certe fabulosis Aristeæ nihil attigit; nec bibliothecæ regiæ custodis Demetrii epistolam; neque regis ad Eleazarum petentis exemplar legis Hebraicum; nec hujus ad regem literas; neque LXXII Interpretes, ex singulis tribubus senos; neque regem σχεδὸν ἑπτάκις (p. xx. 15.) *adorantem* pelles sacras, quibus aureis esset literis inscripta lex, neque cetera mendacia Aristeæ ab Hodio confutata. Nihil horum apud Philonem invenitur. Philone longe antiquior, Aristea tamen fabulatore, ut arbitrantur, recentior, Aristobulus ne Philoneæ quidem narrationi quidquam habet simile, nisi unicum illud, *factam librorum sacrorum interpretationem tempore Philadelphi, hanc rem vehementer desiderantis*. Id unum addit, nec negat Philo, *rem curasse Demetrium*

Phalereum. Hoc in controversiam venit: prius illud nemo negavit. 51
Ne jussu quidem Philadelphi factam versionem scribit Aristobulus, sed ἐπὶ τοῦ—Φιλαδέλφου, προσενεγκαμένου μείζονα φιλοτιμίαν, id est μειζόνως φιλοτιμησαμένου: *sub—Philadelpho hanc rem sic desiderante, ut in ea gloriam quæreret, atque in illam*, si quis ita velit, *largitiones faceret.* Regis μεγαλοφροσύνης et φιλοτιμίας loco quoque citato meminit Philo et Josephus in Proœmio 'Αρχαιολ. de Ptolemæo Philadelpho, ἐξαιρέτως, ait, ἐφιλοτιμήθη τὸν ἡμέτερον Νόμον—εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν μεταβαλεῖν. Aliter ista Hodius interpretatur p. 168. Φιλοτιμεῖσθαι si quis dubitat possitne in istum accipi sensum, adhibeat G. Budæum, Comm. L. G. p. 853. et Is. Casaubonum in lib. i. Polybii, p. 108, quibus duumviris nemo fuit Græce doctior. Præterea Demetrii Phalerei meminit, πραγματευσαμένου τὰ περὶ τούτων: tanquam *qui hoc sibi negotii datum existimaverit*, sive *rem illam faciendam curaverit.* Aristobuli verbis a me propositis primus usus in eam rem Jos. Scaliger, Animadv. in Euseb. Chron. N. MDCCXXXIV., ponit tanquam certum, Ptolemæum Philadelphum—*Hebræorum sacra monumenta in Græcum sermonem converti præcepisse.*—Excitatis Aristobuli verbis, Scaliger, *Non est*, inquit, *antiquior auctor isto, qui hujus rei mentionem fecerit post Aristeam*, etc.—*omnes uno ore et Demetrium Phalereum curatorem bibliothecæ Philadelphi fuisse, et ex suggestu ejus sacros Hebræorum libros conversos dicunt.* Omnium numero saltem debuerat vir maximus Aristobulum eximere, qui neutrum dicit, nec fuisse custodem bibliothecæ Philadelphi, neque quod secundum ponit; quamvis hoc innuere quodam modo voluisse videatur Aristobulus, et ipse Philo. Quid tum præterea Scaliger? ejus sibi rei scribit non parvam admirationem incessisse, "*quum* "*Demetrius Phalereus statim initio regni Philadelphi perierit, et* "*maximo in odio ei semper sub Ptolemæo Lagi fuerit.*" Odii causam tum enarrat Scaliger ex Hermippi testimonio apud Diogen. Laërt. V. 78., atque illinc tantam scribit ejus offensionem incurrisse Demetrium, *ut statim post obitum Ptolemæi Soteris quadam regione relegatus sit*, etc. Modeste vir magnus in admiratione substitit; neque auctoritatem Aristobuli verbo censuit elevandam. Quidquid in eam rem dicit, id omne niti debet Hermippi testimonio; quod, in gratiam veteris fabulæ, diversa sentientes diversis sunt modis labefactare conati, frustra, ut equidem arbitror, omnes. Patrum, qui dicuntur, admiratoribus non sane miror illud vehementer displicuisse, sed in Scaligerum, velut *novatorem*, indignor equidem, atque in alios nostræ formulæ viros excellentes, publice jacta sæpe verba, quæ probabiliter a monachis potuerant in circulis narrari, in quibus facile pueris et mulierculis persuasissent, ab *omni abhorrere ratione, ut auctor unus isque Gentilis—tot ac tantis veteribus—Christianis anteponatur.* Ne olim quidem prodeuntes in lucem eruditorum sic loqui debebant monachi, qui hoc tandem seculo publici cœperunt esse, ut oportebat, reverentes: Serrarii et Gretseri temere dicta con-

futat Hodius lib. i. c. 3; sequentibus capp. 4, 5, 6. pro Aristea contra Hermippum diverso cuique modo pugnantibus se Hodius objicit, Jac. Usserio, G. I. Vossio, Is. Vossio ceterisque. Waltonus et Stillingfleetus Hermippi testimonium rejecerant propter Aristobuli verba, Demetrii Phalerei cura sub Philadelpho rem peractam scribentis: Aristobulum contendebant *auctorem indubitatum esse*, cui Hermippi non posset opponi testimonium. Nodum hunc, quem solvi posse desperabant, secandum censuere R. Simonius l. c. et Hodius l. i. c. 9. Uterque suspicatus est ævo recentiori confictos sub Aristobuli nomine Commentarios. Non eo, quantum sentio, fuissent prolapsi, si veram vidissent nodi solvendi rationem. Paucis dicam, quid mihi visum sit rem omnem pensiculatius exigenti.

XVIII. *Ab Hermippo de Demetrio Phalereo dicta examinantur.*

Toties jam tractatum retractemus et nos primum paucis Hermippi testimonium. Ille testis integer, meo judicio, his etiam temporibus proximus, quæ quidem omnibus essent Alexandrinis nota de morte Demetrii, mortis causa, tempore, vera tradidit procul dubio; quæ vero scribit de causa propter quam ab aula fuerit atque ab urbe Alexandria relegatus in agrum, forsan etiam vera, paucis procul dubio nota, sic scripto consignavit, prout illa secum fuerant communicata: hac vero in re, in aulæ secreto olim inter amicos agitata, potuit Hermippus in errorem abduci. Sed neque illa omnia tradidit, quæ Scaliger eum facit dicentem aut ex ejus verbis conficit: statuit Scaliger hujus unius verbis nixus, *Demetrium Phalereum statim initio regni* Philadelphi periisse, et *maximo in odio ei semper sub Ptolemæo Lagi* fuisse. Præterea quum Demetrii consilium, (quo hortatus dicitur regem, ut filios Eurydicæ regni successores designaret, non autem filium Berenices,) ad Philadelphum emanasset, tantam ejus offensionem incurrisse, *ut statim post obitum Ptolemæi Soteris quadam regione* relegatus sit,—ubi aspidis morsu perierit. De Græcis Hermippi ex Laërt. V. 78. pauca hic reponam, quibus dubia quædam Scaligeri solis niti debent: Φησὶ δ' αὐτὸν Ἕρμιππος—μετὰ τὴν ἐκείνου
53 (Ptolemæi Soteris sive Lagidæ) τελευτὴν ἀξιωθῆναι πρὸς τούτου (τοῦ ἐκ Βερενίκης) παραφυλάττεσθαι ἐν τῇ χώρᾳ μέχρι τι δόξει περὶ αὐτοῦ. Jam vero, si licet, tria sunt, de quibus dubitem, num illa recte ceperit Scaliger. Primum nullo teste constare videtur, *Demetrium maximo in odio* Ptolemæo, filio, *sub Ptolemæo Lagi*, patre, *semper* fuisse. Quacunque tandem de causa suasor amico fuisse perhibetur, ex Eurydice potius quam Berenice natum regni hæredem designaret. Lagidæ rem non videtur persuasisse Demetrius: hunc enim sibi pater biennio antequam moreretur collegam adscivit in administrando regno. Tum pæne decennium in Ægypto jam exegerat Demetrius Phalereus, atque adeo tantum temporis, quantum Athenis sapienter gubernandis præfuerat. Novit

Scaliger per omne tempus illud Ptolemæo patri Demetrium fuisse
carissimum et sæpe consiliarium utilissimum; sed unde noverat
virum eruditissimum atque elegantissimi ingenii juveni literarum
studiosissimo Ptolemæo semper *in maximo per omne tempus illud
odio fuisse?* Displicere huic debuit consilium patri datum; sed
hoc multo magis probabile fideli tutum fuisse silentio, dum ali-
cunde per aulicum calumniatorem (sive verum esset seu fictum)
emanaverit ad Ptolemæum, quod non ante factum suspicor quam
mortuus esset amicus Demetrii. Si dederat id consilium Deme-
trius, atque illud mox emanaverat ad Ptolemæum, hic propterea
Demetrium odio semper prosequutus fuerat, cur non, amico rege
moriente, fuga sibi consuluit, sicut ante fecerat post amici sui
Cassandri mortem, metuens Antigonum? Φησὶ δ' αὐτὸν Ἕρμιππος
μετὰ τὸν Κασάνδρου θάνατον, φοβηθέντα Ἀντίγονον, παρὰ Πτολε-
μαῖον ἐλθεῖν τὸν Σωτῆρα.—Sed ex quibus deinde verbis Hermippi
Scaligero constitit, *Demetrium statim initio* regni Philadelphi
periisse. Nam quod nobis narrat Jac. Perizonius in Æliani
V. H. III. c. 17. p. 238. invisum ab initio regni Philadelpho, ideo-
que *relegatum ab eo, ac ad mortem aspidis morsu adactum*, adver-
satur Hermippo et Ciceroni, quorum de morte Demetrii verba
Scaliger jam comparavit l. c. Simpliciter Hermippus μετὰ τὴν
ἐκείνου, ait, τελευτήν; quantillum fuisset, si illud alterum esset
indicandum, voculam εὐθέως vel aliam adjecisse? Salva Hermippi
fide, potuit annus unus et alter intercedere, ante quam in odium
incurreret Philadelphi. Fac hujus initio regni eadem Demetrium
apud novum regem auctoritate valuisse, qua fuerat apud primum
Ptolemæum. Quid mirum, si delator aulicus, vel meretricula
quæpiam, [d] quibus hæc aula non caruit, in aures novi regis istam 54
calumniam insusurraverit, velut rem a defuncto rege secum com-
municatam. Quidquid hujus fuerit, ut Hermippi, (cujus errores
in historia duos Bentleius notavit Diss. de Epist. Socrat. p. 68,)
hac in re fides mihi neutiquam est suspecta, sic propter ista verba,
quæ commodam admittunt interpretationem, falsi non arguerim
Aristobulum, nec Philonem, nec in hac re ipsum Aristeam, cujus,
ut de nihilo fabula nasci non potuit, narrationis fundum, Ptole-
mæum regem et Demetrium, satis firmum judico. Patrum eccle-
siasticorum hic, fateor, non magni momenti est testimonium,
neque ipsius, quem sequuntur, Josephi. Nihil enim aliud est nisi
judicium hominum literatorum de alterius, quem sequuntur, testi-

[d] Vi sua nativa a Theocrito Philadelphus Eid. XIV. dicebatur ἐρωτικός. Præter uxores, octo minimum puellæ, quas amore suo fuerit dignatus, nobis innotuerunt, partim ex Athen. XIII. p. 576. e. f. partim aliunde: vid. Clar. nostri H. Venema Comment. ad Dan. xi. p. 44. Unius nomen, cujus ex Ptolemæo Agesarchi F. meminerat Athen. X. p. 425. f. latet ibidem. Pro κλίνης τῆς οἰνοχόου scribendum Κλεινοῦς δὲ τῆς οἰνοχόου liquet ex p. 576. f. ubi alius item error est hic non indicandus. Ista forma Græcorum nominum vel e Latinis nota est, ex Livio XLII. c. 15. Praxo, ex Valer. Max. VI. c. i. ex. 1. Hippo. etc.

monio. *Tota* itaque quæ dicitur *antiquitas* hic redit ad tres testes, Aristeam, Aristobulum, Philonem, aut, si quis hic etiam, velut falsi convictum in aliis, Aristeam repudiaverit, ad duo, quorum hac in re fides nondum labefactari potuit. Hi duo testantur, libros suæ gentis sacros Græce fuisse conversos tempore Philadelphi; regem quorumdam impulsu commotum significat ad hoc opus promovendum Philo: Demetrium nominat Aristobulus Phalereum, cujus cura res felicem habuerit exitum. Hæc duo de multis maximam habent verisimilitudinem, et videor monstrasse, sic accipi posse Hermippi verba, ut cum istis minime pugnent. Nihil admodum facit ad hanc quæstionem, quo relegatus in custodiam fuerit a rege Demetrius. Quando tamen Scaliger scribit relegatum *quadam regione*, et periculosi sunt errores istius classis virorum, nihil vetat et illud attigisse. Sic Scaliger interpretabatur ista Hermippi, ἐν τῇ χώρᾳ, nisi censuerit corrigendum ἐν τινὶ χ. quam certe voculam ceteris interjecit, virgulis inclusam. *Asservatum in provincia*, scribit interpres Laërtii. Hodius, p. 9, *in ditione sua custodiri jussisse*. Græcorum interpreti ad minuta millena attendendum est. Nihil aliud significatur, nisi Demetrium *ex urbe regia* Alexandria relegatum *in Ægyptum*, illic custodiendum usque dum de eo rex aliter statuisset. Locum exilii definire non potuit Hermippus, nec Alexandriæ sibi indicatum. Alexandriæ loquentibus ἡ χώρα Ægyptus erat, ab Alexandria sæpe separata; (sic a Judæis Palæstinis distinguuntur οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις et οἱ ἐν τῇ χώρᾳ Ἰουδαῖοι:) non tantum velut capitis τὸ σῶμα, sed et urbis spatiosissimæ velut προ-
55 σθήκη, quod dicit in Orat. XXXII. ad Alexandrinos Dion. Chrysost. p. 372 a. Ἀλεξάνδρειαν τὴν πρὸς Αἰγύπτῳ scribit aliquoties Philo Judæus p. 884 b. 1028 b. In lib. 3. qui dicitur Maccab. (cujus narrationis scena figitur Alexandriæ) c. iii. ver. 1. dicitur Philopator οὐ μόνον τοῖς κατ' Ἀλεξάνδρειαν διοργίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν τῇ χώρᾳ. Ib. ver. 12, τοῖς κατ' Αἴγυπτον καὶ κατὰ τόπον· scribendum κατὰ τὸν τόπον, id est, ἐντοπίοις, *qui sunt Alexandriæ*, ex iv. 18. κατὰ τὴν χώραν — καὶ κατὰ τὸν τόπον· ibid. ii. vulgata, τοῖς ἐκ τούτων, corrigenda sunt in τοῖς ἐκ τοῦ τόπου εἰς τὴν χώραν στελλομένοις. Rerum patriarum peritus scriptor illic etiam memorat τὴν λεγομένην Σχεδίαν. In Xenoph. Ephes. V. pp. 66, 67. Hippothous cum comitatu, abituri ἐπ' Αἴγυπτόν τε καὶ Ἀλεξάνδρειαν,—ἔπλεον ἐπὶ Σχεδίαν, ad quæ notat Ti. H. in Miscell. Obs. VI. p. 340. —Fictus Zaleucus in Stobæi Floril. p. 279. initio procemii Legum memorat τοὺς κατοικοῦντας τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν.

XIX. *De Demetrio Phalereo nonnulla, cujus personam minime dedecet Judæorum antiquas leges cognoscendi voluntas.*

Nunc porro cum Hodio paucæ tantum mihi rationes supersunt computandæ. Præcedentem quisque sequuti, Christiani quidem scriptores antiqui post Aristeam et Josephum Demetrium Pha-

lereum bibliothecæ præfecerunt Ptolemæi Philadelphi, partim citati ab Hodio lib. ii. c. 3. Jo. Wouwerano, neganti fuisse bibliothecarium, adsensum præbuerat jam lib. i. c. 3. argumentis tamen eam in rem usus partim talibus, ut illa paucis recte confutasse videatur Is. Vossius in Append. Observ. ad Melam, pp. 65, 66. nec multum habuerit vir eruditiss. quod ad Vossiana responderet, fateri, p. 43. n. 3, coactus "hoc argumentum, ab "indignitate muneris bibliothecariorum ductum, non idem pon-"dus habere cum aliis nonnullis." Paulo postquam suum de Biblior. text. orig. opus Oxonii vulgasset Humfr. Hodius, Parisiis prodiit ex MS. Florentino descripta in B. Montfauconi Collect. Nov. Patr. Cosmæ Christiana Topographia, multis illa perexigui momenti rebus, ut erat istius ætatis seculo VI. captus, referta, quædam hic illic exhibens, quæ detrimento sit ignorasse, quæque vix alibi reperias. Illud mirabar, cum adeo notus esset in historia de LXX interpretibus Demetrius, hujus nomini substitutum illud Tryphonis a Cosma lib. xii. p. 344 b. *Πτολεμαῖος ὁ ἐπίκλην Φιλάδελφος, περιεργασάμενος καὶ μαθὼν παρὰ Τρύφωνος τοῦ Φαλη-ρέως περὶ τῶν Ἰουδαϊκῶν βιβλίων* etc. Sed eadem pagina, tangenti 56
historiam nobis narratam lib. 3 Maccab., *Φύσκων* ipsi dicitur *Πτολεμαῖος*, qui fuit Physconis avus, *Φιλοπάτωρ* dicendus; in quo tamen errore præeuntem habuit Josephum. Hoc omisso, alterum errorem Cosmæ Montfauconius attigit Præfat. in Cosmæ Topogr. c. v. §. 1. ubi vir optimus, quem inter Aristeam et Josephum medium nominat, Philonis nomen rectius omisisset. Eumdem errorem, quem putat *μνημονικὸν*, attigit in Prælimin. ad Origenis Hexapla, p. 34. — Equidem non arbitror Demetrium tempore Ptolemæi Lagi bibliothecæ fuisse regiæ custodem proprie sic dictum, quia tum Zenodotus grammaticus id munus administravit, neque a scriptoribus antiquis, plures isti bibliothecæ præfectos commemorantibus, hoc exulanti patria Demetrio munus usquam contribuitur. Neque tamen ipsius degentis in Ægypto persona munus hoc indignum arbitror: minime gentium. Hoc ut persuaderet lectoribus Hodius, pingit nobis Demetrium tanquam *principem et legislatorem omnium sui temporis illustrissimum*. Inter eos, qui humili genere sati claritatem adepti sunt, numeratur ab Æliano V. H. xii. c. xliii. p. 796, Phavorinum sequuto, a quo dicitur e familia fuisse Cononis *vernula*, Diogen. Laërt. V. 76. Sed ingenii elegantia doctrinæque copia suæ ætatis eruditorum princeps, sic rempublicam gessit, ut a Cassandro unus omnium Atheniensium dignus reputaretur, quem Athenis rectorem imponeret. Vera tamen sunt quæ Hodius de Demetrio dicit pleraque. Cur ista non protulit ex Ciceron. de LL. iii. c. 6. *Mediocriter doctos magnos in rep. viros, et doctissimos homines, non nimis in rep. versatos, multos commemorare possumus; qui vero utraque re excelleret, ut et doctrinæ studiis et regenda civitate princeps esset, quis facile præter hunc* (Demetrium Phalereum) *inveniri potest?* Qui multa Ciceronis etiam dedit de Demetrio loquentis, cur

omisit ista de Fin. lib. v. c. 19. *Princeps hujus civitatis Phalereus Demetrius, cum patria pulsus esset injuria, ad Ptolemæum se regem Alexandriam contulit: qui, cum in hac ipsa philosophia excelleret, Theophrastique esset auditor, multa præclara in illo calamitoso otio scripsit.* Hoc in loco Cicero quoque materiæ, quam tractabat, serviisse videtur. Cur enim philosopho literatissimo *calamitosum* illud poterat *otium* videri, quo patria quidem exulans, sed ingrata, vitaque liber negotiosa, suis ille totus vacare poterat deliciis, affluens per munificentiam regis amicissimi rebus omnibus ad vitam jucunde transigendam necessariis. Nec sane videri poterat philosopho calamitosum exilium, ῥίζας ἔχοντι πανταχοῦ ζῆν τε καὶ τρέφεσθαι, καὶ παντὶ τόπῳ προσφύεσθαι δυναμένας· οἵας εἶχε Θεμιστοκλῆς, οἵας Δημήτριος ὁ Φαληρεύς. οὗτος μὲν γὰρ, ἐν
57 Ἀλεξανδρείᾳ, μετὰ τὴν φυγὴν, πρῶτος ὢν τῶν Πτολεμαίου φίλων, οὐ μόνον αὐτὸς ἐν ἀφθόνοις διῆγεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις δωρεὰς ἔπεμπε· quæ scribit Plutarch. de Exilio tom. i. p. 601 f. cujus ipsius de Demetrio Phalereo dictum vid. in ejus Aristide tom. i. p. 319 b.c. In ingratos etiam cives, qui nullius sub imperio et ne liberi quidem unquam fuerant fortunatiores, quam cum eorum licentia hujus unius egregii philosophi coërceretur auctoritate, in illos etiam munificus, quo tulerit animo semper et ubique mobilis plebis inconstantiam, ejus dictum declarat apud Diogen. Laërt. V. 82. In ultimo vitæ actu nollem in illum dici potuisset, quod in Axiochum dixerat Socrates Æschinis III. 3. ἀπολέλοιπας ἐν τοῖς ἄθλοις. Sed mente debilitata δρῶμεν ἀνθρώπινα. Nihil horum, attigit tamen Hodius (p. 45 f.) Plutarchi locum ex Apophthegm. profecto notabilem, sed in quo nollem erroris Aristeæ quæsivisset originem. Ista sunt Plutarchi tom. ii. p. 189 d. Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ παρῄνει τὰ περὶ Βασιλείας καὶ Ἡγεμονίας βιβλία κτᾶσθαι καὶ ἀναγινώσκειν· ἃ γὰρ οἱ φίλοι τοῖς βασιλεῦσιν οὐ θαρροῦσι παραινεῖν, ταῦτα ἐν τοῖς βιβλίοις γέγραπται· ultimum in γεγράφθαι mutari debet. Consiliarium sæpe fuisse Ptolemæo Lagi liquet et ex Hermippo Diogenis. Æliano teste V. H. III. c. 17. ἐν Αἰγύπτῳ συνὼν τῷ Πτολεμαίῳ νομοθεσίας ἦρξε, quæ satis commode Perizonius explanat. Hunccine virum, qui libros scripsit περὶ Νόμων, περὶ Πολιτικῆς, Theophrasti discipulum, Peripateticorum istius ævi eruditissimum, Alexandriæ habitantem, ubi tot Judæorum erant millia, hunccine dedecebat desiderium cognoscendarum legum istius populi veterum, de quibus ante vix fando quid inaudiverat? Non equidem opinor. Quid jam probabilius, quam undique libros in suam conquirenti bibliothecam regi Lagidæ Demetrium fuisse suasorem, ut leges etiam Judæorum sibi Græce curaret converti. Hoc certe non judicabitur ab ejus abhorrere persona. Cura Demetrii rem peractam tantum scribit Aristobulus, quam rex vehementer sibi perfici desiderasset. Atque ut his tandem finem imponam, quod ipsam attinet librorum sacrorum conversionem, de illa, rationum momentis perpensis, maxime

mihi probanda videtur eorum sententia, qui rem cura Demetrii Phalerei statuunt inceptam ultimo biennio Ptolemæi Lagidæ, quo Philadelphus cum patre regnavit; perfectam demum post illius obitum, cum solus regnum Philadelphus administraret. In eam ferme sententiam litem diremisse videntur D. Petavius in Epiphan. G. I. Vossius de Hist. Gr. I. c. xii. quique patri suffragatur Isaacus de Translat. LXX Interp, c. 2. H. Vales. in Euseb. H. Eccles. V. c. 8. p. 221. et Jac. Perizon. in Æliani V. H. III. p. 238. Hanc opinionem maxime reddidit probabilem Hodius lib. ii. c. 2. Sequenti tamen capite monstrare nititur, 58
nec regis jussu factam versionem, neque cura Demetrii, sed a Judæis in id sua sponte permotis. Qui tamdiu sacra sibi patria fecerant absque vernaculæ sacrorum librorum versionis adjumento, qui hodie illa colunt ubique gentium, mirarer equidem si, isthoc in primis articulo temporis quo libri quivis undique terrarum in regiam conquirebantur bibliothecam, nullius rogatu vel jussu sed suo motu rem fuerint a moribus suis abhorrentem aggressi. Mihi monitu Demetrii primus videtur Ptolemæus concitatus ut Judæorum quoque leges cum tot aliis bibliothecæ suæ pararet; benignissimi regis et munificentissimi jussui videntur, suorum etiam Græce tantum intelligentium popularium habita forsan quadam ratione, perlibenter obsecundasse Judæi; rem ut perficeretur omni modo sive sub utroque, certe sub primo Ptolemæo, curavisse Demetrius. Sed hoc nihil ad Aristobulum facit; de quo libro primo scripta nonnulla forte calidius et juveniliter, asperrimum in Is. Vossio nactus adversarium, non illa postea retractare voluit; hic illic valde tamen mitigavit in operis egregii libro ii. Nam c. 2. p. 21. Pseudo-Aristeam in Ptolemæo Philadelpho sequuti dicuntur Aristobulus, Philo, Josephus; ubi tanquam utroque antiquior, ut erat, suo loco collocatur. Hæc imprimis considerari velim ab eodem Hodio c. 3. lib. ii. p. 98. scripta; " suspicari aliis in promptu fuerit, Demetrium, quamvis " sub Ptolemæo Lagi non esset bibliothecæ custos, potuisse ta- " men illi auctorem esse, ut in Græcorum sermonem monumenta " sacra Hebræorum converti, et in bibliotheca reponi præci- " peret. Hoc si dicamus, abunde satisfacimus Aristobulo Ju- " dæo, etc."—quibus ista tandem subjungit: " Si viris doctis " arrideat hæc conjectura, cum illis non multum contendam. " Sed—non tantum apud me valet Aristobuli istius auctoritas, " ut factum id fuisse concedam."

XX. *Sub Ptolemæo Philadelpho, præter Libros Moysis, cæteros etiam sacros Græce conversos videri. Quid vero Romanis persuasum voluerit Josephus?*

Eo nunc deveni, ut paucis videatur inquirendum, quos tandem libros suæ gentis sacros dixerit Aristobulus sub Ptolemæo Philadelpho Græce conversos. Ubi video mihi dissentiendum ab

hominibus eruditissimis, Usserio, Salmasio, ceterisque ab Hodio laudatis lib. ii. c. 7., mallem equidem de sententia dicere Aristo-
59 buli, quam de re ipsa; sed hæc adeo secum invicem cohærent, ut separari vix possint. Quæstio enim, utrum sub Ptolemæo Philadelpho sola *Lex* proprie sic dicta, seu quinque tantum libri Moysis, an libri quoque reliqui prophetarum et historicorum fuerint Græce conversi, si testimoniis est decidenda, tanquam historica, mihi pæne tota pendere videtur ab Aristobulo, velut omnium, qui ad nos pervenere, proximo temporibus, quibus res suam gentem spectans evenerit. Christiani scriptores neque hic, me judice, in censum veniunt; nam, ut tanquam novi testes possent considerari, deberent antiquiorum niti testimonio. Non alios autem hac in re habuerunt, nisi quorum et nobis ea de re dicta supersunt Judæorum, Aristeæ, Aristobuli, Philonis, Josephi. Fac Philonem de sola Lege Moysis esse intelligendum. Sed ubinam librorum ea de re verba fecit Philo? In libris de Vita Moysis, ostensurus τὸ τῆς νομοθεσίας ἱεροπρεπὲς, non Judæis solis, sed et Gentilibus admirabile fuisse visum. An hic locus erat a Lege Moysis sollicite distinguendi ceterorum libros sacros, qui sunt utique Mosaicæ Legis aut totidem explicatores, aut enarratores beneficiorum sive pœnarum, quibus sub lege Moysis viventes secundum istam legem fuere mactati? Nec negari potest libros prophetarum, historicorum, ceterorumque sacros sub Legis sæpe nomine fuisse comprehensos. Sed hoc factum negat Hodius p. 160. ante evangelium prædicatum: quia scilicet antiquiorum loca non fuerant eam in rem prolata, neque usitatum fuisse censuit. Sed et hic ex duobus tantum excitari potuissent. Josephus et Philo an Legem, Prophetas, et Hagiographa tam sollicita cura distinxerunt, ut rabbini recentiores, quorum in rebus vetustis tam exigua est auctoritas? Paulum equidem credideram veteri more suæ gentis in hunc sensum generalem vocem *Legis* adhibuisse, Νόμον, Epist. ad Rom. iii. 19. et alibi, Joannem etiam plus semel in Evangelio, quorum eam in rem loca collegit Jo. Drusius in Scholio ad cap. 11. lib. ii. *Responsionis ad Minerval Serrarii* Jesuitæ, qua, nec mirum, vexatus remordet. In istum locum Epist. ad Rom. Joannes Chrysost. initio Homil. vii. τίνος, inquit, ἕνεκεν οὖκ εἶπεν, οἴδαμεν ὅτι, ὅσα ὁ Προφήτης λέγει, ἀλλ', ὅσα ὁ Νόμος λαλεῖ; ὅτι τὴν παλαιὰν πᾶσαν Νόμον καλεῖν εἴωθεν ὁ Παῦλος. — ἐνταῦθα τοὺς Ψαλμοὺς Νόμον ἐκάλεσεν. Addit Theophylact. καὶ τὰ τοῦ Ἡσαίου, sed cujus etiam paulo ante meminerat Joannes Chrysostomus. Ista ratione per Legem totum librorum sacrorum pandecten intelligere potuit Aristeas. Maluit tamen, ut opinor, Josephus, in sua narratione solos intellectos libros Moysis: atque ita verba Josephi ex prooemio Ἀρχαιολογίας libenter cepit Hodius p. 165. prout illa, si hominem bene novi, accipi voluit auctor ipsemet. In isto namque pro-
60 œmio Josephus summo studio desiderasse Ptolemæorum scribit secundum in Græcum sermonem conversam Judæorum Legem,

τὸν ἡμέτερον Νόμον, καὶ τὴν κατ' αὐτὸν διάταξιν[e] τῆς πολιτείας· neque hoc tantum boni pontificem Eleazarum invidisse regi; se vero libenter imitaturum pontificis τὸ μεγαλόψυχον· neque enim regem istum suo studio accipere potuisse πᾶσαν—τὴν ἀναγραφὴν, ἀλλ' αὐτὰ μόνα τὰ τοῦ Νόμου παρέδοσαν οἱ πεμφθέντες ἐπὶ τὴν ἐξήγησιν εἰς τὴν 'Αλεξάνδρειαν· esse autem (præterquam in Lege) μυρία τὰ δηλούμενα διὰ τῶν ἱερῶν γραμμάτων· *quippe quæ*, sacræ literæ, *complectantur historiam quinquies mille annorum.* Atque illud omne his libris sacris narratum discere posse, qui hanc suam perlegerit historiam. Acute fateor excogitatam et speciosam Is. Vossii conjecturam in *Respons. ad Objecta Criticæ Sacræ* p. 130. Verba mihi tamen Josephi sic cum Hodio videntur aliisque capienda, ut lectoribus persuasum voluerit, solam Legem Moysis duntaxat Græce tum conversam et cum Ægypti rege communicatam: et in his ipsis tamen ab Hodio valde dissentio. Suum Josephus laborem proxime sequentibus verbis commendatum voluit, atque illud potentissimis, quos habebat Romæ, patronis insinuatum, Ægypti rege hac in parte fortunatum magis Romanum imperatorem, qui totam gentis historiam ex reliquis etiam Judæorum libris sacris fideliter enarratam nunc demum acciperet ope historici Josephi. An non Romanis, in quorum gratiam multa scripsit quorumque imperatoribus toties adulatur catus iste Judæus, hac præfatione persuadere voluit, se primum esse, qui sacra Judæorum monumenta præter Legem reliqua Græce scientibus enarraret universa. Mihi sic videtur. Utilissimi nobis in hac penuria, præsertim in historia sui temporis, Josephi quem nimia tanquam ubique veracissimi testis tenet veneratio, legat, non judicia, quæ mirari satis nequeo, virorum doctorum ab Havercampio, ne pagina vacaret, proxime præfixa ejus Archæologiæ, sed illa quibus commodum laudabiliter locum dedit in sua Præfat. p. 10. observata XII. Alberti Alberthoma, meditate scripta, et a paucis exspectanda, ut erant permulta librorum marginibus manu hujus eximii theologi inscripta: præterea legat, ne dicam Petri Baylii, judicium de Josepho summi viri Jacobi Usserii, ad Judæum illum, historiæ veteris enarratorem, æquiparantis quodammodo Jesuitam Xavierium in Hist. Christi, utrumque in I. A. Fabricii Bibl. Gr. vol. iii. p. 235: tum secum exputet quam hac in re veteri fidem Josephus mereatur. Ptolemæo Philometore regnante Græce 61
conversos jam lectos prophetas et Estheræ librum fateri debuit Hodius lib. ii. c. 9. atque ad hujus fratris, Physconis,[f] regnum p. 192. retulit Jesum Sirachiden, cui in libelli prologo memoran-

[e] *Reipublicæ Judaicæ descriptionem* intelligit secundum istas leges, sive formam regiminis, qualem Ægyptiorum, Indorum, Æthiopum nobis enarravit Diodor. Siculus lib. i. c. 72, 73, etc. lib. ii. c. 40, 41. lib. iii. c. 3, etc.

[f] Si, quod puto, vera est super illius ætate Hodii sententia, ex istis e Prologo Sirachidæ, 'Εν γὰρ τῷ ὀγδόῳ καὶ τριακοστῷ ἔτει ἐπὶ τοῦ Εὐεργέτου ejicienda est vox ἐπὶ, hic, ut sæpe, ex ea quæ præcedit, male repetita.

tur ὁ Νόμος, καὶ αἱ Προφητεῖαι, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν βιβλίων, tanquam libri, qui tum certe Græce legerentur. Hæc Josephus ignorasset scilicet! qui libros omnes legerat Græce dudum conversos; sed videri voluit Hebraice non minus quam Græce doctus. Credo equidem ista Josephi, quæ posui paulo superius, accidisse Hodio perincommoda. Primum scribit p. 195. "Josephus videtur cre-"didisse, nullos libros historicos, præter Pentateuchum, vel sal-"tem non omnes, tunc cum ipse Antiquitates suas Judaicas con-"scripsit, Græca lingua extitisse." Positis tum Josephi verbis præter cetera hæc quoque subjicit: "*Quid aliud intelligit, quam* "*nondum lingua Græcorum extitisse omnes historiarum libros?*" Dici debuerat, mea sententia; *Quid aliud intellectum voluit, quam nullum extitisse librum sacrum ætate sua Græce conversum*, præter libros quinque Moysis. Plura non dicam hac de re, nisi id unum, non nobis ista scripsisse Josephum, sed Romanis Græcisque, quos talia noverat ad veritatis lancem non exploraturos.

XXI. *De omnibus libris sacris Græce tum conversis intelligendum esse Aristobulum.*

Quid nunc tandem nobis narrat Aristobulus? Mihi ne dubitandum quidem videtur, quin is indicatum voluerit, præter libros Moysis reliquos etiam sacros omnes tempore Philadelphi Græce fuisse conversos. Primum narrat antiquam fuisse versionem quorumdam librorum sacrorum, Moysis nempe, qua Plato, Pythagoras, ceterique Græci fuerint usi. His narratis Ἡ δ' ὅλη, inquit,

ἑρμηνεία τῶν διὰ τοῦ Νόμου πάντων

sub Ptolemæo Philadelpho Demetrii cura, quid? διαπεπόνηται vel simile quid ex διηρμήνευται, quod præcesserat, facile lectori relin-
62 quitur subaudiendum: *Tota vero interpretatio omnium* librorum *in Lege* (sive Legum divinarum Pandecte) elaborata fuit *regnante Philadelpho*. Sic ista capienda mihi quidem monstrare videtur oppositio manifesta inter hanc versionem et illam quam dicit antiquam. Commoda fuerit illa vetus nec ne non definit Aristobulus, neque hanc sub Ptolemæo conditam illa scribit meliorem aut magis elaboratam fuisse: ne verbum quidem ea de re: sed partes aliquot sacri voluminis primas, libros adeoque Moysis, olim versas: totam vero versionem integri voluminis sacri factam demum sub Ptolemæo Philadelpho. τὰ διὰ τοῦ Νόμου πάντα, sive *narrata* suppleas, sive βιβλία, res eodem recidit: τὰ διὰ τοῦ Νόμου significant τὰ ἐν τῷ Νόμῳ· qui paulo rarior apud veteres præpositionis usus ab Aristobulo fuit adamatus, in paucis reliquiis[g] bis terve recurrens. Ipsa monstrat oppositio τὸν Νόμον,

[g] Aristobul. Eus. p. 666 d. τὸν διὰ τῶν ποιημάτων Δία, καὶ Ζῆνα. p. 377 e. έγεται δὲ κατάβασις ἐπὶ τὸ ὄρος θεία γεγονέναι διὰ τῆς γραφῆς τοῦ νόμου. id est ἐν τῇ γραφῇ, vel ἐν τῷ γραπτῷ, *in litera legis*, vel *in voce scripta*, cujus

Legem, hic accipiendam latissimo sensu, quo supra monui a
Judæis vocem adhibitam. Mecum sensit in his Aristobuli acci-
piendis de libris etiam historicis et propheticis Is. Vossius, cum
responderet ad *Objecta Criticæ Sacræ* p. 129. Fuit in his trac-
tandis oculatissimus profecto Hodius p. 168. qui viderit Aristo-
buli hanc esse mentem: *extitisse antiquitus—Græcam quandam
versionem Legis;* illam vero sub Philadelpho confectam *totam fu-
isse novam majoreque cura et studio elaboratam:* nihil horum in
Aristobuleis, ne verbulum quidem, nisi *totam* in *ὅλῃ*, etsi diu
quæsitum invenire potui. Dum itaque contrarium novis fuerit
argumentis demonstratum, probabile videbitur, tempore Pto-
lemæi Philadelphi Legem Judaicam universam, sive libros anti-
qui fœderis in canonem receptos, omnes Græce fuisse conversos,
non a LXXII. sed perpaucis interpretibus. Easdem versiones
plerasque esse, quas nos legimus, non temere dixerim. Et su-
persunt in his rebus, tam sæpe jam retractatis, multa tamen
ante peragenda, quam ad liquidum omnes deduci possint. Nihil
ad hanc disputationem facit ex documentis probabilibus aliis et
ex stylo, quem unusquisque semper habemus proprium, defini-
visse, quot numero fuerint illi pauci, quibus librorum Hebræo-
rum versiones nobis superstites debeantur; quod arbitror equi-
dem fieri posse. Sed illud hinc non alienum est dixisse, versiones 63
etiam istius quas habemus ævi superstites, omnes non vitiosis-
simas tantum, sed mirum in modum primum a Judæis deinceps
a Christianis correctoribus fuisse interpolatas. Hoc minime
novum accidet in hac exercitatis palæstra; novis tamen docu-
mentis haud paucis a me posset demonstrari. Cui uni omnium
interpolationes istæ debuerunt esse notissimæ, Hodium demiror
ob unicam vocem *γαισὸς*, in libro Josuæ repertam, tam prolixam
instituisse disputationem lib. ii. c. viii., qua suam nobis in qui-
busvis scriptoribus legendis diligentiam demonstravit, non quod
se facturum receperat. Lib. ii. c. ix. adstipulatur Hodius Us-
serio, propter additamentum ad librum Estheræ suspicato ver-
sionem istius libri factam sub Ptolemæo Philometore. Ne hoc
quidem argumentum arbitror sat firmum. Additamenta, quæ
Græcæ fuerunt Estheræ versioni interserta, illa debentur istius
temporis Judæo, eidem, ni fallor, qui nobis historiam scripsit
superstitem sub nomine libri 3 Maccabæorum. Circa eadem hæc
tempora pleraque condita sunt a Judæis, sæpe nugatoribus, aliis
etiam libris divinis vel addita vel interjecta, quæ nunquam in
scriptis fuere Hebraicis. Hæc si ejicias ex libro Græco Ezræ,
qui ponitur inter Apocryphos, quod remanebit erit Græca versio
de Chaldaicis Ezræ facta, versione omnibus nota certe magis

sensus est sublimior et spiritualis. Sic *διὰ* ponitur a Didymo, apud Macrob. Saturnal. V. p. 506. *ὁ γοῦν* Ἀγησίλαος (corrige, sodes, Ἀκουσίλαος) *διὰ τῆς πρώτης ἱστορίας δεδήλωκεν.* Conf. Athenæum IV. p. 178 c. VI. 271 c. IX. 388, etc.

Græca, et melior, nisi quod hæc additamentis est Judæi recentioris deformata. Duplicem habemus Ezræ versionem; forsan in diversis codicibus etiam duplicem libri Judicum; certe cantici Habacuci iii. Ista talia nunc digito tantum monstrantur, si quos forte excitarent ad genus tractandum literarum, hoc seculo valde neglectum. Hic cogitanti mihi quid Hodium p. 169. moverit, ut Aristobulo sententiam affingeret a verbis ejus vulgatis adeo remotam, venit in mentem fabulator Aristeas: suspicor itaque Aristobulum ea fecisse dicentem Hodium, ut Aristeanis similia dixisse videretur: quasi vero non liceret huic a nugatore dissentire. Aristeas p. v. facit Demetrium suum Phalereum regi per epistolam significantem, deesse regiæ bibliothecæ cum paucis aliis (*τὰ*) *τοῦ Νόμου τῶν Ἰουδαίων βιβλία·* his quæ proxima subjunguntur, *τυγχάνει γὰρ Ἑβραϊκοῖς γράμμασι καὶ φωνῇ λεγόμενα· ἀμελέστερον δὲ, καὶ οὐχ ὡς ὑπάρχει, σεσήμανται, καθὼς ὑπὸ τῶν εἰδότων προσαναφέρεται· προνοίας γὰρ βασιλικῆς οὐ τέτευχε,* quid sibi vellent vix aliquis intellexisset, nisi sententiam Aristeani Demetrii clarius enuntiasset semper Aristeæ vestigiis insistens Josephus Ἀρχαιολ. p. 588. *χαρακτῆρσι γὰρ Ἑβραϊκοῖς γεγραμμένα καὶ φωνῇ τῇ ἐθνικῇ ἐστιν ἡμῖν ἀσαφῆ. συμβέβηκε δ' αὐτὰ καὶ ἀμελέστερον ἢ ἔχει σεσημάνθαι·* eamdem addit rationem, atque illud etiam, necesse esse ut ista quoque rex habeat *διηκριβωμένα.*
64 Potuisset scribere Josephus *ἀμελέστερον καὶ οὐχ ὡς ἔχει·* si scripsit *ἀμελέστερον ἢ,* scribere debuit *ἔδει· negligentius quam oportebat;* quod vidit et Jo. Davisius. Ad hæc respondent, non ad Aristobuli verba, quæ huic tribuit Hodius. Quin contra verbum Aristobuli *διηρμήνευται* de veteri librorum Moysis versione a Platone ceterisque adhibita positum, illam demonstraret ex ejus sententia diligenter elaboratam; significare saltem debet vi præpositionis factam[h] *τὴν ὅλην ἑρμηνείαν* istorum, quos enumerat ibi, librorum Moysis. De isthac antiquiore versione Græca librorum Moysis ex Aristobulo commemorata a Clemente atque Eusebio, hinc ab aliis qui scriptores istos Christianos in talibus etiam velut fidos duces sequuntur, ne dubitandum quidem censuerunt, et confidenter loquitur præter ceteros Jo. Curterius in præfat. præmissa Procopio in Jesaiam. Qui Platonem, si non illinc, sua tamen ab Hebræis accepisse crediderunt, absurdas pæne dixeram Patrum opiniones exposuit Æg. Menagius in Diog. Laërt. III. 6. Sed harum me nugarum tædet. Utrumque falsum statuo, hic planissime conspirans cum Hodio, (lib. iv. c. 1.) censente nec versionem talem extitisse, neque adeo philosophos veteres Pythagoram, Platonem, sua derivasse de libris nostris sacris.

[h] Verbum Lysiæ *Διῆρξα* redditur ab Harpocratione *διὰ τέλους ἦρξα·* Critiæ *Διαδικάζειν* a Polluce (VIII. 25.) *δι' ὅλου τοῦ ἔτους δικάζειν.* Dantur multa similia. Judæos philosophos hæc minuta non neglexisse monstrabit Philo Pythagoreus, explicans vim præpositionis *διὰ* in compositis Lib. de Somn. p. 595 c.

XXII. *Aristobuli dicta de philosophis et poëtis, qui sua derivarint de libris sacris Moysis.*

Fortasse censerem cum Franc. Lee Prolegom. in tom. iii. Biblior. Gr. Breitingeri p. 11. quod de versione tradit antiqua, non historica fide dictum ab Aristobulo sed ex conjectura, nisi hujus etiam Judæi fraudes alias detexissem, nimis ea de re confidenter tanquam certa loquentis, et sæpius de philosophis et poëtis, qui illinc sua derivarint, ut minime mirandum dicat quod sunt omnibus admirationi, quum de sacro hoc fonte ora sua rigaverint. Sic loquitur apud Euseb. Præp. VIII. p. 376 c.

> *Οἷς μὲν οὖν πάρεστι τὸ καλῶς νοεῖν θαυμάζουσι τὴν περὶ αὐτὸν* (Moysis) *σοφίαν, καὶ τὸ θεῖον πνεῦμα, καθ' ὃ καὶ προφήτης ἀνακεκήρυκται. Ὧν εἰσιν οἱ προειρημένοι φιλόσοφοι, καὶ πλείονες ἕτεροι, καὶ ποιηταί, παρ' αὐτοῦ μεγάλας*[1] *ἀφορμὰς εἰληφότες, καθὸ καὶ θαυμάζονται.*

1 Ἀφορμὰς εἰληφότες. Ad sua scribenda plurimum adjuti dicuntur Moysis libris: notæ sunt phrases in talibus *ἀφορμὰς διδόναι* et *λαμβάνειν* ab Euripide jam adhibitæ, Hec. v. 1246. Bacch. v. 267. Phœn. v. 209. (ad quem locum confer Paulinum 1 Ep. ad Tim. v. 14.) multo tamen magis a recentioribus frequentatæ, et Polybio, cujus locutionibus frequenter usus est Judæus æqualis Polybio, et, ni fallor, notus. *Ἀφορμὴν εἰληφότες* et *ἀφορμηθέντες* hinc illinc dicebantur, qui sua partim aliis debebant, sive ex aliorum scriptis derivarant; quique præbuerant aliis materiam, cujus ope potuerint eniti ad sua scribenda, *ἀφορμὰς δεδωκότες*· Artemon Cassandrensis meminisse dicitur Xanthi Lydi, *ὡς—Ἡροδότῳ τὰς ἀφορμὰς δεδωκότος*, Athen. XII. p. 515 e. Apud Gellium N. A. iii. c. 17. *Timon* in Sillis *Platonem contumeliose appellat, quod impenso pretio librum Pythagoricæ disciplinæ emisset, exque eo Timæum nobilem illum dialogum concinnasset : versus super ea re Timonis*— leguntur paulo meliores apud Jamblich. in Nicom. p. 148 Πολλῶν δ' *ἀργυρίων ὀλίγην ἠλλάξαο βίβλον,* Ἔνθεν *ἀφορμηθεὶς* Τιμαιογραφεῖν *ἐπεχείρεις.* Sic ope Gellii scribendi sunt: interpretatur ista Jamblichus: *ἀφ' οὗπερ ἐφοδιασθέντα* Πλάτωνα *τὸν—Τίμαιον συντάξαι λέγουσιν*· multa jecit in philosophos maledicta Timon; objecit hic quidem vera Platoni: veteris enim Timæi libellus est in manibus; et faciunt ista ut divinum Platonem in his etiam credamus sæpius *ἀνθρώπινα ἁμαρτεῖν*, et hominum more fecisse: de Platonis libris de Republ. vide quid testetur Aristoxenus apud Diogen. Laërt. III. 37. *τὴν* Πολιτείαν *πᾶσαν σχεδὸν ἐν τοῖς* Πρωταγόρου *γεγράφθαι ἀντιλογικοῖς*· quid Phavorinus ibid. §. 57. quid Alcimus §. 9. quid Theopompus Chius de Platonis plerisque Dialogis apud Athen. XI. p. 508 c. d. Si scripta plura Pythagoreorum ad nos pervenissent, vererer equidem, ne deprehendissem ab aliis illum etiam *ἀφορμὰς εἰληφότα*, quem usum novi, tanquam suis, aliorum ex isto sodalitio verbis, Ocelli Lucani, Aristæi, Philolai, Theanus, Pempeli. Nollem in Platonem dici potuisse, de Democriti scriptis quæ dixit Aristoxenus Laërt. IX. 40. Vir viro quid præstitit Platoni Xenophon? *λέγεται ὅτι καὶ τὰ* Θουκυδίδου *βιβλία λανθάνοντα, ὑφελέσθαι δυνάμενος, αὐτὸς εἰς δόξαν ἤγαγεν,* Laërt. II. 57. Quæ dixi, ante annos ferme ducentos scripta Platonis amatoribus valde displicuissent. Socratem novimus aliosque ex ista palæstra Platone, quo nemo scripsit elegantius, viros fuisse multo meliores.—Sed hæc, ut vel maxime vera sint nonnulla, nihil juvant Judæum nostrum Aristobulum: fac enim legi potuisse a Platone libros Moysis; an credibile videtur, tanti sibi coëmptos voluisse, quanti scripta sapientum e sua gente Pythagore-

66 Hic *ante memoratos philosophos*, aliosque plures, et poëtas recte Moysis intellexisse mentem tradit, atque ex illo sua derivasse, certe materiam illinc accepisse, cujus ope possent ad sua quisque *eniti* scribenda. Nam et illi dici possunt *ἀφορμὰς εἰληφότες* ab alio, qui de eadem re plura cogitarunt quam ille reliquerat. Sed isthoc Eusebii loco, quo prostant illa, nulli *ante memorati* sunt ab Aristobulo nec philosophi neque poëtæ; sed alibi memorantur a nostro Pythagoras, Socrates, Plato, (Peripatetici quoque, sed sensu diverso:) poëtæ, theologi Græcorum vetustissimi, Orpheus et Linus; Homerus etiam et Hesiodus. Hos equidem non dubito nominatos in iis, quæ præcedebant excerptum illud Eusebianum. Hos certe memorat in aliis locis Judæus, quæ nobis ex ejus libris excerpsit Eusebius: ista sunt Aristobuli digna notatu (lib. xiii. p. 664 c.)

> *Διὰ τῆς Νομοθεσίας ἡμῖν ὅλην τὴν Γένεσιν τοῦ κόσμου Θεοῦ λόγους εἴρηκεν ὁ Μωσῆς· συνεχῶς γάρ φησιν ἐφ' ἑκάστου, "καὶ εἶπεν ὁ θεὸς καὶ ἐγένετο." Δοκοῦσι δέ μοι, περιειργασμένοι πάντα, κατηκολουθηκέναι τούτῳ Πυθαγόρας τε, καὶ Σωκράτης, καὶ Πλάτων, λέγοντες ἀκούειν φωνῆς θεοῦ, τὴν κατασκευὴν τῶν ὅλων συνθεωροῦντες ἀκριβῶς ὑπὸ Θεοῦ γεγονυῖαν, καὶ συνεχομένην ἀδιαλείπτως.*

Ex his etiam Aristobuli non nominati mutuatus est ista Clemens Strom. V. p. 707. *τὸ σύνολον Πυθαγόρας καὶ Σωκράτης καὶ Πλάτων, λέγοντες ἀκούειν φωνῆς θεοῦ, τὴν κατασκευὴν τῶν ὅλων θεωροῦντες ἀκριβῶς ὑπὸ Θεοῦ γεγονυῖαν καὶ συνεχομένην ἀδιαλείπτως, ἀκηκόασι γὰρ* (*γὰρ* delendum) *τοῦ Μωϋσέως λέγοντος, Εἶπε καὶ ἐγένετο, τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἔργον εἶναι διαγράφοντος.* Nec apud Eusebium tantum bis, sed et apud Clement. Alex. Strom. I. p. 410. Aristobulus, *κατηκολούθηκε δὲ*, ait, *καὶ ὁ Πλάτων τῇ καθ' ἡμᾶς Νομοθεσίᾳ, καὶ φανερός ἐστι περιειργασμένος ἕκαστα τῶν ἐν αὐτῇ λεγομένων·* ubi paulo post a Moyse multa sumsisse dicitur Plato, quippe *πολυμαθὴς*, nec non Pythagoras:

> *Καθὼς καὶ Πυθαγόρας πολλὰ τῶν παρ' ἡμῖν μετενέγκας εἰς τὴν ἑαυτοῦ δογματοποιΐαν κατεχώρησεν.*

Ultimum, apud Clementem omissum, adjectum legitur in Euseb. p. 666 b. nisi quod hic minus sincere scribatur *κατεχώρισεν·* alterum genuinum est, *complexus est*, *cepit:* ponam ad *ἐχώρησεν* unius verba, hic opportuna, Longini de Moyse dicente π. Ὕ. ix. 18,
67 *τὴν τοῦ θείου δύναμιν κατὰ τὴν ἀξίαν ἐχώρησε* (sic MSS. codd. probante Z. Pearcio) *κἀξέφηνεν·* *quam mente conceperat, divinæ Majestatis potentiam verbis adæquavit.* Quod insigne nobis testimo-

orum? vid. Diog. Laërt. VIII. 15, 80, 81, 84. Erat quidem Plato in *re tenui familiari;* (Gellius, III. c. 17.) Sed huic incommodo facile subvenisset, ipsique ad libros coëmendos *ἀφορμὴν ἂν ἔδωκε* Dion Syracusanus, amicissimus Platoni.

nium non libenter eripi paterer levissima suspicione literatoris Fr. Porti.—Alibi dixerat Aristobulus, teste Cyrillo c. Julian. IV. p. 134,

> Ἅπαντα μέν τοι τὰ περὶ Φύσεως εἰρημένα παρὰ τοῖς ἀρχαίοις λέγεται καὶ παρὰ τοῖς ἔξω τῆς Ἑλλάδος φιλοσοφοῦσι, τὰ μὲν παρ' Ἰνδοῖς ὑπὸ τῶν Βραχμάνων, τὰ δὲ ἐν τῇ Συρίᾳ ὑπὸ τῶν καλουμένων Ἰουδαίων.

Sed, si Græci totum suum *de rerum natura* physicum[k] systema hauserunt ex Judæorum libris Græce conversis, libenter ex philosopho Judæo cognovissem, unde tandem suum hauserint in India philosophi, an et illi ex vernacula sibi versione Judaicorum librorum? Quod scribit ad Aristobuli mentem Eusebius Præp. XIII. p. 663 d. *ἐκ τῆς παρ' Ἑβραίοις φιλοσοφίας—τοὺς Ἕλληνας ὡρμῆσθαι*, respondet verbis Alex. Clementis Strom. I. p. 360, 9. *τὴν παρ' (Ἰουδαίοις) φιλοσοφίαν ἔγγραπτον γενομένην προκατάρξαι τῆς παρ' Ἕλλησι·* cui hoc multis ostendisse dicuntur Pythagoreus Philo, nec non Aristobulus *ὁ Περιπατητικός*. Sic sæpius, *ὁ ἐξ Ἑβραίων φιλόσοφος* ab Eusebio aliisque dicitur *Peripateticus*, *τῆς κατ' Ἀριστοτέλην φιλοσοφίας πρὸς τῇ πατρίῳ μετειληχώς*, Euseb. Præp. p. 375 d. Neque ipse, quam probabat in philosophando, sectam celavit: apud Euseb. Præp. p. 666 d. omnibus, inquit, philosophis *ὁμολογεῖται, ὅτι δεῖ περὶ θεοῦ* [l] *διαλήψεις ὁσίας ἔχειν, ὃ
μάλιστα παρακελεύεται καλῶς ἡ καθ' ἡμᾶς αἵρεσις.* Paulo post p. 68
667 b. *τινὲς*, ait, *εἰρήκασι τῶν ἐκ τῆς αἱρέσεως ὄντες τῆς ἐκ τοῦ περιπάτου,* [m] *λαμπτῆρος αὐτὴν (τὴν σοφίαν) ἔχειν τάξιν.* Alibi tamen

[k] Sive *τὰ περὶ Φύσεως*, seu *de Universo* dicantur, *περὶ τοῦ παντὸς*, res eodem recidit: Ocellus Lucanus libellum inscripsisse videtur *περὶ τᾶς τῶ παντὸς φύσιος·* suum Timæus *περὶ φύσιος·* ut et Plato suum de Universo librum *περὶ φύσεως·* suam illic *ψυχογονίαν τοῦ παντὸς*, (ut a Porphyrio dicitur in Ptolem. Harmon. p. 288. a Plutarcho t. ii. p. 415 e, etc.) caute Plato Timæum ipsum facit dicentem, ubi inventa Timæo Locro suis ipsius auxit additamentis. Ne Socratem quidem decebat interlocutorem esse in Dialogo, de quo vera testatur Xenophon Ἀπομν. I. p. 413, 27, *οὐ περὶ τῆς τῶν πάντων φύσεως, ᾗπερ τῶν ἄλλων οἱ πλεῖστοι, διελέγετο—καὶ τοὺς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα μωραίνοντας ἀπεδείκνυεν.* In hoc puro Xenophontis speculo popularis illa Socratis repræsentatur sapientia, quam elegantissimis suis fabulis contaminavit Plato.

[l] *Διαλήψεις ὁσίας ἔχειν, rectas opiniones de Deo fovere.* Notabile est, vocem Polybianam *διάληψις*, significantem *opinionem quam conceperis*, hoc sensu legi hic in verbis Aristobuli, et in libris, qui dicuntur Maccabæorum secundo, tertio, quarto, nusquam occurrentem in Alex. versione F. Antiqui, vix etiam alibi, quantum recordor. Ad 2 Macc. iii. 32, spectat Hesychii *διάληψιν, ἐνθύμησιν, ἢ γνῶσιν.*

[m] *Λαμπτῆρος* qui *τὴν σοφίαν* dixerint *ἔχειν τάξιν*, non memini; tametsi multa similia sint in mundo. Ab Aristotele dicitur *ἡ σοφία, νοῦς καὶ ἐπιστήμη, καὶ ὥσπερ κεφαλὴν ἔχουσα ἐπιστήμη τῶν τιμιωτάτων* et *ἐπιστήμη καὶ νοῦς τῶν τιμιωτάτων τῇ φύσει*, Ethic. Nicom. VII. c. 7. In rebus humanis id erat philosophis sapientia, quod inter sensus visus, sol in astris, animus in mente: librum suum *περὶ σοφίας* (ex quo plura supersunt quam feruntur vulgo) sic inchoabat Archytas; *Τοσοῦτον διαφέρει σοφία ἐν πάντεσσι τοῖς ἀνθρωπίνοις πραγμάτεσσιν, ὅσον ὄψις μὲν αἰσθασίων σώματος, νόος δὲ ψυχᾶς·*

suam indicasse suspicor sectam philosophum; hic Eusebium Aristobuleis suas voces adjecisse, τῆς ἐκ τοῦ περιπάτου. De Pythagora, Socrate, Platone loquutus mirarer si nullam Aristotelis sui fecisset mentionem Judæus. Quin imo scripsit, ex Moyse ceterisque prophetis peripateticam pendere philosophiam: testem profero Clementem Alex. Strom. V. p. 705, 23, qui variis illum libellis (Commentariis puta in Leges Mosaicas) demonstrasse tradit, τὴν Περιπατητικὴν φιλοσοφίαν ἔκ τε τοῦ κατὰ Μωϋσέα Νόμου καὶ τῶν ἄλλων [n] ἠρτῆσθαι προφητῶν. Non ex prophetis sua sumsisse dicit Aristotelem placita; nec enim dixerat prophetarum libros, sed unius Moysis ante Alexandrum Macedona Græce conversos; sed verum systematis Peripateticorum intellectum ex Moysis et prophetarum Hebræorum scriptis aptum pendere, atque illinc adeo commode explicari posse.

69 XXIII. *Secundum Aristobulum philosophos et poëtas sensum etiam sublimiorem in verbis Moysis latentem perspexisse. Hujus allegoricæ interpretandi rationis primum fere auctorem esse Aristobulum, ex quo non nominato multa desumsit Clemens Alexandrinus.*

Ferendum esset aliquo modo, si a philosophis et poëtis Græcis veterrimis dicta quædam vel narrata quomodocunque dixisset Aristobulus de fonte Palæstino derivata; sed quis ferat hoc seculo nobis dicentem, philosophos Græcos et poëtas non verba tantum scripta legisse, sed oculis etiam animi *pulchre perspexisse sensum* sublimiorem et allegoricum, *latentem* sub velamine verborum humanorum Moysis? Hoc tamen nobis narrat Aristobulus Eusebii VIII. p. 376 c. Οἷς μὲν οὖν πάρεστι τὸ καλῶς νοεῖν, θαυμάζουσι τὴν περὶ αὐτὸν σοφίαν &c.—Ὧν εἰσιν οἱ προειρημένοι φιλόσοφοι—καὶ ποιηταί. Nam hi καλῶς νοοῦντες, *pulcre intelli-*

animi lumen Archytas dixit ore Ciceronis in Catone Maj. c. xii. In viri magni Stobæo, Floril. p. 17, legitur ut Sophoclis senarius: Ὡς ὄψις ὀφθαλμοῖσι, ταῖς ψυχαῖς νόος· rectum in Archyta, νόος, vitiatum esset in Sophocleis. Efformavit ista, si numeros exigas, legitima, de his sub nomine Sophoclis in Stobæo Gesneri positis t. iii. p. 37, 4. Ὡς ὄψις ἐν ὀφθαλμῷ, ὁ νοῦς ἐν τῇ ψυχῇ. Sed sunt Aristotelis verba Topic. I. p. 288, 13. ubi rectius omittuntur articuli. Hæc ut error præcaveatur dicta sint, non Grotii causa reprehendendi, qui, si attendisset, optime omnium noverat, cujus essent ista; quæ quidem ut Aristotelis verba Grotius ipse posuerat ad Evang. Matth. vi. 22.

[n] Ἠρτῆσθαι miror ab accuratissimo F. Sylburgio, homine Græce perdocto, tentatum. Placuisset inprimis, opinor, Judæo Peripatetico dictum Aristotelis, ἐκ τοιαύτης ἀρχῆς ἤρτηται ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ φύσις· *ex hoc uno principio* (nempe Deo) *pendet mundus et natura.* Quod ut pie dictum a philosopho laudat Andr. Dounæus Prælect. in Demosth. p. 108.—Xenoph. Ἑλλ. VII. p. 339, 17. ἐκ θαλάττης ἅπασα ἡμῖν ἤρτηται σωτηρία. Pausan. IX. p. 723 m. ἀπ᾽ ἀνδρὸς ἑνὸς ἠρτῆσθαι τὰ πάντα· *ab unius omnia nutu pendere.* Judæi nostri dictum propius accedit illud ex procemio Ἀρχαιολ. Josephi: τὰ πάντα σχεδὸν ἐκ τῆς τοῦ νομοθέτου σοφίας ἡμῖν ἀνήρτηται Μωϋσέως. Philo de Mundi Opif. p. 27 b. ἐκ τῶν οὐρανίων τὰ ἐπίγεια ἤρτηται.

gentes, opponuntur τοῖς μὴ μετέχουσι δυνάμεως καὶ συνέσεως, ἀλλὰ τῷ γραπτῷ μόνον προσκειμένοις, *iis qui non sunt participes intelligentiæ potentis* (*durissima quævis perrumpere* ;) *sed qui adhærent tenaciter verbis scriptis* ; *quibus* οὐ φαίνεται μεγαλεῖόν τι διασαφῶν, *nihil magnificum narrare videtur Moyses.* Simili modo Clemens, et sæpe loquutus est Origenes, præter ceteros. Clementem non miror, qui puer et juvenis sic audiverat legeratque Homerum interpretantes: Origenes Celsum sibi sumserat refutandum.—Si nil nisi talia dedisset Aristobulus, ista forsan alicui videri possent seculo Christianismi secundo satis convenire. Hoc telo sapienter abstinuit Hodius, qui noverat istam interpretandi rationem a Judæis didicisse Christianos. Primus et hic auctor citari poterit Aristobulus, cui Alexandriæ sæpe fuit cum eruditis e Museo disputandum. Secundus Philo, qui præter illam aliam etiam acceperat a fanaticis, p. 804 a. ἑτέραν δ' ἤκουσα θεσπεσίων ἀνδρῶν (suos ille Therapeutas designare videtur:) τὰ πλεῖστα ὑπολαμβανόντων εἶναι σύμβολα φανερὰ ἀφανῶν, καὶ ῥητὰ ἀρρήτων. conf. p. 893 d. p. 901 c. Atheum memorat irridentem historiam veterem p. 1053 f. p. 1091 a. τὸ ῥητὸν, ait, μυθῶδές ἐστι.—Pollicebatur in fine prooemii Ἀρχαιολ. Josephus opus, quo legis sensum indagaret sublimiorem. Verba nobis Celsi notabilia fideliter Origenes servavit c. Cels. IV. p. 187. οἱ ἐπιεικέστεροι Ἰουδαίων τε καὶ Χριστιανῶν, ἐπὶ τούτοις αἰσχυνόμενοι, πειρῶνταί πως ἀλληγορεῖν αὐτά. Primum auctorem hujus interpretandi rationis citari posse dicebam Aristobulum: Aristeas tamen, qui censetur anti- 70
quior Aristobulo, suum, quem fingit, Eleazarum pontificem eadem jam facit utentem p. xvii—xx, in legibus super cibis potuque vetitis, quibus nihil ille contineri contendit quod non solam spectet pietatem, justitiam, vitamque in universum bene informandam, p. xix. v. 18. πάντα κεκανόνισται—ἵνα δι' ὅλου τοῦ ζῆν καὶ ἐν ταῖς πράξεσιν ἀσκῶμεν δικαιοσύνην πρὸς πάντας ἀνθρώπους, μεμνημένοι τοῦ δυναστεύοντος Θεοῦ.—Sed in hoc genere tam sobrie versatur Aristobulus, ut multo legantur apud Philonem, Clementem Alexandrinum, Origenem, aliosque absurdiora. Modestiæ hoc sit laudabile specimen apud Euseb. p. 376 d. Quæstio fuerat mota, cur in Lege Moysis Deo tribuerentur *manus*, *pedes*, quæque præterea sunt humano corpori propria. Sensum se dicit traditurum, qui singulis subesse videretur: *quod si minus probabilia dicere videatur*, orat regem, *ut sibi culpam imputet imperitiæ, qui sapienter cogitata non valuerit adsequi, non autem legislatori Moysi :*

> Εἰ δὲ μὴ τεύξομαι τἀληθοῦς μηδὲ πείσω, μὴ τῷ νομοθέτῃ προσάψῃς τὴν ἀλογίαν, ἀλλ' ἐμοὶ, τῷ μὴ δυναμένῳ διαιρεῖσθαι τὰ ἐκείνῳ νενοημένα.

Incipit tum non absurde tradere, quid significet in Lege χεὶρ Θεοῦ· nempe τὴν δύναμιν· quo sensu vocem etiam adhiberi in sermone quotidiano: Χεῖρες μὲν οὖν νοοῦνται προδήλως (ὡς inserendum

puto) ὡς καὶ ἐφ' ἡμῶν κοινότερον. Excitat Exodo verba quædam, eadem pæne quæ sunt nostris in edd. xiii. 9. iii. 20. ix. 3. inter nostros scriptores forte primus usus ista versione. Horum tamen locorum medio, Exod. iii. 20. a nemine, quem sciam, animadversa, insignis est differentia: vulgatur: Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρά μου πατάξω τοὺς Αἰγυπτίους. Apud Aristobulum legitur: Ἀποστελῶ, φησὶν ὁ θεὸς, τὴν χεῖρά μου, καὶ πατάξω τοὺς Αἰγυπτίους. Hoc accommodatius erat instituto paulo ante scribentis, ὅταν γὰρ δυνάμεις ἐξαποστέλλῃς σὺ, βασιλεὺς ὢν, βουλόμενός τι κατεργάσασθαι, λέγομεν μεγάλην χεῖρα ἔχει ὁ βασιλεύς. Fatendum tamen ἀποστελῶ [χεῖρά μου] vel ἀποστέλλω, verbo respondere Hebræo Moysis, שלחתי. Alterum ἐκτείνας, ni fallor, legerat: Hebræam enim phrasin interpretes isti reddere solent non ἀποστέλλειν, sed ἐκτείνειν τὴν χεῖρα.—Per Στάσιν θείαν ab ipso, κατὰ τὸ μεγαλεῖον, significatur p. 377 a. ἡ τοῦ κόσμου κατασκευή.—Ibid. c. λέγεται δὲ κατάβασις ἐπὶ τὸ ὄρος θεία γεγονέναι, quo tempore lex promulgabatur, ἵνα πάντες θεωρήσωσι τὴν ἐνέργειαν τοῦ Θεοῦ. Tum potissimum suo sibi modo sumit explicanda, quæ leguntur Exodi xix. 18. ubi hæc sunt in Græca versione: Τὸ δὲ ὄρος ἐκαπνίζετο ὅλον αὐτὸ, διὰ τὸ καταβεβηκέναι τὸν Θεὸν ἐν πυρὶ
71 ἐπ' αὐτό—19. Ἐγίνοντο δὲ αἱ φωναὶ τῆς σάλπιγγος προβαίνουσαι, ἰσχυρότεραι σφόδρα.—et xx. 18. Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἑώρα τὴν φωνὴν, καὶ τὰς λαμπάδας, καὶ τὴν φωνὴν τῆς σάλπιγγος, καὶ τὸ ὄρος τὸ καπνίζον, quorum hæc Hebræis partim minus conveniunt, illa satis apte respondent. Priorum loco hæc sunt Deut. iv. 11. τὸ ὄρος ἐκαίετο πυρὶ—Horum loco noster p. 377 c. d. δηλοῦται γὰρ ὡς τὸ ὄρος ἐκαίετο πολὺ (καθὼς φησὶν ὁ νομοθέτης) διὰ τὸ τὸν Θεὸν καταβεβηκέναι· addit, σαλπίγγων τε φωνὰς καὶ τὸ πῦρ φλεγόμενον ἀνυποστάτως εἶναι. Quibus in his utitur explicandis Aristobulus, illa Clemens Alexandrinus partim descripsit, partim leviter expressit immutata, semel in transitu memorato Aristobulo, cui omnia deberi vicina non animadverterunt viri docti. Quæ dedit Eusebius p. 378 a. illa suis verbis Clemens, atque ordine inverso, sic expressit Strom. VI. p. 755, 24, nulla facta mentione Aristobuli:

> Πῶς δὲ ὅτι ἀπιστήσουσιν Ἕλληνες τῇ θείᾳ ἐπιφανείᾳ περὶ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ· ὁπηνίκα πῦρ μὲν ἐφλέγετο, μηδὲν καταναλίσκον τῶν φυομένων κατὰ τὸ ὄρος· σαλπίγγων τε ἦχος ἐφέρετο, ἄνευ ὀργάνων ἐμπνεόμενος· ἐκείνη γὰρ ἡ λεγομένη Κατάβασις ἐπὶ τὸ ὄρος Θεοῦ ἐπίβασις ἐστι θείας δυνάμεως.

Vertuntur ultima *divinæ potestatis est adventus.* Sententia postulat ista: *nam qui dicitur Descensus in montem Dei est divinæ potentiæ manifestatio:* pro ἐπίβασις vocem posuerat Clemens paulo rariore ἐπίφασις. Suidas: Ἐπίφασις, δήλωσις, ἔνδειξις· sequuntur ibi verba forte Polybii: τὴν θείαν ἐπιφάνειαν et τὴν ἐνέργειαν τοῦ θεοῦ Judæi horum temporum usurpabant promiscue. Ut comparari possint absque labore, ponam ex Eusebio

quædam Aristobuli p. 377 d. 378 a. quæ eadem opera poterunt emendatius paulo scribi quam vulgantur:

> Τὴν τοῦ πυρὸς δύναμιν, παρὰ πάντα θαυμάσιον ὑπάρχουσαν, διὰ τὸ πάντα ἀναλίσκειν, ἔδειξε (legendum arbitror, οὐκ ἂν ἔδειξε, quod Fr. Vigerus jam monuit,) φλεγομένην ἀνυποστάτως μηδὲν δὲ (δὲ deleatur) ἐξαναλίσκουσαν, εἰ μὴ τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ δυναμικὸν αὐτῇ προσείη. (378.) τῶν γὰρ φυομένων ἐν τῷ ὄρει ἐκείνῳ ἐξαναλισκομένων (corrigo, ἐκκαιομένων) σφοδρῶς οὐδὲν ἐξανάλωσεν· ἀλλ' ἔμεινε τῶν ἁπάντων ἡ χλόη πυρὸς ἄθικτος, σαλπίγγων τε φωναὶ σφοδρότερον συνηκούοντο, σὺν τῇ τοῦ πυρὸς ἀστραπηδὸν ἐκφάνσει, (Exod. xix. 16. φωναὶ καὶ ἀστραπαὶ,) μὴ προκειμένων ὀργάνων τοιούτων, μηδὲ τοῦ φωνήσαντος, ἀλλὰ θείᾳ κατασκευῇ γινομένων πάντων:

tandem post alia quædam hæc ultima subjiciuntur; *his omnibus nullius rei humanæ adjumento factis Deum demonstrare* τὴν ἑαυτοῦ διὰ παντὸς μεγαλειότητα. Non magis lectorem suum monuit Clemens, sequentia se propemodum ad verbum ex Aristobuli transcripsisse commentariis: hoc ut adpareat, juxta se invicem Aristobulea quædam ponam et Clementis: sunt autem hæc: 72

Aristobuli: p. 377 d.

Τοῦ γὰρ παντὸς πλήθους μυριάδων οὐκ ἔλαττον ἑκατὸν, χωρὶς τῶν ἀφηλίκων, ἐκκλησιαζομένων κυκλόθεν τοῦ ὄρους, οὐκ ἔλαττον ἡμερῶν πέντε οὔσης τῆς περιόδου περὶ αὐτὸ, κατὰ πάντα τόπον τῆς ὁράσεως πᾶσιν αὐτοῖς κυκλόθεν, ὡς ἦσαν παρεμβεβληκότες, τὸ πῦρ φλεγόμενον ἐθεωρεῖτο· ὥστε τὴν κατάβασιν μὴ τοπικὴν εἶναι· πανταχοῦ γὰρ ὁ Θεός ἐστιν.

Clementis p. 755, 756 ista,

Παντὸς τοῦ πλήθους, μυριάδων οὐκ ἔλασσον ἑκατὸν, χωρὶς τῶν ἀφηλίκων ἐκκλησιαζόντων κύκλῳ τοῦ ὄρους, οὐχ ἧττον ἡμερῶν ε' τῆς περιόδου τυγχανούσης περὶ τὸ ὄρος. Κατὰ πάντα τοίνυν τόπον τῆς ὁ. π. α. κ. ὡς ἂν παρεμβεβληκόσι, τ. π. φ. ἐ. ὥ. τ. κ. μ. τ. γεγονέναι. πάντῃ γ. ὁ θ. ἐ.

Longiorem periodum in duas, voce τοίνυν interjecta, distraxit Clemens, leviora quædam mutavit: aliæ varietates sunt a librariis.—Quis jam dubitet, cum et alia sint indicia non pauca, quin, si plura nobis superessent Aristobuli, plura detegeremus in Clementinis Aristobuli? Descripsit et ex aliis libellis non pauca, quorum auctores ne nominat quidem. Veritatis amans hæc scribo, nec omnino Clementis vituperandi gratia, quem suo merito facio sane maximi. Fecerit hoc Clemens: fecerunt alii, item boni. Ipse Cicero multa veterum poëtarum loca, alia quoque non pauca, Latina fecit e Chrysippi commentariis. Quis Ciceronem propterea culparet, aut, si vel superessent Chrysippi librorum aliquot, quis non eadem Latina facta legere mallet a Cicerone, quam Græca requirere de Chrysippi libris? quos harum tamen amatores elegantiarum non prorsus aspernarentur. Sed, ab instituto ne me Cicero nimium abducat, suspicari pæne liceret, quæ tradit in proximis Clemens lib. vi. c. 4. partim etiam

ab Aristobulo tradita: sic caput illud, Ægyptiaca quoque complectens rarissima, Clemens orditur: Εὕροιμεν δ' ἂν καὶ ἄλλο μαρτύριον εἰς βεβαίωσιν τοῦ τὰ κάλλιστα τῶν δογμάτων τοὺς ἀρίστους τῶν φιλοσόφων παρ' ἡμῶν σφετερισαμένους, ὡσεὶ διαυχεῖν τῷ καὶ παρὰ τῶν—βαρβάρων ἀπηνθίσθαι (deflorata sibi) τῶν εἰς ἑκάστην αἵρεσιν συντεινόντων τινά.

73 XXIV. *Secundum Aristobulum statuisset Orpheus unum dari Deum universi conditorem et gubernatorem; quæ Orpheo certe fuerunt ignota. Eusebium a Gesnero male fraudis insimulari.*

Quod præ manibus est excerptum Eusebianum si lib. xiii. Præp. persequamur, occurret eam in rem, de qua paulo ante dicebam, certius documentum. Nullas paulo prolixiores philosophorum ῥήσεις ex Aristobuleis nobiscum Eusebius communicavit; et proprie sic dictas ῥήσεις poëtarum sat luculentas pp. 664—668. Hic vero mutanda erit nonnunquam ratio. Judæum narrantem de versione Græca Fœderis Antiqui librorum optimorum narrationibus congrua contra Hodium aliosque tuiti, patienter audivimus de patria lege nonnulla more suæ gentis explicantem; ne illud quidem ægre ferentes, quod scribit de Moysis lege sumsisse quædam Pythagoram et Platonem, quia constat in Ægypto fuisse utrumque, et Ægypto vicina Judæa fuit Palæstina; nec negari potest philosophemata quædam ambos ex Oriente in Græciam transtulisse. Si tamen tam pauca sumsissent a Platone Platonicisque Christiani, quam sumsit a Moyse Plato, simplex illa sapientia non adeo fuisset contaminata.—Poëtis vero si sua contribuit commenta, recentior Judæus carebit, opinor, excusationis venia.—Primus prodit in scenam Orpheus, fraudibus semper accommodum nomen. In Judæum nostrum hic non dicam, quæ scribit Quinctilianus I. O. I. c. 8, in fine: *improbissimo cuique pleraque fingendi licentia est, adeo ut de libris totis et auctoribus, ut succurrit, mentiatur tuto, quia inveniri, qui nunquam fuere, non possunt.* Tametsi, teste Cicerone de N. D. I. c. 38. *Orpheum poëtam docet Aristoteles nunquam fuisse; et hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cujusdam fuisse Cercopis.* Orphicum autem carmen illud erat ὁ ἱερὸς λόγος, docente Davisio. Atqui noster Aristobulus Orphica sua lecta testatur ἐν ποιήμασι τῶν κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον αὐτῷ λεγομένων. Sed Ciceronis isto loco sententiam aliter explicat, atque Orpheum omnino fuisse, (quod docuerat Cudworthus Syst. Intell. cap. 4. §. 17. pp. 341, 342, ubi vid. Moshem.) jure ac merito statuit, cui debemus elegantem Orphicorum editionem, quam rerum humanarum ultimam curavit, Jo. Matthias Gesnerus, illud insigne Gottingensis Academiæ patriæque ornamentum; cui, dum hæ literæ vigebunt, suus con-
74 stabit honos, maximis in republica literaria meritis quæsitus. Ab illo si hic etiam, quod mihi faciendum video, dissensero, quam mihi vivus non negavit vir humanissimus, libertatem sat scio non

ægre laturos, qui ex isthac schola prodierunt clarum in literis nomen adepti.—In istis suis carminibus τῶν κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον αὐτῷ λεγομένων, Orpheus Aristobulo Eusebii, p. 664 d. dicitur exposuisse hæc tria :

I. Περὶ τοῦ διακρατεῖσθαι θείᾳ δυνάμει τὰ πάντα,
II. Καὶ γεννητὰ ὑπάρχειν,
III. Καὶ ἐπὶ πάντων εἶναι τὸν θεόν.

Atque adeo *unum dari Deum, universi conditorem et gubernatorem potentissimum.* Quæ verissima, Orphei tamen ætate solis mihi nota fuisse videntur Abrahamidis, atque adeo ab Artapani Numeniique Musæo Palæstino, sive Moyse, tradita; prorsus incognita Musæi Græci præceptori Orpheo, ceterisque sive Thracibus istius ætatis seu Græcis, quibus ille plurimum tamen profuit, qualiscunque religionis cultu mansuefactis,

Dictus ob hoc lenire tigres.

Non nescio Cudworthum, quem fraudes in his ipsis versibus nonnullæ non latuerunt, credidisse tamen unicum Deum ab Orpheo fuisse cultum non tantum, sed ab eodem *tres in uno Numine naturas agnitas:* sed simul novi deceptum a recentioribus Platonicis et Christianis; præterea melius his de rebus sensisse ejus interpretem Moshemium, p. 353.—Ista quæ dicebam tria, prolatis uno et quadraginta versibus velut Orphicis, lectoribus suis persuadere voluit Judæus Aristobulus. Hos ubi versus ex Eusebii Præp. Evang. sive Aristobuleis posuit in Orphicis suis Jo. Matth. Gesnerus, ista nollem meditate scribentis effluxissent calamo, p. 361. "Dubitabam, an non ipsius quoque Eusebii fraus hic "intercesserit, nec dum plane illum liberare ausim. Sed illud "tamen ex annotatione nostra quoque apparebit, Clementi jam "Alexandrino laudata esse ea quæ maxime suspecta sunt." Ut ab ultimis ordiar, *quæ maxime suspecta* sunt, et pro spuriis rejecta a Cudwortho, p. 348, illa Clemens omisit Strom. V. p. 723. fine: junguntur illic, et p. 724. hi duo versus continui:

Ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων καὶ μέσσατον ἠδὲ τελευτήν.
Ἄλλως οὐ θεμιτόν σε λέγειν· τρομέω δέ τε γυῖα·

Sunt illa quidem Judaica; sed quanto magis esse debent suspecti duo versus his duobus interjecti:

Ὡς λόγος ἀρχαίων, ὡς ὑδογενὴς διέταξεν,
Ἐκ θεόθεν γνώμαισι λαβὼν κατὰ δίπλακα θεσμόν.

Leve vitium, quod non animadverterat a Scaligero sublatum, hic fefellit Gesnerum in ὑλογενὴς, qui ipsi visus esset *Adamus ex informi gleba formatus, nisi legis duarum tabularum mentio nimis clare* signasset *Mosen, qui in* ὕλῃ *illa* sive *sylva papyri stirpium expositus fuerat.* De Scaligeri correctione ὑδογενὴς ne dubitasset quidem visa Gesnerus; de qua dubitare tamen videtur I. A.

Fabricius B. G. I. p. 121. Ὑδρογενὴς scriptum a Cudwortho Syst. Intell. p. 348. Jam vide mihi hanc sententiam,

Ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων, καὶ μέσσατον, ἠδὲ τελευτήν.
Ὡς λόγος ἀρχαίων, ὡς ὑδογενὴς etc.

Qualem antiquorum sermo, qualem ex undis genitus descripsit in duplici tabula legum, quas divinitus mente conceptas (κατὰ τὸν τύπον τὸν δεδειγμένον Exod. xxv. 40.) *tradidit.* Eat nunc Aristobulus, nobisque Judæus homo persuadere conetur Orphicam esse sententiam! Sed hæc animadversa fortasse Gesnerum in sua confirmassent dubitatione, cum versus isti non legantur apud Clementem Alexandrinum, *an non ipsius hic Eusebii fraus intercesserit.* Ad alia properantem retinet invitum pæne Gesnerus; sed ea est illius auctoritas, ut incautos facile traheret, et ceteris Eusebius veteratoribus brevi, quod nolim, adjungeretur. Ad fidem itaque Eusebii liberandam, quem excellentem virum nullius unquam fraudis istiusmodi suspectum habui, video mihi hac de re accurate esse agendum. Ostendam ea Eusebium dixisse, ut hos ipse versus pro spuriis et fictis habere debuerit. Ante tamen alia dicenda sunt.

XXV. Ἱερὸς λόγος, *sub Orphei nomine, carmen fuit tenebricosum. Appellationes quædam Orphicæ rariores.* Ἱερὸς λόγος *Pythagorei cujusdam. Horum* Μονάς.

Excitat versus hos Aristobulus velut ex Orphei poëmate nobilissimo de diis, cui titulus fuit Ἱερὸς λόγος. Aliquot versus eosdem proferentes Justinus M. Paræn. p. 19. de Monarch. p. 37 d. aliique citati a Fabricio B. G. I. c. 19. p. 121. lectos narrant ἐν Διαθήκαις Orphei: dubitandum non est, quin huc respexerit Theophilus ad Autol. III. p. 268. Τί ὠφέλησαν—
76 Ὀρφέα οἱ τριακόσιοι ἑξήκοντα πέντε θεοὶ, οὓς αὐτὸς ἐπὶ τέλει τοῦ βίου ἀθετεῖ, ἐν ταῖς διαθήκαις αὐτοῦ λέγων ἕνα εἶναι θεόν. Hoc novum fuit commentum de Orpheo sub finem vitæ mutato, (credo, cum a Threïssis mulieribus crudeliter laceratus periret) ut hos scilicet versus cum ejus Theogonia conciliarent. Non absurde conjicit Eschenbachius in Epig. p. 138. τὰς Διαθήκας partem fecisse τῶν Ἱερῶν λόγων. Unicus est in suo genere locus Grammatici in Etymologico M. p. 231, 24.

Οὓς καλέουσι Γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μακάρεσσιν·
Οὕνεκα γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος οὐρανίοιο.

Οὕτως Ὀρφεὺς ἐν τῷ ὀγδόῳ τοῦ ἱεροῦ λόγου. Horum versuum similes præbet Athenagoras: Etymologus ex Oro citat ut Orphei hæc in voce Φάνης p. 787, 29.

τὸν δὴ καλέουσι Φάνητα·
[o] Ὅτι πρῶτος ἐν αἰθέρι φαντὸς ἔγεντο.

Ἱερὸς λόγος, carmen, antiquissimis extitisse videtur temporibus sub Orphei nomine, sed μυστικώτατον (Jamblich. V. P. p. 122.) quo rerum obscuritatem illa verborum adæquabat: ad ænigmata hoc in carmine similibusque sacra solvenda opus erat interprete. Orphica quædam in vetustis Exegeticis explicata fuere: qualia memorantur Clidemi τὸ Ἐξηγητικὸν, citatum ab Athenæo IX. p. 409 f. 410. Anticlidæ, nisi sit idem, XI. p. 473 c. Cornelii Balbi apud Macrobium p. 398. etc. Ritus enim sacrorum et voces in sacris usitatæ tantum his in libris explanabantur, non quævis aliæ. Apud Suidam et Etymologum in Τριτοπάτορες enarratur, ex lib. vi. Atthidis Phanodemi, quinam sic dicantur ἐν τῷ Ὀρφέως φυσικῷ· (φυσικοῖς Etymolog. Ed. et MS.) quibus ista subjunguntur: ὁ δὲ τὸ Ἐξηγητικὸν ποιήσας Οὐρανοῦ καὶ Γῆς φησὶν αὐτοὺς εἶναι. Mystis olim notissimos, nobis Tritopatoras istos aliunde ignotos licet æstimare ex T. H. in Lucian. p. 283 a. Voces ænigmaticas Orphei, τὰ ἰδιάζοντα παρ' Ὀρφεῖ explicuerat Epigenes in libro περὶ τῆς Ὀρφέως ποιήσεως, citatus a Clemente Strom. V. p. 675 f. qui, ut est homo curiosissimæ diligentiæ, illinc nobis profert nonnulla, p. 676.

Κερκίσι καμπυλόχρωσι [τοῖς ἀρότροις. 77
Στήμοσι] τοῖς αὔλαξι.

Μίτον δὲ, ait, τὸ σπέρμα ἀλληγορεῖσθαι, καὶ Δάκρυα Διὸς τὸν ὄμβρον δηλοῦν. Plura sequuntur illic Orphica, quæ absque illo ignoraremus, quæque cum ceteris quæ dixi, aliisque non paucis, locum invenire debebant in Orphicorum editione nova: sed de his nonnulla tractare morte suspicor impeditum Gesnerum, qui Orphica prout decet nugis explosis tractaturo multa se reliquisse peragenda non ignorabat. Cur vero grammatici nostri voces Orphicas pæne nullas nobis exhibent? Quia nullum illi legerunt carmen Orphei genuinum; si quid enim habent hujus generis, ex Exegeticis illud vel Epigenis libello similibusque perantiquis derivasse videntur. Et censeremus nescio quos Judæos, aliorum versuum conditores, Christianos Patres, quos vocant, et Platonicos recentiores legisse genuina vel Orphei, vel Onomacriti carmina, aut certe quæ hi nobis dant velut Orphica ab Onomacrito condita, qui ne hymnos quidem, ut vocantur, legerunt, a Pausania laudatos, p. 770 f. et alibi? Præter hymnos nihil ille, quod meminerim, agnovit tanquam Orphicum, reliquis omnibus longe anteponenda poëmatia. Satis equidem de his, quæ dicuntur Orphei, mirari non possum Gesneri sententiam. Mihique longe

[o] Ὅτι] Impleri poterit versus, si pro ὅτι scribatur cum Sylburgio, Οὕνεκα πάντων π. ε. α. φ. ἔγεντο· horum similia dedit conditor Argonaut. vv. 15, 16. Orphei Μῆτις, Φάνης, Ἠρικεπαῖος ante citatos a Kustero ad Suidam in Φάνης exercuere P. Leopardum Em. XII. c. 2. De his ipsis nugis alia non pauca proferri possent.

sincerius, quam Cudworthi, judicium videtur Jo. Laur. Moshemii in nota 20. ad §. 17. cap. 4. Syst. Intell. p. 345, quem tamen mihi facile apparuit hic subsidiis fuisse destitutum, quibus ingeniose dicta firmaret vir ille minime vulgaris. Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ. Quia mentio facta fuit grammaticorum, sciendum est, ex Orphicis unam vocem μεσόκρανον enotatam in Onomast. Pollucis II. 39. hinc etiam a Gesnero p. 397. : apud Etymologum in Δεκὰς p. 253, 50. vocem Κλᾳδοῦχον, velut nomen symbolicum numeri denarii, forsan et Phanetis : ἡ δεκὰς certe Pythagoreis Φάνης dicebatur : Meurs. Denar. p. 109. Monstrat ista vox Doricam dialectum, qua scribit in poëmatis usum poëtarum antiquissimum Orphea Metrodorus apud Jamblich. de V. P. p. 196. Ecquid, obsecro, Doricum in Orphicis invenitur quæ supersunt? Omnes, scilicet, conspirassent in formis Doricis in vulgares vertendis, qui singuli nobis aliorum Dorica custodiverunt! Sed præterea Κλᾳδοῦχος Orphei, a Meursio prætermissus, ob aliam rationem animadverti meretur. In Orphicis, quæ nobis superesse dicuntur, nihil adeo inesse puto quod numeros spectet, qualia fuerunt in Orphico Pythagoræ, vel Pythagorei vetustissimi, ἱερῷ λόγῳ sive περὶ θεῶν plurima : (vid. Fabricius in B. G. I. c. 19. pp. 118, 119,) cujus auctor sua se testabatur
78 edoctum ab Orpheo. Nihil impedit initium operis posuisse ex Jamblicho de V. Pyth. p. 123, hic illic emendatius mea quidem sententia scriptum, quam fuit ab aliis : ΙΕΡΟΣ ΛΟΓΟΣ—

[p] Ὅδε περὶ θεῶν Πυθαγόρα τῶ Μνασάρχω, τὸν ἐξέμαθον ὀργιασθεὶς ἐν Λειβήθροις τοῖς Θρᾳκίοις, Ἀγλαοφάμω τελετὰς μεταδόντος. ὡς ἄρα Ὀρφεὺς ὁ Καλλιόπας κατὰ τὸ Πάγγαιον ὄρος ὑπὸ τᾶς ματρὸς πινυσθεὶς ἔφα· τὰν ἀριθμῶ [q] ὡσίαν ἀΐδιον ἔμμεν,

[p] Ὅδε περὶ θ. Sermo sacer *hicce de diis est Pythagoræ Mnesarchi F.* Literæ ὅδε male fuerant in ὁ δὲ distractæ : variorum hic errores attingere necesse non est : vidit partem veri optimus ille nostras Lamb. Bos in Animadv. ad Jambl. p. 53. Suam monstrat antiquitatem nomen auctoris sic libello præmissum ; quod et in ultimo libro ponere solitos liquet ex his Dionis Chrys. p. 555 d. mirati, nusquam poëmatis nomen apposuisse Homerum, καίτοι τῶν ἄλλων— καὶ πρῶτον καὶ τελευταῖον τὸ ἑαυτῶν ὄνομα συγγραφόντων, πολλῶν δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς λόγοις τε καὶ ποιήμασιν, ὥσπερ Ἑκαταῖός τε καὶ Ἡρόδοτος καὶ Θουκυδίδης· hæc prostant : ex Demetrio περὶ Ἑρμηνείας §. 2. didici, Milesium Hecatæum, ab Herodoto forsan acerbius vituperatum quam oportebat illius opere adjutum,—Hecatæum sic inchoasse suam historiam : Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθέεται, *sic narrat H. M.* Primæ comœdiæ versus fuit primus : Ἀκούετε λεῴς, Σουσαρίων ταδὲ λέγει· quem præbet, præter alios, Stobæus pp. 422, 44. dat et hoc p. 434, 29. Καὶ τόδε Φωκυλίδεω. Notum illud ex v. 20. Theogn. Θεύγνιδος ἐστὶν ἔπη. Scriptor sapientissimus librum suum, cujus tantum legimus epitomen, sic fuerat orsus : Παλαίφατος τάδε περὶ ἀπίστων συγγέγραφα· illic vide notam Th. Gale. Sic in oraculis dii quoque loquebantur et deorum interpretes. Τάδε λέγει ὁ Ζεύς. ὁ τοῦ Διὸς σημαίνει. Τάδε λέγει Ἄμμων. eædem erant in oriente formulæ loquendi.

[q] Neminem arbitror dubitaturum, quin recte restituerim pro vulgatis οὐσίαν ἀΐδιον εἶναι μὲν formas legitimas. In his autem, si sunt ab Orpheo tradita, multo rectius quæsivissent Orphei τὸν ἕνα θεὸν, τὸν ἐπὶ πάντων. In talibus certe Pythagoreorum dictis Deum verum quæsivere nonnulli : Athenagoras

ἀρχὰν προμαθεστάταν τῶ παντὸς ὠρανῶ, καὶ γᾶς, καὶ τᾶς μεταξὺ φύσιος· ἔτι δὲ καὶ θείων καὶ θεῶν καὶ δαιμόνων διαμονᾶς ῥίζαν.

Infra Jamblichus p. 127. Orphei Pythagoram narrat fuisse ζηλωτὴν *in cogitandi scribendique ratione, nec non in deorum cultu:* 79 postea, Pythagoram sacram suam didicisse philosophiam partim παρὰ τῶν Ὀρφικῶν, partim παρὰ τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων. Sed et Orpheus ipse sua, (nec de Thrace mirandum, cum origine Thraces fuerint Ægyptii,) hausisse dicitur ex Ægypto: vid. Diodor. Sic. I. c. 23. c. 92. inprimis cap. 96. III. c. 64. IV. c. 25. conf. V. c. 49. c. 64. c. 75. Ægyptii sua non pauca censentur ab Hebræis accepisse, atque isthac via credat forsan aliquis verum Orpheo Deum Hebræorum innotuisse, quod supra negabam. Hic in scopulum prope incidissem, qui facile poterit evitari, si vere dixero gentem Ægyptiacam, in religione supra reliquas dementem, reliquas omnes, Hebræos præsertim, stulta superbia prorsus habuisse despicatui.

XXVI. *Suspicionem fraudis in Orphicis versibus aliisve fingendis cadere non posse in Eusebium, cujus scopus indicatur quis fuerit in Præparatione Evangelica.*

Non patiar occasionem mihi elabi nonnulla pro Eusebio dicendi, quem in Orphicis Aristobuli fraudis habuit Gesnerus suspectum. Ut fundamentum habeat suspicio, voluisse censendus est Eusebius, quod hic Aristobulus, atque ex illo nobis alii narrant, Orphei fuisse hanc sententiam, ἕνα εἶναι θεὸν, sive, ut ille loquitur, ἐπὶ πάντων εἶναι τὸν θεόν. Atqui vero hoc ipsum Eusebius alibi non negavit tantum, sed data opera multis falsum esse demonstravit. Ut intelligatur quid velim, res videtur altius repetenda. Est opus Eusebii refutatio triplicis Gentilium systematis theologici. Multa lib. i. Præp. Evang. habet Eusebius Philonis

p. 25, ubi Lysis Deum dicitur definivisse ἀριθμὸν ἄρρητον· legendum est ῥητὸν, *numerum certum:* vid. in Stobæi Ecl. p. 16. Eurysus, p. 80. Archytas, Justin. M. in Paræn. p. 20 e. Pythagoras τὴν Μονάδα ἀρχὴν ἁπάντων λέγων etc. habet tum verba quædam velut Pythagoræ ab aliis postea sæpe repetita, de quibus valde dubito sintne illius, an ipsi forsan ab Aristobulo supposita: sunt in eam rem Pythagoreorum aptiora longe, quæ hic exponi commode nequeunt: Philolaus (in Miscell. Obs. VII. p. 184.) τὰν ὠσίαν τῶ ἀριθμῶ esse dixit ἐν τᾳ δεκάδι· ubi paulo post scribendum κοινωνοῦσα καὶ τᾶς τετράδος· conf. Plutarch. II. p. 876 e. Philon. Jud. p. 670 e. jocum Luciani tom. i. p. 543. Meursii Denar. p. 55. Dicebatur ab iisdem ἡ Μονὰς et τὸ ἓν ἀρχὰ πάντων· ut Philolao ap. Jamblich. in Nicom. p. 109. Philon. Jud. p. 23 a. Ἐστὶν ἡγεμὼν καὶ ἄρχων ἁπάντων θεὸς, εἷς ἀεὶ ὢν, μόνιμος, ἀκίνητος, αὐτὸς αὑτῷ ὅμοιος, ἕτερος τῶν ἄλλων. Hæc est μία ἀρχὰ πάντων ἀγέννατος Timæi ap. Clem. Alex. p. 718, 15. Thearidæ μία τῶν ὄντων ἀρχὰ, ibid. p. 728, 24. ἀρχὰ ἀγέννατος καὶ αὐτοτελὴς Aristæi Stob. Eclog. p. 45, 33. hinc emendanda sunt Athamantis verba in Clem. Alex. p. 746, 22. Integros hos fontes nunquam adiit Jacob. Bruckerus, philosophiam tradens Pythagoræ, eumque nobis pingens e fabulatoribus recentioris ævi. Certe ne semel quidem genuinas veterum librorum reliquias istas laudat, a librariis, quod fatendum est, valde vitiatas.

Byblii p. 31—42, quibus Pherecydæ fit et aliorum theologorum mentio, nusquam tamen Orphei. Lib. iii. p. 83. et seqq. Plutarchi verba describit ex opere perdito, quærentis sub fabulis abscondi-
80 tam τὴν παλαιὰν φυσιολογίαν, illam fabuloso velamine tectam, δῆλόν, inquit p. 83 c., ἐστιν ἐν τε τοῖς Ὀρφικοῖς ἔπεσι, καὶ τοῖς Αἰγυπτιακοῖς καὶ Φρυγίοις λόγοις, quibuscum conf. Plutarch. tom. ii. p. 415 a. Hæc et quæ sequuntur alia Manethonis, Porphyrii, Plutarchi, postquam egregie confutavit Eusebius, redit ad Porphyrium p. 100, secundum quem de Jove, velut *anima mundi*, ἐν μὲν ταῖς θεολογίαις ταύτῃ—παραδεδώκασιν οἱ τὰ Ὀρφέως εἰπόντες,

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕστατος, ἀρχικέραυνος
Ζεὺς κεφαλή, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκτο·
Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄφθιτος ἔπλετο νύμφη.

Leguntur illic de Jove, non adeo velut *anima mundi*, sive instar spiritus hanc molem agitante, sed tanquam ipso universo, cujus partes diversæ sint velut totidem membra Jovis; de tali Jove mirifico leguntur illic triginta duo versus, a Christianorum osore excitati, nec a Christianis certe conficti, nisi fingere voluisse videantur irridenda sibi, sed Christiano nomine probabiliter antiquiores; qui duobus auctiores aliunde petitis legi possunt et in Orpheo Gesneri pp. 366, 367. Versus istos hic non exigam. Miror equidem de istis quindecim adhibuisse Rad. Cudworthum S. I. c. 4. §. 17. pp. 349, 351, alios item octo p. 348. eodem in loco usurpatos a Proclo, ut ostenderet, *Orpheum unum infinitum —Deum—conditorem omnium* etc.—*credidisse*; ante tamen fatetur, *hoc inprimis aures offendere, quod Jupiter et vir et immortalis dicitur puella:* minuit offensionem qui commodum venit in mentem [r] Ἀρρενόθηλυς. Sed mirari satis nequeo neque Cudwortho neque ejus interpreti Moshemio refutationem animadversam, quam dedit istorum Porphyrii ejusque Orphei Eusebius, præ-
81 sertim p. 102 et 103. Primum inquirit, qualem tandem versus isti nobis Jovem expingant. Ego quidem, ait, nihil aliud (οὐδὲν ἄλλο scrib.) arbitror nobis expingi, nisi *mundum spectabilem*, τὸν ὁρώμενον κόσμον, ἐκ παντοίων συνεστῶτα τῶν μερῶν etc. enarrata tum versuum aliquot ex istis sententia, modeste, qui mos est Eusebii, disputantis etiam cum Porphyrio, ταῦτα δ', ait, ἄντικρυς

[r] Jupiter, quantum recordor, non erat Orphicis ἀρρενόθηλυς, sed Φάνης. Teste Plutarcho Sympos. II. d. 636 d. omnia secundum τὸν Ὀρφικὸν καὶ ἱερὸν λόγον prodiisse dicebantur ex *ovo*: primus omnium Φάνης· minime vulgaria dedit Wesseling. in Diodor. Sic. I. pp. 32, 57. in ovo fuit ζῶόν τι ἀρρενόθηλυ—ὃν Φάνητα Ὀρφεὺς καλεῖ, ὅτι etc. Clement. Homil. VI. §. 5. ubi §. 12. *ovo disrupto* ἀρρενόθηλυς ἐξέθορε Φάνης. *Recognit. Clement.* X. c. 17. *Aiunt —primo omnium chaos fuisse—in ovi formam collectum—disrupto globo—processisse masculo-feminam—Phaneta.*—Apud Porphyrium Euseb. Præp. III. p. 109 d. Διόνυσος—θηλύμορφος indicat τὴν—ἀρρενόθηλυν δύναμιν. Is idem cum Phanete secundum Orphicorum scriptorem apud Macrob. ed. Gesneri p. 371, 3. Marcionis et Valentini θεὸς ἀρρενόθηλυς vapulat Gregor. Nazianzeno Or. XXXVII. p. 596 d. quem conf. Or. XLV. p. 719 a.

τὸν ὁρώμενον ὑποφαίνειν ἡγοῦμαι κόσμον, εἰ μή τι καὶ σφάλλομαι, καὶ τὸ ὅλον ἐκ μερῶν συνεστὼς διδάσκει. λέγει δ' οὖν,

Πάντα γὰρ ἐν μεγάλου Ζηνὸς τάδε σώματι κεῖται.

καὶ τίνα τὰ πάντα διασαφεῖ,

Πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα, καὶ αἰθὴρ etc.

Paulo post versuum pater istius *Jovis mentem* vocasse videtur Eusebio, et recte videtur, *Æthera*, νοῦν τοῦ Διὸς εἶναι λέγων αἰθέρα, in his, quæ reponit ibidem;

[s] Νοῦς δ' [imo leg. Νοῦς δέ οἱ] ἀψευδὴς, βασιλήϊος, ἄφθιτος αἰθὴρ,
ᾧ δὴ πάντα κυκλοῖ καὶ φράζεται·

ex dictis jure conficit Eusebius, absque ullis verborum involucris expictum in istis versibus Jovem, velut ingens animal animatum, cujus mens sit Æther, corpus constet ceteris partibus universi. Sed ista Porphyrio movendo nondum satis apta videbantur; nam explicans Orphica primum dixerat, ut oportebat ad mentem poëtæ: Ζεὺς οὖν ὁ πᾶς κόσμος, ζῶον ἐκ ζώων, καὶ θεὸς ἐκ θεῶν: quibus vere dicitur ab Eusebio Porphyrius σαφῶς τὸν θεολογούμενον Δία οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν ὁρώμενον καὶ αἰσθητὸν κόσμον δηλοῦσθαι διὰ τῶν ἐπῶν ἑρμηνεύσας. Hac in re sequutus ab Eusebio dicitur Orpheus Ægyptios. Sed Porphyrius, qui facile intelligebat Judæorum Christianorumque Deum, universi conditorem, solum esse Dei nomine dignum, propter alias rationes, hic non 82
memorandas, aversus a Christianorum sui temporis placitis, Deum illum verum quæsivit in istis Orphicis, velut absconditum sub imagine humana. Verba dat Eusebius Porphyrii p. 101 c.d. ejus sententiam illinc eductam p. 103 b. Ad primam interpretationem dicitur adposuisse secundam ἐξ αὐτοῦ *ex se*, non ex verbis erutam poëtæ, hanc nempe: τὸν τῶν ὅλων ποιητὴν θεὸν, τὸν δημιουργὸν νοῦν τοῦτον φάσκων εἶναι τὸν τεθεολογημένον. Ad hæc egregie respondet Eusebius: πῶς δ' ἂν αὐτὸν τοῦτον ἐθεολόγει, ὃν μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἔγνω ὁ τῶν ἐπῶν ποιητὴς, εἴτε ὁ Θρᾶξ εἴη Ὀρφεὺς, εἴτε τις ἄλλος. *Quomodo vero de hoc ipso Deo, quem prorsus ignorabat, verba faceret versuum horum poëta, sive sit Thrax Orpheus, seu alius? siquidem is scientiam suam theologicam acceperit ab Ægyptiis aut a Græcis antiquioribus, quos ostendimus ante nihil agnovisse*, νοητὸν, *spirituale vel incorporeum, sed velut deos coluisse Solem, Lunam, Terram, Astra, Cœlum.* Hinc primum liquet ve-

[s] Νοῦς δέ οἱ ἀ.] Recte primam in his vocem tuetur Gesnerus, quod non animadvertit minimum quinquies repetitam in Eusebianis, illa nitentibus p. 100 d. 102 d. 104 a. πῶς ὁ αἰθὴρ Νοῦς, p. 105 a. 108 c. Nisi paulo post hujus monstri divini Διὸς οὖας *auris* esset memorata, speciosissima fuisset amici mei A. Heringæ conjectura: Οὖς δέ οἱ ἀψευδὴς, βασιλήϊος· et certe poëta multo rectius *Aures veraces ac regias* dixisset, quam *mentem*. Dicere pæne prætermiseram, secundo horum versuum non κλύει sed bis terve præbere Eusebium (p. 102 d. 108 c.) κυκλοῖ· quod sincerum arbitror. *Purus Æther—est ipsi mens regia, qua versat omnia consideratque:* κυκλεῖ si quis malit, est et hoc in Euseb. p. 100 d. vid. Thomas M. in v.

rum esse quod supra dicebam;—præterea suspicioni Gesneri de mala fide Eusebii in versibus Orphicis, quos ab Aristobulo factos statuo, velut omni fundamento destitutæ, nullum relictum esse locum, quia systemati Eusebiano hac in Evangelica Præparatione planissime repugnat. Quomodo namque qui totidem verbis ait Orpheo Deum verum incognitum fuisse, ulla specie censeretur versus fingere voluisse, quibus contrariam opinionem suæ firmare videretur. Dedit illic nobis Aristobuli verba, hujus aliorumque alibi, ut, quid Judæi, quid Gentiles senserint, ex ipsis eorum verbis intelligeretur. Fideliter autem in his versatus, nullius, ut arbitror, vel tantillæ fraudis literatæ debet esse suspectus. Excerpta de libris, qui supersunt, ad hos comparanti licebit æstimare quam curam adhibuerit in perditis; quorum suspicor nonnullos pæne integros nobis in isto thesauro custoditos. Optandum foret, ut hujus quoque Præparationis Evangelicæ vulgatis meliorem nobis editionem, quibus tam multa debemus, Sodales Parisini pararent ex familia S. Benedicti nobilissima; in qua, præter cetera, capitum omitterentur pleraque lemmata, et quæ quidem sunt Eusebii distinguerentur accuratius ab aliorum verbis; cujus rei neglectus errores sæpe peperit hominum eruditissimorum, quæ sunt aliorum ut Eusebiana citantium, pueriles.

83 XXVII. Οἱ τὰ Ὀρφέως εἰπόντες *a Porphyrio memorantur. Orphei poëma se legisse negat Herodotus. Orphica quædam Pythagoreorum Dorice scripta. Vetera poëmata quædam sub Orphei nomine lecta a Platone et aliis. De Orphicis, quæ supersunt, judicium.*

Inter libellos, quos pæne integros operi suo intertexuit Eusebius, est et a p. 97 d. ad p. 118. Porphyrii περὶ ἀγαλμάτων, *apologia pro simulacris Deorum;* e qua derivati quoque sunt Orphici versus, de quibus egi. Ut nullius mihi fraudis est in his adulterandis interpolandisve suspectus Porphyrius, sic acerrimi Christianorum hostis verba fideliter descripta nobis exhibet Eusebius, in Porphyrio refutando tanta versatus ubique modestia, ut laudabile præbeat omnibus, quod imitemur, exemplar. Quæ hinc attigi supra, nonnulla præbet eadem atque ex eodem Porphyrii libro sumta Stobæus. Ex libro περὶ ἀγαλμάτων esse quæ leguntur in Eclogis Canteri Stobæanis prima monstrant Codd. MSS. adhibiti a Th. Galeo ad Cornuti de N. D. c. ii. p. 143. et viro doctiss. in Miscell. Obs. vol. vii. p. 191. Quos præbet illic versus, non Orpheus ipse scripsisse, sed, quod inprimis est notatu dignum, a Porphyrio dicuntur scripsisse Οἱ τὰ Ὀρφέως εἰπόντες· Euseb. p. 100 a. Eadem saltem usos vellem formula Proclum ceterosque recentiores Gentiles, qui suis tenebricosis philosophematis toties poëtarum patris Orphei nomen confidenter prætexunt, atque ex veterrimi theologi nomine quærunt auctoritatem. Οἱ τὰ Σωκράτους εἰπόντες et οἱ τὰ Πυθαγόρου a quo tandem

Socrates ipse diceretur et Pythagoras? a me quidem hac formula Pythagorei, Plato, Xenophon, quique alii præceptoris dicta retulerunt in commentarios, intelligerentur. Orphica quæ ferebantur suo tempore placita novit Herodotus; sed Homeri Hesiodique poëmatis antiquiora atque adeo Orphei poëmata se legisse negat. Non dubitanter ex MSS. restituenda sunt ista Herodoto II. c. 81. ὁμολογέει δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι [καὶ Βακχικοῖσι, ἐοῦσι δὲ Αἰγυπτίοισι] καὶ Πυθαγορείοισι· quia suo se colore commendant, et manifesta est ratio cur a librariis omitti potuerint. Sed Orphei non videbantur ista Herodoto; nam paulo ante dixerat II. c. 53. primos Hesiodum et Homerum Græcis suis condidisse Θεογονίην, quique illis dicerentur esse antiquiores poëtæ, sibi saltem utroque videri recentiores. Ut in priori loco, δόγματα Ὀρφικὰ ἢ Πυθαγορικὰ junguntur a Plutarcho tom. ii. p. 635 e qui, Pythagoreorum memorata sententia, tom. 84
ii. p. 888 f. ταῦτα, inquit, τὰ δόγματα ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς φέρεται. Onomacrito, quem illa versibus illigasse narrant, præter ceteros Scholiastes in Aristidis Miltiadem in codice clar. Burmanni MS. ὁ Ὀρφεὺς πρὸ Ὁμήρου γέγονε, τὰ δὲ δόγματα Ὀρφέως Ὀνομάκριτος μετέβαλε δι' ἐπῶν. Onomacrito non valde honorificum præbet Herodotus testimonium VII. p. 508. Verisimilius quidem quod Grotius scribit de Pythagoreis, quam quod de Pythagora tradit Ion Chius apud Diogen. Laërt. VIII. 8. Grotius in Prolegom. ad Stobæum p. xi. et in notis ad Exc. de Rer. Nat. lib. i. tit. xiii. quæ Orpheo inscribuntur et Lino *haud dubie esse Pythagoricorum* existimat, qui illorum nomina libris suis imposuerint. De versibus aliquot sub Lini nomine vulgatis in Stobæi Eclog. Grotii p. 151, 153. Florileg. p. 37. hoc ut verum sit, et de perpaucis ibid. p. 339. lectis velut Orphei, sic de plerisque reliquis, qui hoc tempore quo vivimus sub hoc nomine prostant, causæ nihil video, cur illos quis censeret scriptos a Pythagoreo, quum nihil adeo contineant ad vitam hominum moresque formandos, et plerique ejusmodi sint argumenti, ut mihi quidem ex ista schola philosopho videantur indigni. Quandoquidem vero Pythagoras videri volebat Orphicis initiatus mysteriis, Orphicam certe probabat vivendi philosophandique rationem; Δωριστὶ scriptus fuit, ut opinor, oratione soluta, quod et a Fabricio fuit animadversum, Ἱερὸς λόγος περὶ θεῶν ab aliquo discipulorum Pythagoræ, nomine præceptoris, qui complectebatur Orphica Pythagoræ dogmata. Præterea sub Orphei nomine jam antiquissimis temporibus vel ab Onomacrito vel ab aliis condita videntur aliquot poëmata, Hymnorum, Ἱεροῦ λόγου, Θεογονίας, Φυσικῶν, aliisque nominibus insignita, a perpaucis illa, quod mirandum est, veterum adhibita, sed jam a Platone. Non enim tantum Orphei meminit aliquoties, vitæque secundum Orphei disciplinam institutæ, de LL. VI. p. 782 c. sed et Hymnorum Orphei de LL. VIII. p. 829 d.e. ubi vetat ᾄδειν ἀδόκιμον μοῦσαν, —μηδ' ἂν ἡδίων ᾖ τῶν Θαμύρου τε καὶ Ὀρφείων Ὕμνων. Longe antiquior Platone Terpander musicus

suis in carminibus, sub teste Glauco, a Plutarcho tom. ii. p. 1132 f. traditur æmulatus Homeri quidem verba, sed numeros Orphei: ἐζηλωκέναι Ὁμήρου μὲν τὰ ἔπη, Ὀρφέως δὲ τὰ μέλη· diciturque is p. 1132 c. suis et Homeri versibus μέλη περιτιθεὶς *modos adjunxisse musicos.* Sed, velut Orphei, Plato tres exhibet versus, duo suavissimos, ex Theogonia probabiliter sumtos, tom. ii. p. 66 c. tom. i. p. 402 c. quos editio præbet Gesneri p. 379; atque illic omissum, nescio cujus carminis fragmentum, de LL. II. p. 669 d. ἀνθρώπων ὅσους φησὶν Ὀρφεὺς λαχεῖν ὥραν τῆς τέρψιος. Sed est et alius præterea locus, ex quo colligas tempore jam Platonis sub Orphei Musæique nominibus venerandis nugaces
85 Athenis fuisse libellos, quibus abutebantur veteratores, superstitiosis non in hac tantum vita quævis commoda, quibus, ut fit, ipsi tamen carebant, polliciti, si se præberent certis ritibus secundum istos libros initiandos. Locus est de Rep. II. p. 364 e. Βίβλων ὅμαδον παρέχονται Μουσαίου καὶ Ὀρφέως, Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐκγόνων, ὥς φασι, καθ' ἃς θυηπολοῦσι, etc. Hi erant Ὀρφεοτελεσταὶ dicti a Theophrasto Char. Eth. c. xvii. Athen. V. p. 198 e. Plutarcho tom. ii. p. 224 e. quocum conf. Diogen. Laërt. VI. 4. Hos digito tantum attigit ad Theophrastum et Athenæum Is. Casaubonus. Nunc nobis satis sit unius ferme Platonis hac in re fecisse mentionem. De carminibus Orphicis quæ supersunt amici quidam mei quia benigne judicant, quid sentiam premere decrevi: hoc tamen unum dicere liceat. Hymnos qui vocantur ut multis modis meliora, sic et mihi semper visa poëmatia ceteris longe antiquiora. Carminum perditorum reliquiæ, maximam jam partem in Poësi Philosophica collectæ ab H. Stephano anno 1573. post longum intervallum iterum anno 1702. ab Andr. Christ. Eschenbachio in Epigene, nuperque adeo a Gesnero insignibus augmentis ditatæ, sunt profecto tales pleræque, ut in illas non facile dixerim, quod in fabula Phædri dicebat anus ad amphoram. Et is ipse tamen reliquias carminum Euripidis, Sophoclis, Callimachi, philosophorum antiquiorum Platone, oratorum, historicorum, cum harum rerum amatoribus ceteris facio sanequam permagni. Orpheæ veteris illius si quid his inesset suavitatis, et in pusillis jucundus tamen esset odor. Sed si quid inest tale his ἀποσπασματίοις, est illud, opinor, perpauxillum, aliis etiam partim contribuendum. Monuit vir summus in Lucian. p. 415. *Orpheo sæpe versus adscribi, qui a plerisque Empedocli tribuuntur.* Unicum nunc tantum exemplum pono, quod inter ἀποσπασμάτια collocavit ultimum Gesnerus p. 411. ex Schol. in Aphthon. MS.

Ἐν θήρεσσι λέοντες ὀρειλεχέες χαμαιεῦναι
γίνονται, δάφναι δ' ἐν δένδρεσιν ἠϋκόμοισιν.

Versus sunt Empedoclis, et sub hujus nomine recte leguntur apud Ælian. de N. A. XII. c. vii. ubi versu 2 melius ἐνὶ, versu primo deterius scribitur Ἐν θηρσὶ δὲ λ. Quæ quidem ex Proclo

pleraque similibusque leguntur, sunt illa certe perexigui momenti, nec Onomacrito neque proximis aliquot seculis digna. Hominum ecclesiasticorum fide quæ sola nituntur, illa pleraque suspecta, mihique videntur ab Aristobulo Judæo vel hujus similibus conficta. Hanc in rem alibi jam dicta sunt nonnulla; quique nimis multa dixisse forsan videbor de Orphicis, versus istos, quosque alios ipsi deberi suspicor, nunc missos faciam tanquam fraudis manifestos.

XXVIII. *Quid in Arateis se mutasse fateatur Aristobulus. Ex* 86
hujus sententia scopus legis Mosaïcæ. De septimo dierum dicta.

Orphicis Eusebii subjungit Aristobulus p. 666. novem Arati versus, initium nobilissimi carminis: Καὶ Ἄρατος δὲ, inquit, περὶ τῶν αὐτῶν φησὶν οὕτως,

> Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν
> ἄρρητον· μεσταὶ δὲ Θεοῦ πᾶσαι μὲν ἀγυιαί.

Hoc in versu nomini Διὸς, *Jovis*, substituit Judæus Θεοῦ· versu quoque quarto posuit

> πάντη δὲ Θεοῦ κεχρήμεθα πάντες·
> τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν·

dubito reliqueritne primo versu Ἐκ Διὸς, an hic quoque posuerit Ἐκ Θεοῦ ἀρχώμεσθα· scripsit suum poëma Aratus tempore Ptolemæi Philadelphi, quo sua carmina condidit præter ceteros amicus Arati Callimachus, neque his minus erat sub Philometore notum eruditis Alexandrinis. Quid itaque noster? adeone fraudem pueris etiam Alexandrinis perspicuam, quotidie canentibus

> Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, καθὼς ἔκρινεν Ἄρατος,

Judæus admisisset Aristobulus, quæ prolato libello mox confutari potuerat, suique seculi hominibus persuasum voluisset istis in versibus Aratum non Jovis, deorum patris, nomen ter posuisse repetitum, sed, *veri Dei*, bis minimum θεοῦ meminisse, cujus θεοῦ non Judæi soli, sed, quam late patet orbis, universi mortales—γένος ὑπάρχοντες, ἐν αὐτῷ ζῶμεν· nam quod Aratus,

> Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν·

alii quoque libenter agnoscebant; admirator etiam Epicuri Lucretius II. 990:

> cœlesti sumus omnes semine oriundi;
> Omnibus ille idem pater est:

idcirco, quod ad Herodotum monui p. 307. Παπαῖος dictus Scythis, non adeo barbaris, quam vulgo videbantur Græcis. Nihil minus voluit persuasum Aristobulus, qui multo tutius Orpheo, Lino, Homero, Hesiodo versus poterat integros adfingere, quam 87
vel unam voculam Arato. Hoc pulcre noverat. Itaque ipsemet paulo post significat se de versibus sustulisse τὸν Δία· atque hic non verbum, sed mentem expressisse poëtæ *verum Deum* cogi-

tantis, dum cum æqualibus *Jovis* nomen usurpabat. Hæc mihi sententia latere videtur in proximis apud Eusebium, p. 666 d.

> Σαφῶς οἶμαι δεδεῖχθαι, ὅτι διὰ πάντων ἐστὶν ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ· καθὼς δὲ δεῖ [t] σεσημάγκαμεν περιαιροῦντες τὸν διὰ τῶν ποιημάτων Δία καὶ Ζῆνα· τὸ γὰρ τῆς διανοίας αὐτῶν ἐπὶ Θεὸν ἀναπέμπεται· διόπερ οὕτως ἡμῖν εἴρηται.

Quod addit post pauca, prorsus est egregium; sed hic intermedia quædam, excerpente, sæpius etiam verbose dicta contrahente, suspicor ab Eusebio prætermissa, de quibus ista pendebant:

> Πᾶσι γὰρ τοῖς φιλοσόφοις ὁμολογεῖται, ὅτι δεῖ περὶ Θεοῦ διαλήψεις ὁσίας ἔχειν, ὃ μάλιστα παρακελεύεται ἡ καθ' ἡμᾶς αἵρεσις. Ἡ δὲ τοῦ Νόμου κατασκευὴ πᾶσα τοῦ καθ' ἡμᾶς περὶ εὐσεβείας τέτακται καὶ δικαιοσύνης καὶ ἐγκρατείας καὶ τῶν λοιπῶν ἀγαθῶν τῶν κατ' ἀλήθειαν.

Mentem etiam Mosaïcæ legis, quod fatendum est, satis bene Judæus expressit Aristeas in istis, quæ facit Eleazarum Hierosolymitanum ad se dicentem (nam se quoque Gentilem fingit Aristeas, semi-Judæum tamen,) et ad Andream τὸν ἀρχισωματο-
88 φύλακα, a rege legatos ad pontificem, p. xvi—xx. His vero perpaucis verbis animam religionis, ab operimento semotam, complexus Aristobulus verbis sat claris innuit totam legem istum habere finem et scopum, ut hominem doceat officia præstanda

I. Deo,
II. Hominibus,
III. Sibimet ipsi.

Quam patriam sibi philosophiam, præsertim diebus sabbati non inertiæ sed huic a Moyse curæ dicati, suos gentiles et olim excoluisse, et in proseuchis etiam nunc excolere scribit Judæus

[t] Σεσημάγκαμεν· *indicavimus, expressimus,* alio nempe vocabulo, Jovi *Deum* substituentes. Infra Aristobulus p. 667 c. σημαίνει γὰρ—ὡς ἐποίησε. Judæus Aristeas p. v. de veteri Legis versione, ἀμελέστερον σεσήμανται· et Josephus Ἀρχαιολ. p. 588. libros istos συμβέβηκεν ἀμελέστερον—σεσημάνθαι. Archytas περὶ σοφίας MS. δι' ὧν (τῶν φθόγγων) τὰ ὀνύματά τε καὶ ῥήματα τυπούμενα σαμαίνεται. Deest in ed. Galei Amstelod. p. 733. vox τυπούμενα. Dixi plus semel Aristobulum eleganter Græce scribentem; ut Judæum scilicet, in libris Græcorum exercitatum, sed in quo tamen sæpe peregrinum quid agnoscas. Exemplo sit hoc ipsum σεσημάγκαμεν· formam istam legitimam scriptor Atticus, ut suspicor, non adhibuisset, nec tamen respuebant aures istæ castigatæ πέφαγκε· ἐκπέφαγκεν, oblatum a codicibus, Aristidæ, Atticistæ puro, restituendum tom. ii. p. 86. v. ult. nesciit Jebbius, his libris edendis impar. Ejusdem analogiæ formas εὔφραγκα, πεπέραγκα, μεμάραγκα, τεθέρμαγκα non recepit usus Atticorum: scribebant illi εὐφρᾶναι. μαρᾶναι· περᾶναι· et libentius tamen σημῆναι· θερμῆναι· quam σημᾶναι· θερμᾶναι. Adeo verum est quod scribit Dan. Heinsius in I. Rutgersii V. L. p. 407. "Ita delicatæ Atticorum aures sunt, ut ejusdem sæpe vocis alia amplectantur alia aversentur tempora: sic hoc dicentes, —*asperum, pater, hoc est, aliud lenius sodes vide.*"

Philo de Vita Mos. lib. iii. p. 685 c.d.e. et proseuchas nihil aliud esse, nisi διδασκαλεῖα φρονήσεως καὶ ἀνδρείας, καὶ σωφροσύνης, καὶ δικαιοσύνης, εὐσεβείας τε καὶ ὁσιότητος καὶ συμπάσης ἀρετῆς, ᾗ καταvοεῖται καὶ κατορθοῦται τά τε ἀνθρώπεια καὶ θεῖα· conf. p. 1178. Has virtutes, sive triplex quod dicebam genus, lege Moysis doceri monent Eleazarus in 4 Maccab. v. 18. et, ne Josephum dicam in fine lib. ii. c. Apion. hic Aristobulus, significatum vocibus *pietatis, justitiæ, temperantiæ*; reliquis, τῶν λοιπῶν ἀγαθῶν τῶν κατ' ἀλήθειαν, omne genus virtutum intelligit ex isto triplici fonte manantium: τὰ ὄντως ἀγαθὰ dicebantur a philosophis: τὸ ἐὸν et τὴν ἀληθηΐην permutat inter se, ut ejusdem significatus voces, Herodotus. Quod hic primum ponit de philosophis, nec paucis pertractari potest, neque hujus est instituti. Istis proxima prætermissa sibi significat Eusebius, hac formula sequentibus præmissa: Τούτοις ἑξῆς μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει,

> Ἐχομένως δ' ἐστὶν ὡς ὁ Θεὸς τὸν ὅλον κόσμον κατεσκεύακε, καὶ δέδωκεν εἰς ἀνάπαυσιν ἡμῖν διὰ τὸ κακόπαθον εἶναι πᾶσι τὴν βιοτὴν ἑβδόμην ἡμέραν, ἣ δὴ καὶ πρώτη φυσικῶς ἂν λέγοιτο φωτὸς γένεσις, ἐν ᾧ τὰ πάντα συνθεωρεῖται.

In his, quas absorptas a vicinis suspicor, duæ poterunt syllabæ restitui, atque adeo scribi, ὡς ὁ Θεὸς, ὃς τὸν ὅλον κόσμον κατεσκεύακε, — et τὴν ἑβδόμην ἡμέραν· quanquam hic etiam omitti potuit articulus, ut omittitur, ubi hæc et sequentia quædam Aristobuli non nominati transcribit Clemens Alexandrinus, sic tamen ut pleraque in alium locum rejecerit, ubi auctoris, cui debebat illa, nomen adponere Clemens itidem fuit oblitus. Hæc posuit in explicatione, quam dedit satis mirificam, Decalogi: Decalogum autem spectare hæc mihi quoque videntur Aristobulea, *de uno Deo universi conditore, deque diei septimi sancta quiete*, quæ duo erant non postrema religionis Judaicæ capita 89
cum Gentilibus controversa, atque adeo præ ceteris ab Aristobulo pertractanda. Clemens in explicatione sua Strom. VI. p. 810, 3. primum ponit ista: [u]Τρίτος δέ ἐστι λόγος, ὁ μηνύων γεγονέναι πρὸς τοῦ Θεοῦ τὸν κόσμον, καὶ δεδωκέναι ἀνάπαυσιν ἡμῖν ἑβδόμην ἡμέραν, διὰ τὴν κατὰ τὸν βίον κακοπάθειαν.

[u] Τρίτος] Neque, opinor, hoc in τέταρτος mutandum est, nec deest quidpiam. Non nescio cur viri docti aliter censuerint. Sed manifestum erit attendenti, quæ nobis duo habentur, præcepta Decalogi prima dici a Clemente πρώτην τῆς Δεκαλόγου ἐντολὴν, p. 809, 18. quod nobis tertium dicitur a Clemente vocari τὸν δεύτερον Λόγον, 809, 24. quartum a Clemente τρίτον λόγον p. 810, 3. Nobis tamen quintum, multis interjectis, est in ejus etiam edd. ὁ πέμπτος λόγος, p. 816, 2. Sequentibus numeros non adponit.

XXIX. *Aristobuli non nominati verba de die septimo piis emblematis Clemens Alexandrinus interpolavit.*

Hic operæ mihi pretium videtur monstrare, quo pacto Judæi Aristobuli verba quædam emblematis, quod illa sua facienti licebat, interpolaverit Clemens, ut suis illa præjudicatis opinionibus accommodaret. Quæ posui proxima nemo dubitabit quin sumta sint ex iis, quæ hic paulo superius leguntur, si sequentia cum sequentibus Clementinis comparentur: quibusdam repetitis, adjungam Aristobuli proxima:

Ἡ δὴ (Ἑβδόμη) καὶ πρώτη φυσικῶς ἂν λέγοιτο φωτὸς γένεσις, ἐν ᾧ τὰ πάντα συνθεωρεῖται. Μεταφέροιτο δ' ἂν τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῆς Σοφίας· τὸ γὰρ πᾶν φῶς ἐστιν ἐξ αὐτῆς· καὶ τινὲς εἰρήκασι τῶν ἐκ τῆς αἱρέσεως ὄντες, "Λαμπτῆρος αὐτὴν ἔχειν τάξιν· ἀκολουθοῦντες γὰρ αὐτῇ συνεχῶς ἀτάραχοι καταστήσονται δι' ὅλου τοῦ βίου· σαφέστερον δὲ καὶ κάλλιον τῶν ἡμετέρων προγόνων τὶς εἶπε Σολομῶν, αὐτὴν πρὸ οὐρανοῦ καὶ γῆς ὑπάρχειν." τὸ δὴ (scribendum ὃ δὴ) σύμφωνόν ἐστι τῷ προειρημένῳ.

Jam vide mihi quæso verba Clementis p. 810, 8.

ἡ Ἑβδόμη τοίνυν ἡμέρα ἀνάπαυσις κηρύσσεται, —ἑτοιμάζουσα τὴν ἀρχίγονον ἡμέραν, τὴν τῷ ὄντι ἀνάπαυσιν ἡμῶν, ἣν (τὴν legendum est, si vicina sic scripta fuere) δὴ καὶ πρώτην τῷ ὄντι φωτὸς γένεσιν, ἐν ᾧ τὰ πάντα συνθεωρεῖται, καὶ πάντα κληρονομεῖται. Ἐκ ταύτης τῆς ἡμέρας ἡ πρώτη Σοφία καὶ ἡ Γνῶσις ἡμᾶς ἐλλάμπεται. (præstat, ἐλλάμπει, *illuminat*:) τὸ γὰρ φῶς τῆς ἀληθείας—λαμπτῆρος ἐπέχον (leg. ἐπέχει) τάξιν εἰς τὴν τῶν ὄντων ἐπίγνωσιν· ἀκολουθοῦντες οὖν αὐτῷ δι' ὅλου τοῦ βίου ἀπαθεῖς καθιστάμεθα·—διὸ καὶ Σαλομῶν πρὸ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ πάντων τῶν ὄντων τῷ παντοκράτορι γεγονέναι τὴν σοφίαν λέγει.

In his, ut Judæus, Aristobulus, Clemens loquitur ut Christianus, quique sibi veri nominis Gnosticus videbatur: sobrie loquitur et modeste Judæus; et, nisi versus poëtis Græcis a se confictos supposuisset, hominem fuisse crederem minime malum. Ab Aristobulo dierum septimus tantum dici posse videbatur *prima proprie sic dictæ lucis origo, in qua luce omnia* creata *nunc simul spectari poterant.* Quærit haud absurde *sapientiæ* quamdam imaginem in hac luce, quippe quæ instar lucernæ se haberet, qua collustrati motibus animi vehementioribus carerent. His nihil inesse puto quod offendere possit in his libris versatum. A Judæo Philone dies a Deo quieti dicatus magnifice vocatur *lumen perfectum; vere divinum; lumen, quo velut in speculo ædificator universi hominumque pater piorum erat mentibus spectabilis; dies mundi natalis, quem cœlum et terra festum celebrant*[x]. Quid

[x] Philonis ista reperiuntur in edit. qua ante sum usus, quam nova prodiret, p. 43 c. τὸ ἕβδομον καὶ θεῖον ὡς ἀληθῶς φῶς. d. τὸ τέλειον φῶς. de Deca-

Clemens? huic septimus dies *parare* dicitur τὴν ἀρχίγονον ἡμέραν, *veri nominis quietem; primum ortum veræ lucis*, (non, ut ille, φυσικῶς, sed τῷ ὄντι φωτὸς,) *in qua omnia conspiciuntur et omnia hæreditate accipiuntur*. Hic si requiras, quid per τὴν ἀρχίγονον ἡμέραν intellexerit, nihil ante respondebit, quam post longam de vi et excellentia numeri septenarii disputationem a p. 810 ad 815 se porrigentem. Neque hic, quam forte quis inventurum se sperasset, inveniet veram Κατάπαυσιν memoratam, sive σαββατισμὸν, [ὃς] ἀπολείπεται τῷ λαῷ τοῦ θεοῦ, ex Epist. ad Hebr. iv. 9. sed inexspectata prorsus; p. 815, 27, illa namque, Genes. ii. 4, ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ θεὸς, interpretatur ἐν ᾗ καὶ δι' ἧς τὰ πάντα ἐποίησεν, ἧς καὶ χωρὶς ἐγένετο οὐδὲ ἓν, τὴν δι' υἱοῦ, inquit, ἐνέργειαν δηλοῖ, ὃν φησὶν ὁ Δαβίδ.—Post pauca, ἡμέρα γὰρ εἴρηται ὁ φωτίζων τὰ ἐπικεκρυμμένα λόγος, [y] καὶ δι' οὗ εἰς φῶς καὶ γένεσιν ἕκαστον τῶν κτισμάτων παρῆλθεν. His tandem subdit, quorum me 91
pæne pudet, Decalogum litera sua Græca numeri denarii Ἰῶτα monstrare τὸ ὄνομα τὸ μακάριον, nempe Ἰησοῦν, Λόγον, ὄντα: quibus mysteriis sobria multo magis esse Judaïca fatebimur Philonis et Aristobuli.—Hujus ille verba sequentia nonnihil etiam immutavit ex sectæ Stoicæ, quam maxime Clemens probabat, placitis: ad lumen enim veritatis sive lucernam si veri nominis nobis scientiam paremus, atque ad illam semper firmiter gressus nostros dirigamus, per totam vitam, ἀπαθεῖς, inquit, καθιστάμεθα· ille dixerat [z] ἀτάραχοι καταστήσονται. *Privationem affectionum*, ἀπάθειαν, Stoici; earum *mediocritatem* cum reliquis sectis sapienter probabant Peripatetici, τὴν μετριοπάθειαν· ante Platonem laudatam a Theage, Diotogene, Brysone, Timæo, Archyta, ceterisque sodalibus Pythagoricis.—Tandem usus est Clemens eadem Salomonis sententia, verbis iisdem expressa quibus usus est Aristobulus, sed instituto longe diverso: quod harum rerum peritus facile animadvertat: uterque more sui temporis Salomonem intellexit Proverb. viii. 22—30. quorum ultima ubi Cle-

logo p. 759 d. τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τῶν ὅλων ἐμφαίνεσθαι διὰ ταύτης· (τῆς ἑβδομάδος·) ὡς γὰρ διὰ κατόπτρου φαντασιοῦται ὁ νοῦς θεὸν δρῶντα καὶ κοσμοποιοῦντα καὶ τῶν ὅλων ἐπιτροπεύοντα. p. 1178 a. Ἑβδομὰς—γενέθλιος τοῦ κόσμου δεόντως ἂν προσαγορεύοιτο. Lib. iii. de Vita Moys. p. 684 d. κόσμου γενέθλιον, ἣν ἑορτάζει μὲν οὐρανὸς, ἑορτάζει δὲ γῆ, καὶ τὰ ἐν γῇ, γαννύμενα καὶ ἐνευφραινόμενα τῇ παναρμονίῳ ἑβδομάδι.

[y] ὁ Λόγος a Clemente designatus, ni fallor, fuit per τὴν ἀρχίγονον ἡμέραν· dictus et ὁ πρωτόγονος Λόγος· a Gnostico Theodoto ὁ πρωτόκτιστος θεοῦ Λόγος in Excerptis Clementinis p. 973, 38. de quo mira scribit p. 980, 25. In iisdem p. 969, 1. πρωτότοκος πάσης κτίσεως ὁ Λόγος. Corrigendum puto p. 970, 33, οἷον τὸ πρωτογέννημα, τοῖοι ἔσονται οἱ ἐκλεκτοί. Vitiosissime vulgata (τὸ προκεντημάτων, οἷοι) frustra tentarunt viri docti. Qui his dabant probabiliora, quo pacto loquuti sint, optime disci poterit ex Euseb. Præp. Evang. VII. c. 12. ubi tractat Salomonis in Sapientiam dicta.

[z] Sunt quidem, dicunturque nonnunquam τὰ πάθη, ταραχαὶ, sed erat ἀταραξία *animi tranquillitas* affectus suos regentis moderantisque; plerisque Εὐθυμία dicta, rarius Ἀθαμβία, a Democrito ἡ Εὐεστὼ, in illa conscientiæ securitate, ut erat vir minime vulgaris, *beatam vitam* collocante.

mens adhibet Strom. VII. p. 833, 35. nostris in libris fit mentio *τοῦ θεοῦ, τοῦ πρὸ καταβολῆς κόσμου συμβούλου γενομένου τοῦ πατρός. αὕτη γάρ*, ait, *ἦν Σοφία, ᾗ*[a] *προσέχαιρεν ὁ παντοκράτωρ θεός·*
92 sicut p. 810, 21, *τῷ παντοκράτορι γεγονέναι* (his scriptoribus idem est ac *γεγενῆσθαι*) *τὴν Σοφίαν λέγει*. Simpliciter secundum Aristobulum Salomon *εἶπεν αὐτὴν πρὸ οὐρανοῦ καὶ γῆς ὑπάρχειν*.—In eo tamen quod horum initio scribit Judæus, miror illius insistentem vestigiis Clementem. Statuit enim Judæis concessum a Deo diem quietis, *διὰ τὸ κακόπαθον πᾶσιν εἶναι τὴν βιοτήν*, et Clemens, *διὰ τὴν κατὰ τὸν βίον κακοπάθειαν*. Mihi quidem ista ratio non satisfacit: ut fuerit hæc una quietis Ægypti liberatis servitute mandatæ causa præter ceteras, aliæ jubentis majestate digniores ab ipsis fuere Judæis, Philone præsertim et Josepho, animadversæ: vereorque adeo ne hic accommodaverit se Aristobulus ad eorum morem loquendi, quibus ista sua scribebat. Sic certe Gentiles loquebantur de suis diebus festis, eum in finem concessis divinitus mortalibus, ut laborum malorumque, quibus premerentur miseri, quamdam haberent relaxationem. Teste nunc tantum utar uno Platone LL. ii. p. 653 d. *θεοὶ οἰκτείραντες τὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπίπονον πεφυκὸς γένος, ἀναπαύλας—αὐτοῖς τῶν πόνων ἐτάξαντο τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβὰς τοῖς θεοῖς*.

XXX. *Philonis Judæi et Josephi de die septimo dicta; virtutis et pietatis cultui apud Judæos dicato.*

Philonis hac de re dictis nihil grandius cogitari potest aut magnificentius. Exigenti singula pensiculatius huc mihi dictorum diversis in locis summa propemodum redire videbatur: "divinam numeri septenarii pulcritudinem sibi perspectam "Moysen sacris inscripsisse columnis, suorum civium animis "insculpsisse; atque adeo jussisse, ut dierum septimum hilares "agerent, laboris quidem omnis, qui victum cultumque corporis "spectaret, prorsus vacui: (*partem vitæ non attigit ullam*, non

[a] *ᾗ προσέχαιρεν*] Hoc quoque dictum aliter in suis libris Græcis Proverb. viii. 30, legere veteres, quam vulgatur in nostris: qui sub Ignatii nomine scripsit Epist. ad Tarsenses, P. A. tom. ii. p. 102. §. 6, *Ἥνικα ἐποίει τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ, καὶ ἐκεῖ* (leg. *καὶ ἑξῆς, et postea*, vel *in seqq.* ut p. 104. §. 2. etc. ista enim sunt v. 27. ubi pro *ἡτοίμαζε* legebant et alii *ἐποίει*. sequentia sunt v. 30) *ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα, καὶ προσέχαιρέ μοι καθ' ἡμέραν*. Eusebius Præp. Ev. VII. p. 321 b. *Ἐγὼ ἤμην σὺν αὐτῷ ἁρμόζουσα· ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρε καθ' ἡμέραν· ηὐφραινόμην δὲ ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ·* hæc certe *καθ' ἡμέραν* apud hos aliosque veteres sic suo loco collocantur, quo pertinere יום יום facile liquet. Qui talia sibi sumet enotanda diligenter, ingentem materiem his in libris colliget lectionum vulgatis meliorum. Qui tanta cum cura codicis unius dedere lectiones, et Hexapla quæ vocant Origenis, mirum est hunc fontem intactum non adiisse: sed ne hic quidem labor cujusvis est. In his veteris est interpretis *ἁρμόζουσα·* forsan et *ἤμην σὺν αὐτῷ ἁρμόζουσα· amabilis erat inter nos consensus.* Venustum Aquilæ Hebræo respondet, (nam probavit A. Schultensius,) *τιθηνουμένη· eram ipsi alumna, quam in sinu gestabat.* Veteres vellem interpretes adhiberentur paulo diligentius.

“ male Juvenalis Sat. XIV. 106.) sed interea tamen vacarent
“ examini conscientiæ quisque suæ sapientiæque sibi parandæ,
“ quæ vitam bene informaret, moresque emendaret; hilares sa-
“ crum istum diem festum transigerent, sed non in vanis lusibus
“ theatralibus similibusque spectandis; philosophiam excolerent,
“ non illam verborum feracem, inanem rerum, sed patriam sibi,
“ sed veram, sed actuosam, ex qua fructum, vitam sibi beatam,
“ adipiscerentur[c].” Hæc et similia Philonis, sed magis etiam 93
hujus exquisita eruditio, confutabunt mendacissima Gentilium convicia, Judæorum inprimis osoris eruditi, postea stupore vulgi majorem adepti celebritatem, Apionis. Ponam de multis recentiorum dictis unicum Rutilii Itiner. I. 391. ubi dicitur Judæo, *cui septima quæque fuit lux Ignava*, secundum Juvenalem l. c.:

Septima quæque dies turpi damnata veterno,
Tanquam lassati mollis imago Dei:

quorum postrema hausit ex ore minus considerate Gentili narrantis Judæi, *ὅτι κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ*. Quo sensu hæc essent accipienda, mirum non est latuisse poëtam, Judæorum Christianorumque calumniatorem maledicentissimum. Impia erat calumnia dicentium, *vetuisse Deum ἐν τῇ τῶν Σαββάτων ἡμέρᾳ καλόν τι ποιεῖν*, memorata a scriptore Epistolæ ad Diognetum p. 235 c. quæ si Justini non est, illud certe a Justino Martyre, cum Tryphone disputante, vere fuit observatum p. 119 b. et 122 d. veteres ante Moysis ætatem acceptissimos fuisse Deo non paucos, *καὶ μὴ σαββατίσαντας*, sive *μὴ σάββατα φυλάξαντας· tametsi requiem diei septimi non observaverint.* Et ne hoc quidem dixerit Philo, lege jussam quietem ante Moysen ab Abrahamidis aut Heberidis observatam, si vel pro sua pietate, quoque die memores Dei beneficiorum, septimo dierum præ ceteris universi conditorem eximie coluerint. Philoni succedat Josephus, sive hujus ore loquens ad Agrippam Nicolaus, Ἀρχαιολ. XVI. c. 2. §. 4, *τὴν ἑβδόμην τῶν ἡμερῶν ἀνίεμεν τῇ μαθήσει τῶν ἡμετέρων ἐθῶν καὶ νόμων, μελέτην* (sic enim recte legitur) *ὥσπερ*

[b] Quæ dixi, præter alia, legi poterunt Philonis expressa verbis sententiisque, sublimibus profecto, Libro de Mundi Opif. p. 29 a. *ἑνὶ μόνῳ σχολάζοντας τῷ φιλοσοφεῖν εἰς βελτίωσιν ἠθῶν, καὶ τὸν τοῦ συνειδότος ἔλεγχον.* Lib. iii. de Vita Moys. p. 684 d.e. p. 685 tota—ubi inter cetera leguntur ista: *τῷ ὄντι φιλοσοφεῖν—πρὸς κτῆσιν καὶ ἀπόλαυσιν εὐδαιμονίας·* ultima sunt de schola Pythagoræ: Archytas: *οὐχ ἁ κτῆσις τᾶς ἀρετᾶς εὐδαιμονία, ἀλλ' ἁ χρᾶσις*: ab eodem definitur *Εὐδαιμοσύνα χρᾶσις ἀρετᾶς ἐν εὐτυχίᾳ·* Hippodamus, Euryphamus, alii jam ante sic fuerant loquuti.—Sed Philonis sumseram indicanda de Sabbato loquentis loca: de Decal. p. 758 c.d.e. de Septenario p. 1178 a. et 1179 totis, quibus multa sane continentur notatu dignissima: *οὐ ῥαθυμίας ὁ νόμος εἰσηγητὴς, ἀεὶ γὰρ ἐθίζει κακοπαθεῖν καὶ πρὸς πόνον ἀλείφει*, sed dat corpori relaxationem etc. 1178 a. De reliquis adjectis ad legem, quibus servorum habetur et jumentorum ratio, disputat ingeniosissime Philo p. 1179 c. 1180. Apud Romanos, (*etiam festis quædam exercere diebus Fas et jura sinunt:*) ut scribit M. Cato de Re Rust. c. 138, *Boves feriis conjungere licet: —mulis, equis, asinis feriæ nullæ—sunt:* non absurde Justin. M. Dial. cum Tryph. p. 122. v. ult. *τὰ στοιχεῖα οὐκ ἀργεῖ, οὐδὲ σαββατίζει.*

ἄλλου τινὸς καὶ τούτων ἀξιοῦντες εἶναι· *septimam dierum consecramus ediscendis legibus nostris tam scriptis quam non scriptis* (sunt enim ἄγραφα νόμιμα τὰ ἔθη) *ut rerum aliarum quarumcunque, sic*
94 *legum quoque meditationem necessariam esse existimantes.* Ultima, nisi fallor, tecte Romanos petunt, quibus vulgo veterum legum suæ gentis nulla erat μελέτη, doctioribus tantum paucis, ut juris consultis, demandata. En testem Ciceronem de LL. lib. ii. c. 23. *Jam cetera in* XII.—*translata de Solonis fere legibus*—ROGUM ASCIA NE POLITO. *Nostis quæ sequuntur. Discebamus enim pueri* XII. *ut carmen necessarium; quas jam nemo discit.* Μανθανέτωσαν καὶ οἱ παῖδες πρῶτον τοὺς νόμους μάθημα κάλλιστον, Moysis erat præceptum secundum Josephum Ἀρχ. IV. c. 8. §. 12 f. Atque idem in Græcos, aliosque veteres populos, nec tamen omnes, dici poterat, veterum suæ gentis legum vulgo negligentiores. Quod dicebam, obversatum illic Josepho, mihi manifestum fuit ad ista hæc ipsius conferenti c. Apionem lib. ii. c. 17 f. "Noster "legislator rerum nobis discendarum pulcherrimam et maxime "necessariam legem demonstravit; nec ut semel illam aut bis "(voces ἢ πολλάκις sunt superfluæ) recitatam audiremus; sed "voluit, ut dierum quaque septima, vacantes ab aliis operibus, "conveniremus ad audiendam legem et hanc accurate ediscen-"dam (ἀκριβῶς ἐκμανθάνειν·) ὃ δὴ πάντες οἱ νομοθέται ἐοίκασι "παραλιπεῖν." Quæ tum sequuntur c. 18. de juris consultis apud alias gentes, quos legum ignarus quisque sibi cautores adhibeat, demonstrant quod dicebam. Hoc unum (cetera pleraque sunt poëtæ mendacis deliramenta) vere de Judæis testatus est Juvenalis Sat. XIV. 100:

Romanas autem soliti contemnere leges,
Judaïcum ediscunt, et servant, ac metuunt jus,
Tradidit arcano quodcunque volumine Moses.

XXXI. *Aristobuli de Dei quiete, dierum septimo, usurpata partim a Clemente Alexandrino: diversa ab his ea de re sensisse Philonem Judæum.*

Nunc demum si singula sic persequerer, sentio me, forte lectore non nolente, tamen aberraturum ab Aristobulo; cujus proxima partim etiam respondent veteri criminationi a Rutilio renovatæ, a quo dicta honeste Ovidii notissimo versu,

Culta Palæstino septima sacra Syro;

considerabantur pro sua dementia,

Tanquam lassati mollis imago Dei.

95 Hæc sequuntur Aristobuli verba apud Eusebium Præp. p. 667 b.:

Τὸ δὲ διασαφούμενον διὰ τῆς νομοθεσίας ἀποπεπαυκέναι τὸν Θεὸν ἐν αὐτῇ, τοῦτο οὐχ, ὥς τινες ὑπολαμβάνουσι, μηκέτι ποιεῖν τι τὸν Θεὸν καθέστηκεν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ καταπεπαυκέναι τὴν τάξιν

αὐτῶν, οὕτως τε εἰς πάντα τὸν χρόνον τεταχέναι· σημαίνει γὰρ, ὡς ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ἵνα τοὺς χρόνους δηλώσῃ καὶ τὴν τάξιν προείπῃ τί τίνος προτερεῖ· τάξας γὰρ οὕτως αὐτὰ συνέχει, καὶ οὐ μεταποιεῖ.

Sunt in his quædam prima facie tenebricosa; quibus lux fortasse quædam admoveri poterit ex Philone. Philonis adhibens sæpe testimonia, nullo tamen indicio deprehendere potui, dum legebam ejus scripta non immemor Aristobuli, hujus in Moysis Legem Commentarios a Philone fuisse lectos; aut contra Philoneis observatis tanquam suis usum, si quis, ex Hodii sententia, scripsisset Aristobulea Philone recentior. Cum ambo fuerint Alexandrini, ambo philosophi, ambo Judæi, in libris Gentilium supra gentis captum exercitati, hoc alicui mirum videri poterit. Sed, præter Moysis leges et custodita de multis pauca vetera gentis suæ monumenta Græce conversa, non arbitror a Philone studiose quæsita, nedum lecta, scripta Judæorum, qui vixerant proximis ante ejus ætatem duobus vel tribus ferme seculis; quem admiratione constat Pythagoreorum percussum et librorum Platonis amore prope divino. Huic nec fabulosæ suorum narrationes probari potuerunt; atque absurda videri debuit in universum Aristobuli de Pythagora et Platone sententia, fraus autem displicere vehementer, qua versus popularis ille suus a se tornatos evulgare fuit ausus sub venerandis ipsi quoque Philoni nominibus Orphei, Homeri, Hesiodi, ceterorumque.—Sed quod negabam de Philone, de Clemente, qui toties alios incusavit furti cujusdam literarii, negari non potest. Ecce iterum de istis, quæ posui, Aristobuleis, nobis non inutiliter nonnulla mutuatus sic interpolavit Strom. VI. p. 813, 1:

Οὐ τοίνυν, ὥσπερ τινὲς ὑπολαμβάνουσι τὴν ἀνάπαυσιν τοῦ Θεοῦ, πέπαυται ποιῶν ὁ Θεός· ἀγαθὸς γὰρ ὢν, εἰ παύσεταί ποτε ἀγαθοεργῶν, καὶ τοῦ Θεὸς εἶναι παύσεται· ὅπερ οὐδὲ εἰπεῖν θέμις. ἔστι δ' οὖν Καταπεπαυκέναι τὸ τὴν τάξιν τῶν γενομένων εἰς πάντα χρόνον ἀπαραβάτως φυλάσσεσθαι τεταχέναι, καὶ τῆς παλαιᾶς ἀταξίας ἕκαστον τῶν κτισμάτων καταπεπαυκέναι.

In pæne ultimis impeditior verborum structura quodam modo monstrat hæc alterius esse verba, non Clementis; ex cujus verbis forte quis suspicabitur in Aristobuleis scribendum: *ἀλλ' ἐστὶ Καταπεπαυκέναι τὸ τὴν τάξιν αὐτῶν οὕτως εἰς τὸν πάντα χρόνον τεταχέναι·* ut in ordine naturali *τὸ* jungatur cum *τεταχέναι*, prout 96
certe jungi debet in Clementinis. Nihil tamen mutandum arbitror. Aristobulo quoque *Καθέστηκεν* tantumdem notat ac *ἐστί*. Hoc modo frequentatur illud inprimis a Judæo auctore lib. Maccab. 2. et 3. sed ab aliis etiam scriptoribus, et Herodoto, cui *κατεστήκει* significat *est*, *κατεστεὼς*, *τὸν ὄντα*· *φίλον κατεστῶτα* dicas an *ὄντα* nihil interest: *ἰσοδίαιτοι καθεστῶτες* Luciani tom. III. p. 416, 83. fraudi fuerunt viris doctis.—Hoc si illud sensu ca-

piatur, repeti poterit in sequentibus, ἀλλ', id est, ἀλλὰ καθέστηκεν ἐπὶ τῷ καταπεπαυκέναι τὴν τάξιν αὐτῶν οὕτως, ὥστε (sic syllaba repetita scribendum, οὕτως ὥστε) εἰς τὸν πάντα χρόνον τεταχέναι. Quæ sequuntur satis clara sunt, ultima quoque τάξας γὰρ οὕτως αὐτὰ συνέχει etc. si censeantur scripta pro his, ὁ γὰρ τάξας ἐν τῇ τάξει, ᾗ ἔταξεν, αὐτὰ συνέχει, καὶ οὐ μεταποιεῖ. Non mirabor, si cui in mentem venerit diversissima in his Aristobuli lectio, hæc nimirum, ἐπὶ τῷ Καταπεπαυκέναι τὴν ἀταξίαν αὐτῶν: quod ab ejus mente non dicerem longe remotum. Voluit enim, universi conditorem res creatas in ordinem quamque suam disposuisse ac constituisse, ut eumdem ordinem in omne tempus constantissime servarent: atque hoc ipsi erat τὸ Καταπεπαυκέναι.—Dei quietem illam miris modis explicabant Gnostici. Hic satis erit dixisse quæ mens fuerit ab Aristobulo dissentientis Philonis: "Negat "ille quievisse Deum aut finem operum fecisse; Deum ait de- "disse finem operibus mortalibus quæ coagmentaverat, incho- "asse tum diviniora; neque enim unquam Deum operum suorum "finem facere, cujus proprium sit semper condere. Hominum "quidem opera artifice manu fabrefacta stare et permanere, "mente divina condita sic moveri, ut finis eorum aliorum sit "initium, quique videatur interitus aliorum sit origo." In hanc ille sententiam disputat in Legum quæ sequuntur Hexaëmeron Allegoriis p. 41 d.e. usus ad ultima firmanda aliquot anapæstis ex Euripidis perdita tragœdia sumtis:

θνήσκει δ' οὐδὲν
τῶν γιγνομένων· διακρινόμενον δ'
ἄλλο πρὸς ἄλλου
μορφὴν ἑτέραν ἀπέδειξεν.

Nititur in his, ut erat Græci sermonis Philo peritissimus, forma activa verbi: εὖ μέντοι, ait, τὸ φάναι Κατέπαυσεν, οὐχὶ Ἐπαύσατο; Παύομεν γὰρ τὰ δοκοῦντα ποιεῖν οὐκ ἐνεργοῦντα, οὐ Παύεται δὲ ποιῶν αὐτός. Præterea nititur proxime sequentibus Genes. ii. 3, Κατέπαυσεν ὧν ἤρξατο ὁ Θεὸς ποιῆσαι· suamque sententiam speciosis verbis commendat in seqq. p. 43 tota; verba Gen. ii. 2.
97 Κατέπαυσε τῇ Ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, scribens ista: τὰ θνητὰ γένη παύεται πλάττων ὁ Θεὸς, ὅταν ἄρχηται ποιεῖν τὰ θεῖα, καὶ Ἑβδομάδος φύσει οἰκεῖα. Quæ forte specie quadam se commendarent, si legeretur in Græcis Κατέπαυσε πάντα τὰ ἔργα, ὧν ἤρξατο ὁ Θεὸς ποιῆσαι. In Hebræo autem contextu, tum, non ut scripsit v. 3, שבת מכל־מלאכתו sed, nisi fallor, scribi debuisset a Moyse, השבית את־מלאכתו quorum hoc reddi potest κατέπαυσε τὰ ἔργα αὐτοῦ· illud ad normam accuratam reddi debuerat ἐπαύσατο vel κατεπαύσατο ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ. Sed in his ipsis secernendis grammaticorum cura monstrat veram significandi differentiam in sermone tamen quotidiano fuisse neglectam. Alterum quod adhibet in rem suam Philo minoris adhuc est momenti: Hebraica hic diversa fateor

comm. 2. bis positum עשה bis Græcus interpres ἐποίησε· comm. 3. phrasi, ὧν ἤρξατο—ποιῆσαι locutionem reddidit Hebraicam, אשר ברא—לעשות non id utique significantem, si censeas ἤρξατο vi sua positum nativa: nec enim dixerit, opinor, aliquis verbum ברא notare ἄρχεται vel ἤρξατο, *incœpit*. Sed locutionem, intellectu non difficilem, difficulter tamen apta Græca phrasi exprimas, quæ vim illius omnem exhibeat. Hanc sensit interpres difficultatem, deditque, ut diversum quid daret ab ἐποίησε, ἤρξατο ποιῆσαι: multo propius ad phrasin forsan accessissent orientalem hæc Græca, ἃ vel ὧν ἔκτισε καὶ διεκόσμησε, aut paulo elegantior οἷς τὸν κόσμον ὁ Θεὸς ἀπέδωκε, *quibus creatis suum Deus indidit ornatum*. Jo. Drusius: "*Quod creaverat faci-*" "*endo*, pro eo, ait, habendum ac si dixisset, quod creaverat et" "fecerat: facere est aptare, ornare, expolire, absolvere:" Judæi vero Græce scribentes sive dicant τῶν ἔργων ὧν ἤρξατο ποιῆσαι, seu ὧν ἐποίησε, prorsus idem significant. Documento sit Lucas, qui initio Actorum Apost. adhibitam phrasin istam præ aliis frequentavit. Quantam dignitatem monumentis sacris Latina versio conciliaret, non quæ verbum de verbo serviliter exprimeret, aut verborum origines, quas vocamus, invitis obtruderet, sed quæ sententias orientales verbis tamen Latinis interpretaretur, quæ illarum vim adæquarent quodammodo! ἀλλὰ ταῦτα δὴ τὰ νῦν λεγόμενα ἐστὶν εὐχαί.—Ad nostrum nos modulum potius metiamur.

XXXII. *Quid in Aristobuleis videatur* ὁ περὶ ἡμᾶς ἕβδομος λόγος? *Additamentum ad libellum Sirachidæ.*—Τὸ τῆς ψυχῆς ἄλογον *in* VII *partes cum Stoicis distinxisse Philonem.*

Aristobuli proxima sunt et illa, sic satis obscura prima facie:

> Διασεσάφηκε δ' ἡμῖν ταύτην (τὴν ἑβδόμην ἡμέραν) ἔννομον ἕνεκεν σημείου τοῦ περὶ ἡμᾶς Ἑβδόμου λόγου καθεστῶτος, ἐν ᾧ γνῶσιν ἔχομεν ἀνθρωπίνων καὶ θείων πραγμάτων.

Græce doctissimus Franc. Vigerus sic ista Latina fecit: *Quem* 98
eundem fixum nobis diem ac solemnem esse voluit, quo rationis illius septenariæ quoddam quasi signum tolleretur, per quem in rerum humanarum divinarumque notitiam devenimus. In his, facta mentione τοῦ περὶ ἡμᾶς Ἑβδόμου λόγου, primum dubites, utrum *ratio* sit intelligenda, an *oratio*, sive *sermo*. Vis illa formandæ vocis, hominibus proprium divinitus donum, mihi quidem olim hic videbatur designata, ista legenti Jesu Sirachidæ c. xvii. 5.

> Ἔλαβον χρῆσιν τῶν πέντε τοῦ Κυρίου ἐνεργημάτων,
> Ἕκτον δὲ, νοῦν αὐτοῖς ἐδωρήσατο μερίζων,
> καὶ τὸν Ἕβδομον λόγον ἑρμηνέα τῶν ἐνεργημάτων αὐτοῦ.

[a] Non illa quidem vel avi Ἰησοῦ, vel Ἰησοῦ Sirachi filii, sed cujuscunque sint, sunt certe Judæi veteris Græciensis, a *mente*, sive *animi lumine*, distinguentis τὸν Ἕβδομον λόγον, septimam velut partem, λόγον, *sermonem*, vel *orationem;* vocat enim τὸν λόγον ἑρμηνέα, *interpretem operum divinorum*. Deus dicitur ab Euripide hominibus ferinis

> Πρῶτον μὲν ἐνθεὶς σύνεσιν, εἶτα δ' ἄγγελον
> γλῶσσαν λόγων δοὺς, in Suppl. v. 203.—

Quia post ἕκτον, et priora, nunc septimum numerat, rectius scripsisset Καὶ ἕβδομον, λόγον ἑρμηνέα·—sed et Aristobulus meminit τοῦ περὶ ἡμᾶς Ἑβδόμου λόγου. Hic alicui forsan in mentem veniat suspicari, hunc ipsum additamentum illud adjecisse ad verba
99 Sirachidæ. Non illud quidem alienum ab Aristobuli persona: hic tamen videtur istius facinoris absolvendus; nam λόγος in Aristobuli verbis est ipse animi Νοῦς· ὁ νόος τᾶς ψυχᾶς veteribus philosophis et Archytæ. Nunc Grotium audiamus: ad ista scribit apud Sirachidem a se lecta: "videtur ad marginem an-"notatum fuisse ab aliquo Stoicorum librorum lectore. Nam "Stoici, (ut Plutarchus aliique nos docent,) ad quinque sensus "notissimos tres annumerabant alios, quorum hic omissum est "τὸ σπερματικὸν, posita autem duo τὸ φωνητικὸν et τὸ ἡγεμονικόν." Sed, si voluit ex mente loqui Stoicorum, octava pars mentis, ut loquebantur quibus erat ἡ ψυχὴ ὀκταμερὴς, omitti non potuit, ut nusquam omissa fuit a Philone Judæo, Zenonem et hujus sectatores plerosque hac etiam in parte sic sequuto, ut cum suis tamen Pythagoreis et Platone bifariam primum *mentem* diviserit in τὸ λογιστικὸν sive διανοητικὸν μέρος et τὸ ἄλογον· illud cum Stoicis dixerit τὸ ἡγεμονικόν· hoc, nempe τὸ τῆς ψυχῆς ἄλογον, in septem partes distinxerit, quinque sensus, vim articulate fandi, tandem et illam procreandi per totum corpus permanantem, usque ad τὰ ἀναγκαῖα, quæ dicuntur etiam in Actis S. Theclæ: Philo de Mundi Opif. p. 27 c. τῆς ἡμετέρας ψυχῆς τὸ δίχα τοῦ Ἡγεμονικοῦ

[a] *Non sunt—Sirachidæ*] Nihil horum legit interpres Latinus; nec quicquam exstat in Alexandrino cod. aut Romano, qui duo habentur ceteris codd. scriptis meliores, sunt saltem antiquiores. Scripserat Sirachides, quæ leguntur ver. 6, Διαβούλιον, καὶ Γλῶσσαν, καὶ Ὀφθαλμοὺς, Ὦτα, καὶ Καρδίαν ἔδωκε διανοεῖσθαι αὐτούς· hæc fuerunt in exemplari Hebræo τοῦ Ἰησοῦ, qui philosophos Græcos in his sequi nec potuit neque voluit: ad quinque illic enumerata Judæus, in libris Græcis non hospes, adjecit in margine *sextum* et *septimum* donum cœleste: Ἕκτον δὲ, νοῦν αὐτοῖς ἐδωρήσατο μερίζων, (legendum putem ἀπομερίζων· *auræ* namque videbatur *divinæ particula*:) Καὶ τὸν Ἕβδομον λόγον ἑρμηνέα τῶν ἐνεργημάτων αὐτοῦ· hæc alieno loco in codices nonnullos irrepsisse viderunt Drusius et Grotius; horum neuter alterius vidit additamentum, his ipsis alieno loco positis præfixum, Ἔλαβον χρῆσιν τῶν πέντε τοῦ Κυρίου ἐνεργημάτων, quod primus invenit in Augustano cod. Dav. Hœschelius, publicavitque in sua editione Sapientiæ Sirachi, Augustæ Vindelicorum anno 1604. Caruit hac editione Grotius; suam Franekeræ dederat a. 1596. Jo. Drusius, ut erant tum tempora, philologus accuratissimus.

μέρος ἑπταχῆ σχίζεται, πρὸς πέντε αἰσθήσεις, καὶ τὸ φωνητήριον ὄργανον, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸ γόνιμον. Idem, suo more mirabiliter explicans verba Genes. iv. 15. p. 185 d. τὸ ἄλογον τῆς ψυχῆς εἰς ἑπτὰ διανέμεται μοίρας, ὅρασιν, ὄσφρησιν, ἀκοὴν, γεῦσιν, ἁφὴν, λόγον, γόνιμον· εἰ δέ τις τὸν ὄγδοον ἀνέλοι νοῦν, τὸν ἡγεμόνα τούτων, Κάϊν παραλύσει καὶ τὰ ἑπτά. p. 42 c. ψυχῆς τὸ ἄλογον ἑπταμερὲς, αἰσθήσεις πέντε καὶ φωνητήριον ὄργανον, καὶ τὸ διῆκον ἄχρι παραστατῶν, ὃ δὴ γόνιμόν ἐστι. A Pythagora, Platone, ceterisque philosophis primi ordinis bifariam animus, sive trifariam, a nonnullis in plures gradus dividebatur ; sed ista in octo partes, quas vocant, sive facultates divisio solis erat propria Stoicis ; Stoicos itaque Philo fuit in his, ut sæpe, sequutus : de Stoicis Diogenes Laërt. in Zenone VII. 110. φασὶ τὴν ψυχὴν εἶναι ὀκταμερῆ· μέρη γὰρ αὐτῆς τά τε πέντε αἰσθητήρια καὶ τὸ φωνητικὸν ὄργανον, καὶ τὸ διανοητικὸν,—καὶ τὸ γεννητικόν. Illic nulli, sed qui hoc statuerint infra §. 157. nominantur e porticu principes, Zeno, Cleanthes, Chrysippus, Antipater. Vid. illic Æg. Menagius, et J. Lipsius Physiolog. Stoicor. III. Diss. xvii. De animi in tres partes, vel duas, quæ eodem recidit, divisione, velut a Platone orta, de multis etiam aliis ad philosophiam veterem spectantibus sic loquitur Cicero, ut liquido mihi constiterit, Italica Pythagoreorum veterum monumenta non fuisse a Cicerone lecta, quæ sane mirandum est ad nostram usque ætatem devenisse nonnulla, ne dialecto quidem, qua scripserant, mutata. Sed in Stoica divisione quæ ponitur ordine sexta, *vis vocis formandæ*, vel *articulate fandi*, soli homini
propria, dicitur illis τὸ φωνητικὸν, ter minimum a Philone τὸ φωνη- 100
τήριον ὄργανον, illa certe per τὸν Λόγον est intelligenda in istis, quæ supra dicebam a Judæo quodam interjecta Sirachideis. Illam vim Philo quoque Λόγον dixit in locorum ex ejus libris citatorum secundo. Quid nunc tandem in Aristobuleis per τὸν περὶ ἡμᾶς ἕβδομον λόγον intelligemus ? An illud ipsum, quod iisdem verbis ab Aristobuli Gentilibus designatum vidimus ? Minime gentium ; sed quod illi vocant νοῦν et τὸ ἡγεμονικόν : sic enim verba videntur ordine suo nativo collocanda : ἕνεκεν σημείου τοῦ Λόγου, καθεστῶτος περὶ ἡμᾶς (id est ὄντος ἐν ἡμῖν) ἑβδόμου· *ut esset dies ille septimus vice signi* vel *velut signum rationis, quæ in nobis septimum locum tenet ; cujus ope scientiam habemus rerum humanarum divinarumque*, atque adeo *sapientiam* nobis paramus sic proprie dictam. Paulo post iterum fit in Aristobuleis mentio τοῦ ἑβδόμου Λόγου. Versus enim, qui velut Homeri profertur,

> Ἑβδομάτῃ δ' ἠοῖ λίπομεν ῥόον ἐξ Ἀχέροντος, (Eusebii p. 668 a.)
> dicitur σημαίνων, ὡς, ἀπὸ τῆς κατὰ ψυχὴν λήθης καὶ κακίας, ἐν τῷ κατ' ἀλήθειαν ἑβδόμῳ λόγῳ καταλιμπάνεται τὰ προειρημένα, καὶ γνῶσιν ἀληθείας λαμβάνομεν, καθὼς προείρηται·

quæ est allegorica versus velut Homerei interpretatio. Qui septima luce reliquerat Acherontis, atque adeo etiam vicinum in

inferi Jovis regno flumen Lethes, ille scilicet censeri poterat τὴν κακίαν, *vitiositatem*, dereliquisse, sive superasse *ratione*, vere septima luce, sibique veri parasse notitiam. Hoc animi lumen Λόγος censeri poterat ἕβδομος, velut septimum in mente locum obtinens aut gradum. *Ad quinque sensus* si φωνὴν adjicias, sextam velut vim, ἕβδομος erit in mente Λόγος, sive νοῦς, sive τὸ ἡγεμονικόν. Atque ita a veterrimis jam philosophis Græcis, post recensitos quinque sensus, ponebatur ista facultas. Vix quidquam habemus in hoc genere antiquius libello Timæi Locri *de Anima Mundi*, sive *de Universo*: in cujus systemate physicum Platonis totum fundatum est. Timæus quinque sensus enumerat, et τᾶν αἰσθασίων usum tradit a p. 557 f. τὰν ὄψιν, τὰν ἀκοὰν, τὰν ἁφὰν, τὰν γεῦσιν, τὰν ὀσμὰν,—his p. 559. v. 7. continue subjungit: Φωνὰ δ' ἐστὶ μὲν πλᾶξις ἐν ἀέρι, διϊκνουμένα ποτὶ τὰν ψυχὰν δι' ὤτων etc. hæc postrema sic in Timæo suo Plato expressit p. 67 b. Φωνὴν—θῶμεν, τὴν δι' ὤτων ὑπ' ἀέρος—μέχρι ψυχῆς πληγὴν διαδιδομένην· postquam de quinque sensibus ad ductum libelli Dorici copiosissime dixisset a p. 47. orsus a visu, quod donum cœleste spectator universi velut matrem considerat philosophiæ, οὖ μεῖζον, ait, ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν οὔτ' ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν· λέγω δὴ τοῦτο ὀμμάτων
101 μέγιστον ἀγαθόν· et paulo post eadem p. 47 c. φωνῆς τε δὴ καὶ ἀκοῆς πέρι ὁ αὐτὸς λόγος, ἐπὶ ταῦτα [b] τῶν αὐτῶν ἕνεκα παρὰ θεῶν δεδωρῆσθαι. Ista protuli quia poterant cum Judæi verbis supra positis comparari. Cicero, cujus ubertas manavit de fonte Platonis, quæ de sensibus disputat de N. D. II. c. 56. et seqq. ex Platone singula potuerant illustrari. His Cicero disputatis c. 59. *Animum*, inquit, *ipsum*, *mentemque hominis*, *rationem*, *consilium*, *prudentiam*, (quis) *non divina cura perfecta esse perspicit*, etc.—*Ad usum autem orationis incredibile est*, *nisi diligenter attenderis*, *quanta opera machinata natura sit*. c. 61. — *Quid vero? hominum ratio non in cœlum usque penetravit?* Hæc pro Judæis philosophis arbitror sufficere; nam nimis longa foret disputatio, si in gratiam Peripatetici hic mihi sumerem Aristotelis ex tribus *de Anima* libris et libello περὶ αἰσθήσεως, quemque sæpe mihi sequutus videtur, Archytæ περὶ Νοῦ καὶ Αἰσθάσιος, Brontini περὶ Νοῦ καὶ διανοίας ex inedito opere Jamblichi sententias enarrandas. Quando vero noster Aristobulus, *per rationem*, inquit, γνῶσιν ἔχομεν ἀνθρωπίνων καὶ θείων πραγμάτων, et Ciceronis philosophici mihi sunt ad manum libelli, hujus quam aliorum verbis ostendere malo, sic *sapientiam* a veteribus fuisse definitam: Cicero itaque de Off. II. c. 2. *Sapientia est—rerum divinarum et humanarum*, *causarumque quibus hæ res continentur*, *scientia*. Simpliciter dixerat lib. i. c. 43. *Princeps virtutum — sapientia*, *quam* σοφίαν *Græci vocant*,—*rerum est divinarum atque humanarum scientia*: sed ad hanc *causarum cognitionem* etiam adjicit Tuscul. IV. c. 26. ubi notat Jo.

[b] Plato scripsisse videtur, ἐπὶ ταὐτὰ παρὰ θεῶν δ. *in eosdem fines*; alius interpretamentum adjecisse, τῶν αὐτῶν ἕνεκα.

)avisius. Ex hujus notatis ipsoque Cicerone Tusc. V. c. 3. intelligi Pythagoræ poterit modestia, *studiosum* se dicentis *sapientiæ*, ɔpientem esse negantis: a discipulis, (quos in ista temporum aligine quis ægre ferat ingenium illud capitale, velut a Deo mortalibus emendandis isto terrarum tractu datum, fuisse admiratos?) a discipulis, ut erat, *sapiens* dicebatur: exemplo sit Lysis in Epistola ad Hipparchum, quam ex tribus Codd. MSS. vulgata meliorem feci: in illa ὁ δαιμόνιος ἀνὴρ — θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἧς ἐπιστάμων. Illic pro vulgata forma ἦν Doricam ἧς *erat* præbet Codex MS. Biblioth. Franequeranæ, is ipse, ex quo Jamblichi duas priores operis partes evulgavit non optime Jo. Arcerius, quique libros etiam tertium præbet et quartum, hunc a Tennulio vulgatum, illum necdum editum περὶ τῆς κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης· continentem Pythagoreorum etiam reliquias Doricas, aliunde nobis ignotas.

XXXIII. *Aristobulea de vi numeri septenarii in universum concinunt aliorum dictis.* 102

Quæ nunc adjicit ad priora Judæus de numero septenario,

Δι' ἑβδομάδων δὲ καὶ πᾶς ὁ κόσμος κυκλεῖται τῶν ζωογονουμένων καὶ τῶν φυομένων ἁπάντων·

rem ipsam si spectes, haud obscura, verbis tamen expressa non pervulgatis, explicari poterant vel ex uno Philone Judæo, qui, Pythagoreorum admirator, atque amore percussus numeri præsertim septenarii, suæ quoque gentis divina lege sanctificati, verba magno studio quæsivit, quo suum hunc amorem posteris declararet, in hujus numeri virtutibus enarrandis copiose versatus a p. 20 d. ad p. 29 b. breviter eadem pleraque velut in summam contrahens pp. 40, 41, 42. neque ullam deinceps dimittens occasionem oblatam de hoc numero dicendi, ut hic Philone possimus esse contenti, nec desideremus necesse sit perditum Hermippi Berytii de hoc numero commentarium: hunc, quod mireris, citat aliis invisitatum Clemens Alexandrinus, postquam de numero septenario multa dederat eadem, quæ Philo diligenter a Clemente lectus et sæpenumero laudatus: præter cetera, octo et decem ex Solonis Elegia continuos versus uterque præbet eosdem; quos qui præter istos duo laudaverit, neminem facile dederis: illic tamen Philonis nulla facta mentione, post excursum de hoc numero Clemens Strom. VI. p. 815, 14. καὶ μυρία τοιαῦτα, inquit, ἁγιάζων τὸν ἀριθμὸν, παρατίθεται Ἕρμιππος ὁ Βηρύτιος ἐν τῷ περὶ Ἑβδομάδος. Hoc longe magis nobilitatus Smyrnæus Hermippus, de quo diligenter egit Jonsius *de Script. H. P.* II. c. 9, 3. in suis de Pythagora libris agere quoque debuit de numeris. In ejusdem tituli libris, qui Ἑβδομάδες inscribebantur, eamdem materiam de septenario numero copiose tractaverat M. Varro; illinc lucu-

lenta nobis excerpta dedit A. Gellius N. A. III. c. 10. quæ Jos. Scaliger in M. Varronis fragmenta retulit pp. 76—78. Macrobius, Chalcidius, alii plures ea de re egerunt; sed in istis Varronis invenientur nonnulla Philoni quoque Judæo Clementique adeo indicta; non illa dico, quæ, sicut sunt profecto, *frigidiuscula* videbantur Gellio p. 234, sed quæ nobis enarrat ex Varrone p. 231, de VII diebus halcyonum nidulantium; p. 232, de modo summo adolescendi humani corporis; p. 233, de arteriis numero motis
103 septenario; p. 234, *de morientibus septimo die, quibus inedia mori consilium est.* Sunt ista tamen, cetera quoque leviora præ iis, quæ designata potissimum voluit Aristobulus. Quando vacat, lubet in hoc liberrimo scribendi genere de multis proferre pauca, quæ fortasse tenebricosis lucem hic illic adjungant, minime ignorans, quantilli has difficiles nugas pro sua sapientia fecerit Aristoteles, cujus eam in rem verba dedit Petrus Petitus Miscell. Obs. III. c. 3. Non pervulgata multa protulit in perdocto libello, Denario Pythagorico, Jo. Meursius, sed præstantissimo viro properanti, quæ collegerat digerendi deerat otium sæpenumero. Ponam primum verba quædam Philonis, quibus suam ille septenarii numeri venerationem testatur, ubi materiam orditur: *τὴν ἑβδομάδος φύσιν οὐκ οἶδ' εἴ τις ἱκανῶς ἀνυμνῆσαι δύναιτο παντὸς οὖσαν λόγου κρείττονα·* reliqua legi poterunt p. 20 d.—Quæ paulo ante posui Aristobuli, illa bis leguntur apud Clementem Alex. primum loco satis alieno lib. v. Strom. p. 713, 12; postea suo sat commodo lib. vi. p. 813, 20.

Ἐν ἑβδομάσι πᾶς ὁ κόσμος κυκλεῖται τῶν ζωογονουμένων καὶ τῶν φυομένων ἁπάντων.

Quæ prima sequuntur apud Clementem de VII potentissimis *πρωτογόνοις* angelorum principibus, ex Theodoti Gnostici scriptis, hic non tractabuntur. Cum Philone tum ceterisque memorantur a Clemente VII *ἀστέρες οἱ πλάνητες, — τῶν δὲ ἀπλανῶν ἑπτὰ μὲν αἱ πλειάδες, ἑπτάστεροι δὲ αἱ ἄρκτοι — ἡ σελήνη τε δι' ἑπτὰ ἡμερῶν λαμβάνουσα τοὺς σχηματισμούς·* p. 814, 13. VII *ὄργανα τῶν αἰσθητηρίων·* quibus præter *τὴν ἐν ταῖς νόσοις κρίσιμον ἑβδόμην* subjungit Solonis versus elegiacos docentis, *τὰς τῶν ἡλικιῶν μεταβολὰς κατὰ Ἑβδομάδα γίνεσθαι,* et in anno septuagesimo sive decima annorum hebdomade terminum figentis humanæ vitæ. Quod ex Solonis Elegia didicerat et aliunde, Solonem Herodotus eleganter Crœso dicentem facit lib. i. c. 32. Enarrata Solonis divisione, dat nobis Philo Judæus p. 24, Hippocratis verba, quibus medicus sic Solonis decem gradus corrigit, ut hominis ætati *certum terminum non ponat;* sed in VII illam gradus dividat, primos quatuor VII annorum æquales, *παιδίου, παιδὸς, μειρακίου, νεανίσκου, pueruli, pueri, adolescentis, juvenis;* ætati virili, *ἀνδρὸς*, tres tribuat hebdomadas, quippe quam anno XLIX. compleant septies septeni, senescenti *πρεσβύτῃ* det iterum annos VII, quique vitæ supersint, *seni, γέροντι.* Quando nobis ipsa Philo serva-

vit magni medici verba, Censorinus ad istam videtur normam
corrigendus de Die Nat. c. 14; quod, Græcis non adnotatis, latuit
Ægid. Menagium in Diogen. Laërt. I. 54. apud quem VIII. 10.
Pythagoræ tributam forte quis divisionem miretur. Quæ scribit
Macrobius in Somn. Scip. I. c. 6. p. 38. *Hic numerus est* (septe-
narius) *qui hominem concipi, formari, edi, vivere, ali, ac per* 104
omnes ætatum gradus tradi senectæ atque omnino constare facit;
singula copiosius explanat etiam ex Hippocrate, qui secundum
Macrobium *tam fallere quam falli nescit*, (sic isthac ætate nimii
loquebantur antiquitatis admiratores,) Stratone Peripatetico, et
Diocle Carystio. Alia quoque multa dedit Macrobius de multi-
plici hujus numeri potestate, plura tamen Philo Judæus; arith-
metica præsertim pp. 20—23, quibus vim declarat hujus numeri
ἐν τοῖς νοητοῖς· quantam habeat *ἐν τοῖς αἰσθητοῖς* tradere incipit
p. 23 a. ᾗ (sic leg.) *τὰ ἐπίγεια πάντα πέφυκε βελτιοῦσθαι*, partim
σελήνης περιόδοις.—c. *τελεσφόρον* illum numerum dici scribit,
ἐπειδὴ ταύτῃ τελεσφορεῖται τὰ σύμπαντα. Præter alia plurima, in
quibus hic numerus suam vim obtineat, memorantur ab ipso
p. 27 c. d. e. et p. 28. mentis partes, excepta quæ principatum
obtinet, septem; corporis humani VII partes externæ, totidem
internæ; capitis totidem præcipuæ; oculis septem spectabilia;
vocis totidem inflexiones; motus in diversas partes tantum VII;
huic numero humores etiam subjicit excretos humano corpore,
menstrua mulierum, fœtus septimestres vitales monet cum me-
dicis; in morbis diem septimum velut judicem, sive sanitatem
seu mortem denuntiantem: eleganter, *δικάζει γὰρ*, inquit p. 28 c.
*ἀγῶνα τὸν περὶ ψυχῆς, τοῖς μὲν σωτηρίαν ψηφιζομένη, τοῖς δὲ θάνα-
τον.* Ejus tandem vim in musica lyram monstrare septem chordis
instructam, in arte grammatica VII vocales; de his vid. Galeus
ad Demetrium π. Ἑρμην. segm. 71.

XXXIV. *Numeri septenarii nomina symbolica.—Nonnulla etiam Aristobuli.*

De nominibus septenarii numeri symbolicis apud arithmeticos
veteres e schola Pythagoræ, de quibus Meursius egit Denar.
Pyth. c. 9., pauca lubet attingere. Qui solus numerorum intra
denarium neque ab alio numero generatur nec generat alium,
virgo dicebatur *patrima*; quæque cognomina deæ virginis erant
absque matre natæ, hæc nonnulla transferebantur ad numerum
istum designandum: dedit hæc, præter alia, Meursius p. 85. ex
Photii Nicomacheis Excerptis p. 240, 18. Illic vitiosa Ἄρης, καὶ
Ἀκρέωσις καὶ Ἀγελία· priora certe Meursius intacta reliquit, sine
dubio sic corrigenda: Ἄρεια, καὶ Ἀκραιῶτις καὶ Ἀγελεία. Inter
nomina *τῆς Τριάδος* ex Nicomacho dedit Photius p. 239, 3. Ἐρά-
*ναν καὶ Χαριτίαν — ἕλικα, καὶ ποτὶ βυθὸν οὐ δυομέναν, Δαματράμην
τε καὶ* — Ἀγυιοπέζαν. Fecit hinc Meursius p. 42. *Eranam* et 105
Charitiam — *Damatramen* et — *Agyiopezam*: barbara Græcis

nomina, emendanda in Εἰράναν, καὶ Χαρίτων ἴαν—Ἄρκτον, Ἑλίκαν, καὶ ποτὶ βυθὸν οὐ δυομέναν (*Arctos, Oceani metuentes æquore tingi*, Virgil. Georg. I. 246.)—Δάματρά γε μὴν καὶ—Ἀργυρόπεζαν. Multa supersunt in his etiam corrigenda. Τῆς ἑπτάδος erant appellationes virgini patrimæ convenientes Ἄρεια, Ἀκραιῶτις· hæc quidem insolentior paulo, quam tamen analogia facile commendat: vix usitata quoque sunt de hoc numero adhibita Minervæ cognomina Φυλακῖτις, Παντευχία, Πολυαρήτη· usitatissima quæ adsunt reliqua. Mirum forte cui accidat, maxime hanc in rem frequentata prorsus vel a Nicomacho fuisse vel a Photio prætermissa; contra plerorumque, quæ habet in singulis numeris Nicomachus, nominum vix alibi nostris in libris factam mentionem. Sed quæ pervenerunt ad nos Pythagoreorum reliquiæ nihil admodum continent ex arcana Pythagoræ disciplina, quæ numeris aut descriptionibus constabat; his deorum indebant appellationes aliasque symbolicas: Plutarch. de Iside et Osir. p. 176, ἀριθμοὺς καὶ σχήματα θεῶν ἐκόσμησαν προσηγορίαις· τὸ μὲν γὰρ ἰσόπλευρον τρίγωνον ἐκάλουν Ἀθηνᾶν κορυφαγενῆ καὶ Τριτογένειαν. Jamblichus etiam in opere MS. lib. iii. c. 18, ἦν δὲ καὶ ἄλλος τρόπος παρ' αὐτοῖς ὁ διὰ συμβόλων μαθηματικὸς, οἷον τῆς δικαιοσύνης ἡ πεντάς. De symbolicis istiusmodi nominibus egisse videtur Androcydes Pythagoricus, ex quo nonnulla nobis dedit Clemens Alex. Strom. V. p. 672, 15. forsan et p. 676, 11. p. 732, 37.—Nominum, quæ collegit septenarii numeri Nicomachus, vix ullum reperietur in scriptis Philonis Judæi; contra frequenter in his repetitum nomen *semper virginis* et *patrimæ*: p. 43 a. οἱ Πυθαγόρειοι τῇ Ἀει-Παρθένῳ καὶ Ἀμήτορι αὐτὴν (τὴν Ἑβδομάδα) ἀπεικάζουσιν· similiter p. 684 c.d. p. 759 b. ἡ ἐν ἀριθμοῖς Παρθένος καὶ Ἀμήτωρ φύσις. p. 1177 c. ubi tamen addit hunc numerum nonnullos dixisse Καιρὸν, quod unum est de Nicomacheis. Ubi primum istius appellationis mentionem facit p. 22 e. miror quod scribit, οἱ μὲν ἄλλοι φιλόσοφοι τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἐξομοιοῦσι τῇ Ἀμήτορι Νίκῃ καὶ Παρθένῳ,—οἱ δὲ Πυθαγόρειοι τῷ ἡγεμόνι τῶν συμπάντων· ubi hoc quoque notabile, isthoc uno loco rarum illud Minervæ Νίκης cognomen hac in re adhibitum: Νίκης Ἀθηνᾶς qui meminerint indicantur plerique a Jo. Meursio Att. Lect. I. c. 20. Cecropiæ c. 8. et ab H. Valesio in Harpocr. pp. 133, 134. conf. Meursii Denar. Pyth. p. 84.—Non minus opinor in suo genere videbitur notabile hoc Clementis Strom. VI. p. 811, 17. εἰκότως τὸν Ἑπτὰ ἀριθμὸν Ἀμήτορα καὶ Ἄγονον λογίζονται τὸ σάββατον ἑρμηνεύοντες, καὶ τὸ τῆς ἀναπαύσεως εἶδος ἀλληγοροῦντες, καθ' ἣν οὔτε γαμοῦσιν οὔτε γαμίσκονται ἔτι. Quem ille σαββατισμὸν hic cogitaverit, harum rerum peritum neminem latet: sed ejus σάββατον commode menti meæ iterum offert Ari-
106 stobuli quæ dat Eusebius proxima, non illa tamen digna quæ teneant ad ultima properantem:

Τῷ δὲ σάββατον αὐτὴν προσαγορεύεσθαι διερμηνεύεται ἀνάπαυσις οὖσα.

In quibus propterea voces aliquot mihi videntur omissæ, quia verba nexu carent: recte Philo de Confus. Ling. p. 353 d. τὴν Ἑβδόμην, ἣν Ἑβραῖοι Σάββατα (vel Σάββατ) καλοῦσιν, ἀνάπαυσιν ὀνομάζει· et absurdam superbi grammatici Apionis refutans notationem Josephus c. Apion. II. c. 2 f. τὸ σάββατον κατὰ τὴν Ἰουδαίων διάλεκτον ἀνάπαυσίς ἐστιν· et Ἀρχαιολ. I. c. 1. §. 1. Videntur primum in Aristobuleis præcessisse quædam, quibus iterum facta mentio τῆς ἑβδόμης, *septimæ diei*, quo pertinerent in istis αὐτὴν, in sequentibus ἱερὰν εἶναι· in quibus τὴν ἑβδόμην ἱερὰν legas apud Clementem Strom. V. p. 713, 11. Hic in proximis Aristobuli mentio facta fuit Ἑβδομάδων, nempe καθ' ἃς πᾶς ὁ κόσμος κυκλεῖται· non utique *hebdomadum dierum*, multo minus dierum cujusque septimi; sed illic *numeri septenarii* in genere sunt intelligendi. Minime nescio *diem* etiam quietis *septimum* ἑβδομάδα dictum (quod Thomas M. etiam vidit in v. Ἑβδόμη) a Græciensibus Judæis, quæque scribit Josephus de Essenis, Ἁλώσ. II. c. 8. §. 9. hinc ortum errorem absurdum, notatum a Duporto Prælect. in Theophr. p. 428, sublatum in ed. Cantabrig. Porphyrii περὶ Ἀποχῆς IV. p. 162. v. 8. Sed nihil ista faciunt ad Aristobulum, distinguentem ἑβδόμην *septimum* dierum et numerum *septenarium* ἑβδομάδα. Scripseratne fortasse?

> Τῷ δὴ σάββατον αὐτὴν προσαγορεύεσθαι, ὃ διερμηνεύεται ἀνάπαυσις.

XXXV. *Secundum Aristobulum Homerus et Hesiodus dierum septimum habuissent sacrum. Eadem Eusebii jam ætate in Clementis Alexandrini opere lecta ab alio tamen videntur Clementinis interjecta.*

Sed hoc leve; multo majoris sunt momenti quæ proxima sequuntur Aristobuli, quo tandem me pervenisse lætor:

> Διασαφεῖ δὲ καὶ Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος, μετειληφότες ἐκ τῶν ἡμετέρων βιβλίων, ἱερὰν εἶναι·

Quid *declarant Homerus et Hesiodus, quod ex nostris*, inquit, *libris transsumserunt? sacrum esse diem* utique *septimum* quemque continuo recurrentem. Nisi proxime præcesserat ἑβδόμης mentio, 107
scribi debuit hic ἱερὰν ἑβδόμην εἶναι· una facile litera potuit a librariis omitti numeralis. In versibus subjectis diei fit septimi mentio. Neque potest in dubium vocari, — septimum hic diem designatum. Ubi versus iidem decem in eamdem rem leguntur ex Aristobuleis sine controversia descripti apud Clementem Alex. Strom. V. p. 513, primo versuum istorum Hesiodeo hæc præfixa leguntur ver. 11, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑβδόμην ἱερὰν οὐ μόνον οἱ Ἑβραῖοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Ἕλληνες ἴσασι· his alia quædam subjiciuntur; tum duo versus velut Hesiodi; tres velut Homeri; quatuor tanquam

Callimachi: hi totidem versus sub nominibus Hesiodi, Homeri, Lini, sed prorsus iidem in Clemente velut Callimachei lecti, prostant in Aristobuleis Eusebii, quæ huc usque persequutus sum. Qui dedit Aristobuli nobis plurima continua Eusebius Præp. Ev. XIII. et ista quidem pp. 667, 668. idem paulo post aliquot nobis paginas continuas dedit ex Clementis lib. v. Stromatum, et in his eadem etiam ista pp. 677, 678, quæ præbet Clementis Oxoniensis editio p. 713, ut adeo manifestum videatur, ætate Eusebii hæc Aristobulea jam in Clemente lecta. Nihilominus, ubi huc pervenissem, dubitare cœpi, essentne ista, de sanctimonia dierum septimi tanquam a poëtis Græcis agnita, Clementis ipsius manu ex Aristobuli libro, an alterius, antequam sua scriberet Eusebius, Clementinis jam libris interjecta. Videor equidem, in iis quæ præcedunt, ista saltem duo demonstrasse; primum, Aristobuli non nominati verba sæpius in usus suos convertisse Clementem; illud præterea, lacinias aliquot, ab aliena manu scriptas, fuisse Clementinis intersertas. Quod si jam statuamus, hæc esse Clementis, erit is accusandus plagii non tantum, sed et hic nimiæ quoque credendi facilitatis. Si vero non sunt ista Clementis, sed ab alio derivata de commentariis Aristobuli Judæi, hic omnis culpæ Clemens absolvi poterit; et, quo sæpius hæc retracto, hoc semper magis mihi credibile videtur, hic utriusque culpæ Clementem esse Alexandrinum absolvendum; atque omnia quæ leguntur a p. 713, ver. 11. *ἀλλὰ καὶ* — usque in versum ultimum 37, ad voculas *τί δ' οὐχὶ*—non quidem ejicienda contextu, (nam quæ hæc tandem esset audacia?) sed obelo notanda, tanquam a prima auctoris manu non profecta. Præcipua mihi, cur ita suspicari cœperim, hæc fuit ratio, quod nullum ista nexum habent nec cum vicinis, neque adeo etiam inter se cohærent. Versabatur Clemens in dictis quibusdam Platonis comparandis cum dictis S. S. Videbatur sibi reperisse p. 712, 31, adumbratam quodammodo *τὴν κυριακὴν ἡμέραν* in verbis Platonis de Rep. X. p. 616 b. quibus memoratas *ἑπτὰ ἡμέρας* suo more explicat. His commode succe-
108 debant ista p. 713, 37. *τί δ'; οὐχὶ παραπλήσια τῇ—γραφῇ—ὁ Πλάτων* etc. Alienissima hic interseruntur de sanctimonia diei septimi, velut dicta poëtarum; quibus, si dare locum voluisset, suus infra fuisset datus, ubi de numero disputatur septenario lib. vi. pp. 814, 815, *τὰς τῶν ἡλικιῶν μεταβολὰς κατὰ ἑβδομάδα γίνεσθαι, Σόλωνος*, inquit, *αἱ ἐλεγεῖαι δηλοῦσιν ὧδέ πως.* Ista qui scripsit Clemens, hic scripsisset post Aristobulea de die septimo p. 713, 36, *ἀλλὰ καὶ αἱ Σόλωνος ἐλεγεῖαι σφόδρα τὴν ἑβδομάδα ἐκθειάζουσι?* quæ vertit interpres: *Quam diem, uti sanctiorem, ipsæ quoque Solonis elegiæ mirum in modum prædicant:* non absurde, si scopum spectes, in quem proferuntur ista: sed an usquam locorum de septimo dierum velut reliquis sanctiore verba fecit vel facere potuit Solon? Futuros equidem autumo, quibus hæc scribendi libertas sit displicitura, qua sanctorum patrum scriptis integras ejicere nitimur paginas: hic primus meam ego temeritatem

damnabo, si quis mihi monstrare potuerit, Solonem ea de re loquutum, quod hic indicari videtur. Facit quidem in versibus istis Solon mentionem ἑβδομάδος et ἑβδομάδων,

> Τῇ δὲ τετάρτῃ πᾶς τις [c] ἐν ἑβδομάδ' ἐστὶν ἄριστος Ἰσχὺν

et paulo post

> Ἑπτὰ δὲ νοῦν καὶ γλῶσσαν ἐν ἑβδομάσι μέγ' ἄριστος.

sed quis tandem ignorat, ἑβδομάσι δέκα καταριθμοῦντα τὸν ἀνθρώπινον βίον, Solonem ἑπταετίας per suas istas ἑβδομάδας voluisse significatas? Dici potuit, quod scribit Philo p. 23 e. ἐνεργέστατα παριστᾶσι τὴν τελεσφόρον δύναμιν ἑβδομάδος (id est τῆς ἑπτάδος, *numeri septenarii*) καὶ αἱ ἐκ βρέφους ἄχρι γήρως ἡλικίαι, μετρούμεναι ταύτῃ· — et p. 24 a. τὰς ἡλικίας ταύτας ἀνέγραψε καὶ Σόλων ὁ τῶν Ἀθηναίων νομοθέτης, ἐλεγεῖα ποιήσας τάδε. Non itaque *diem septimam ut sanctiorem Solonis elegiæ prædicant*, quod volebat Alexandrini Clementis interpres non tantum, sed et antiquissimus interpolator; cujus manum alia mihi quoque plura monstrant p. 713, 11. ἀλλὰ καὶ τὴν—ἀλλὰ καὶ οἱ Ἕλληνες—36, ἀλλὰ καὶ αἱ— Hoc ut est, si leve quis judicaverit, ista mihi ad mentem explicet Clementis: Ἀλλὰ καὶ τὴν ἑβδόμην ἱερὰν οὐ μόνον οἱ Ἑβραῖοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Ἕλληνες ἴσασι, καθ' ἣν ὁ πᾶς κόσμος κυκλεῖται τῶν ζωογονουμένων καὶ φυομένων ἁπάντων. Interpres: *septimum—diem sacrum esse—cujus conversione:* καθ' ἣν — *secundum quam* — utique τὴν ἑβδόμην ἱεράν·—Credidisset itaque Clemens, τὸν πάντα κόσμον τῶν 109
etc.—κυκλεῖσθαι *secundum diem septimum?* Quin imo numerum septenarium esse censuit, secundum quem omnia concepta formarentur et nascerentur: *Septem dies* esse, *quibus per vicem revolutis orbes conficiuntur annorum, et septem stellas, quæ non occidunt, et septem sidera, quæ vocantur errantia, quorum dispares cursus et inæquales motus rerum ac temporum varietates efficere creduntur,* ut scribit Lactantius Divinar. Instit. VII. c. 14, a Pottero commode laudatus ad Clem. p. 813, 20, ubi, quæ loco non suo collocavit interpolator satis absurde, sic recte scripta sunt: ἐν ἑβδομάσι (δι' ἑβδομάδων eodem sensu Aristobulus) πᾶς ὁ κόσμος κυκλεῖται τῶν ζωογονουμένων καὶ τῶν φυομένων ἁπάντων. Jam neminem, his lectis examinatisque, futurum arbitror, qui voluerit ista, de diei VII sanctimonia p. 713 posita, tanquam Clementina tueri: si non sunt, aut ejicienda sunt contextu, aut nota saltem adjecta velut interpolatoris designanda. Vix etiam fieri potuisse opinor, ut vir eruditissimus Clemens, in Homero, Hesiodo, Callimacheis legendis exercitatus, hos versus, præter unicum Hesiodi, habuerit pro versibus poëtarum veterum, quibus tribuuntur ab Aristobulo. Sed hoc tamen argumento uti nollem; nam aliis quoque fictis decipi se passus est Clemens.

[c] Ἐν ἑβδομάδ' ἐστὶν] Hæc ex diversis genuina videtur scriptio, probata ab H. Stephano IV. Schediasm. XXI.

XXXVI. *Dierum septimum neque a Græcis neque a Romanis veteribus fuisse habitum, ut a Judæis, sacrum ; neque hoc tradidisse Josephum vel Philonem Judæum.*

Versus isti, quos præter primum omnes poëtis antiquis suppositos non suspicor, sed, si quid est in hoc genere literarum certi, subditos certo scio,—versus, inquam, isti Clemente multo perspicacioribus sæpe fuerunt fraudi: mirorque adeo neminem hactenus extitisse, eorum certe qui mihi noti sunt. qui fraudem hic subesse fuerit suspicatus. Illorum, qui de sabbato disputarunt superiori seculo, homines etiam, ut erant tum tempora, in ecclesiasticis scriptoribus versatissimi, si mihi scripta liberet nunc pervolutare, reperturum me suspicor, qui Clementis saltem auctoritate moti libenter crediderint dierum septimo Hebræis sacro honorem etiam a poëtis Gentilibus quemdam habitum, Homero, Hesiodo, Callimacho. Sed quid ego tales requirerem, cui unus instar omnium hic testis sufficit Grotius. Ponam ipsa viri maximi verba quædam ex Commentario in Exod. xx. 8.—
110 "Cognitionem aliquam venerationemque sabbati ad alias etiam "pervenisse gentes et per sæcula aliquot mansisse, ostendit "Clemens Alexandrinus Strom. V, et in Præparatione Eusebius, "Hesiodi versibus, in quibus ἕβδομον ἱερὸν ἦμαρ [*septimus sacer* "*dies*] dicitur ; suntque Josephi, Philonis, Theophili Antiocheni, "ac [d] Lucani eodem pertinentes loci." Caute Grotius spuriis abstinuit ; nam quæ ponit Hesiodi sunt Hesiodea apud Clementem et Eusebium sola de multis genuina, de quibus tamen non dubitasse, quæ scribit sunt documento. Quæ dicit Grotius loca Josephi, Philonis, Theophili, Luciani, quibus æque atque istis apud Clementem et Eusebium ostendi posse putabat, *aliquam venerationem Sabbati ad alias etiam pervenisse gentes*, sumsit illa vir literatissimus Joannes Seldenus examinanda sibi *de Jure*

[d] Grotium opinor posuisse nomen *Luciani*, respexisse locum adhibitum etiam a Casaub. in Sueton. Tiber. c. 32, ex Pseudolog. §. 16. tom. iii. p. 174. *ὁ μὲν* Κόθορνόν *τινα εἶπεν,—ὁ δὲ* Λυπάην *— ὁ δὲ* Ἑβδόμην*, ὅτι, ὥσπερ οἱ παῖδες ἐν ταῖς* Ἑβδόμαις*, κᾀκεῖνος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἔπαιζε καὶ διεγέλα.* Ultima bene Grævius explicuit, prætermissa a Meursio Græc. Fer. in Ἑβδόμη· vitiosum Λυπάην correxit Gesnerus in λύσσαν· recte, si formam dedisset Atticam et Luciani Λύτταν· quæ vitii monstrat originem.—Theramenes Κόθορνος dictus notissimus est ex Xenoph. Ἑλλ. II. p. 273, 11. nisi sint ex margine, ὅθεν δήπου etc. Aristoph. Βατ. 546. Schol. et ad Νεφ. 360. ceterisque, ipso quoque Luciano tom. ii. p. 453.—Duo reliqua jocosa concionantum Athenis cognomina Λύτταν et Ἑβδόμην nusquam invenio, quamvis multa hujus generis nomina mihi sint ad manum, et ferme quidquid in Atticos dictum fuit demagogos, quibus lingua fuit ad plebem concitandam prompta. Ad Λύτταν proxime accedunt Μανία Melittæ cognomen : Athen. XIII. p. 578 d. aliorum Χώνη· Συνάγχη· Λήμη· Καπνός· Κεραυνός· Κονιορτός· *Acriora sunt et elegantiora quæ trahuntur ex vi rerum*, Quinctilian. p. 544.

Naturæ et Gentium juxta Hebr. lib. iii. capp. 13—15. et 19. Horum capitum quinto-decimo Gentilium loca collegit Seldenus, de dierum septimo velut Judæis sacro loquentium. Negat vir eximius, et summo quidem jure negat, dierum quemque septimum a Gentilibus cultum aut præ ceteris sacrum fuisse habitum. Sic statuenti quæ videbantur obniti Aristobulea pertractavit Seldenus capp. 16 et 17, sic ut in omnes se formas vertat ad sensum quemdam Hesiodeis, Homericis, versibusque quos putabat vel Lini vel Callimachi, contribuendum, qui sententiæ suæ paulo ante memoratæ quodammodo conveniret. In his explicandis versibus, hac cura prorsus indignis, Seldeno Ill. Ez. Spanhemius adstipulatur Observ. in Callim. H. in Del. ver. 251. Neuter de fide
dubitavit Aristobuli, nec certe sintne versus isti poëtarum, qui- 111
bus a Judæo contribuuntur. Huic quidem labori parcere potuisset Seldenus, atque in his ipsis suæ opinioni verissimæ præsidium invenire, si minus homini Judæo credulus ipsos illos, qui Homeri dicuntur, Hesiodi, Lini, sive Callimachi versus vidisset poëtis istis indignos, atque in eodem Judæi cerebro tornatos, quo finxerat falsarius velut Orphei versus, de suæ gentis duobus viris primariis, Abrahamo et Moyse, honorifice canentis.—Nostris istis apud Clementem Alexandrinum Josephi vel Philonis verbis præter Grotium æquales duo quoque nituntur Desider. Heraldus, et Jacob. Gothofredus, uterque tractantes verba quædam ex Apologetico Tertulliani cap. 16, ex quibus nihil aliud conficias, nisi plebem isthoc ævo Romanorum, *exorbitantem a Judaico more, quem ignorabant*, dierum septimum libenter ab opere vacantem transegisse, atque ita secum habitantes Judæos hac in parte nativæ cuique segnitiæ accommoda nihil agendo quodammodo fuisse æmulatam. Legi poterunt observata Casauboni in Sueton. Tiber. c. 32, sed præsertim a Seldeno hanc in rem notata cap. 18, quibus dedocendum se dare debuerat Havercampius. Heraldus in Apolog. Tertull. comment. p. 88, "sane dies, ait, Saturni, qui "erat septimus, otio ac quieti fuit veluti assignatus, nec apud "Romanos solum aut Græcos, sed apud gentes pene omnes: "quod observabat Josephus contra Appionem lib. ii. et apertis-"sime Philo de Vita Mosis." Non multo post quam ista Parisiis scripsisset Heraldus, Genevæ J. Gothofredus ex Agobardi codice (cujus penes me sunt ceterorum etiam librorum Tertulliani lectiones ex isthoc codice MS. quondam erutæ a Josia Mercero) evulgavit Tertulliani *ad Nationes* libros duo: in notis ad lib. i. c. 13. p. 125, "Saturni, inquit, diem, seu sabbathum otio et "quieti ubique gentium, Judæorum imitatione, assignatum "fuisse, etiam Josephus lib. ii. contra Appionem et Clemens "Alex. lib. v. Stromatum testantur." Neuter horum Aristobuli atque adeo Eusebii fuit recordatus. De Clementis hac in re testimonio quid sentiendum sit, partim jam vidimus. Josephi verba c. Apion. II. §. 39. quibus etiam abutitur Is. Casaubon. in Sueton. Tiber. c. 32. quo spectent, Seldenus jam ante monuerat,

pleniusque demonstravit ultimo capite libri iii. Sed in istis Josephi verbis, quibus civitatem aut gentem esse negat, ἔνθα μὴ τὸ τῆς Ἑβδομάδος, ἣν ἀργοῦμεν ἡμεῖς, τὸ ἔθος οὐ διαπεφοίτηκε, insidet macula; cur enim bis articulum τὸ—τὸ ἔθος, cur scripsisset ἔνθα μὴ τὸ τῆς Ἑ. — τὸ ἔθος οὐ διαπεφοίτηκε; latet in literis μητοτης, ni fallor, vox τιμιωτάτης· scripseratque adeo, ἔνθα τῆς τιμιωτάτης Ἑβδομάδος—τὸ ἔθος οὐ διαπεφοίτηκε. Hic primum negat ceteras
112 gentes ἀργεῖν die sabbati more Judaico; quod, velut solis Judæis proprium, quam honesto transigeretur otio, monet Agrippam Josephi Nicolaus Ἀρχαιολ. XVI. c. 2. §. 4: deinde ludit Josephus in ambiguo significatu vocis Ἑβδομάδος· Thomas Mag. in Ἑβδόμη,—ἡ Ἑβδομὰς, ait, οὐ μόνον τὰ ἑπτὰ, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ μετὰ τὰς ἓξ μονάδας μονάς. Tandem τῆς ἑβδομάδος τὸ ἔθος a Josepho dicitur per alias etiam gentes pervasisse, διαπεφοιτηκέναι, sicuti paulo post, ὥσπερ ὁ Θεὸς, inquit, διὰ παντὸς τοῦ κόσμου πεφοίτηκεν, οὕτως ὁ νόμος διὰ πάντων ἀνθρώπων βεβάδικεν. Jam vero sicuti lex non utique censeri potest ab omnibus observata, sic neque sabbatum. Hæc tria Seldenianis addita rem istam extra dubium collocabunt. Dierum septimum, Ἑβδόμην vel ἑβδομάδα dictum, vacando rebus divinis transigebant soli Judæi; sed gentes humaniores tempora sua numerabant omnes per septem dierum periodos. Conf. Seldenus lib. iii. c. 19. Numerum vero septenarium ipsum, Ἑβδομάδα vulgo Græcis vocatum, velut sacrum quemdam numerum honorabant philosophi mathematici, qui suam vim in rebus divinis humanisque maximam exerceret. Hæc est mens verborum Philonis Judæi, quibus sæpe viri docti sunt abusi, de Mundi Opif. p. 28 f. 29 a. loquentis περὶ Ἑβδομάδος, *de numero septenario*; τιμῆς μὲν ἔλαχεν ἐν τῇ φύσει τῇ ἀνωτάτω· τιμᾶται δὲ καὶ παρὰ τοῖς δοκιμωτάτοις Ἑλλήνων καὶ Βαρβάρων, οἳ τὴν μαθηματικὴν ἐπιστήμην διαπονοῦσιν· ἐκτετίμηται δ' ὑπὸ τοῦ φιλαρέτου Μωσέως. Ex his quoque manifestum fore opinor, cur paulo superius τῆς τιμιωτάτης Ἑβδομάδος mentionem a Josepho factam crediderim. Ex iisdem partim etiam explicanda sunt controversa Philonis de Vita Moysis lib. ii. p. 657 b. Nimis illud frequens est in hominibus literatis vitium, ut veterum loca quædam excitent, prout illa a nexu quæque suo avulsa sibi quidem olim enotaverant, laboris fugitantes, quo nexus iterum erat exigendus. Scripsit illic Philo non pauca in eamdem sententiam, de qua sæpe veteres egere philosophi non tantum sed et historici, ex. gr. Herodotus III. c. 38. suas cuique genti leges et consuetudines placere, minus probari a singulis leges et mores aliarum gentium. Harum numero gentem excipit Judaicam Philo, cujus mores adeo non a gentibus aliis improbatos scribit, ut leges etiam cognoscere desideraverint in Græcum sermonem conversas non homines tantum privati sed viri quoque principes. In hanc sententiam multa disputat Judæus a p. 656 d. ad p. 660 d. Non utique dicit mores aut leges Judæorum ab illis, quibus non displicuerant, observatas, sed p. 660 d. νόμους illis fuisse ζηλωτοὺς καὶ περιμαχή-

τους, *leges laudatas et studiose desideratas;* leges, quod mirandum, *gentis a longo tempore non fortunatæ; qualia latere plerumque soleant obscurata; quod si benignior aura Judæorum aliquando rebus adspiraret,* πόσην, inquit, εἰκὸς ἐπίδοσιν γενήσεσθαι· *arbitror equi-* 113
dem singulos suis patriis consuetudinibus legibusque longum valere jussis, solas leges Judaicas omni honore dignaturos. In ista jam disputatione posita verba, p. 657 b. τίς γὰρ τὴν ἱερὰν ἐκείνην Ἑβδόμην οὐκ ἐκτετίμηκεν, ἄνεσιν πόνων καὶ ῥαστώνην αὐτῷ τε καὶ τοῖς πλησιάζουσιν, οὐκ ἐλευθέροις μόνον ἀλλὰ καὶ δούλοις, μᾶλλον δὲ καὶ ὑποζυγίοις διδούς; quis non videt quo capi debeant sensu? præsertim cum paulo post dicatur, τίς δὲ τὴν λεγομένην νηστείαν οὐ τέθηπε καὶ προσκυνεῖ; Illic ἐκτετίμηκε, *valde honorat,* vel *honorare studebit,* ponitur, ut hic τέθηπε καὶ προσκυνεῖ· id est, πεφόβηται καὶ προσκυνεῖ· [d] more scribendi elegantioribus satis usitato. Nullum itaque aut in Josephi, aut in Philonis verbis est præsidium dierum cuique septimo, velut Judæis, sic aliis etiam gentibus eximia religione sacro.

XXXVII. *Septimum diem mensis, Apollini natalem, fuisse sacrum; qui hinc dictus* Ἑβδομαγέτας.

Sed si dierum quisque septimus non fuit, ut Judæis, sic aliis etiam gentibus sacer; ut raro tota fabula de nihilo nascitur, non omnia tamen mentitur Aristobulus: callidus ille Judæus versibus a se conditis spuriisque quem primum præfixit et velut patri tribuit Hesiodo, est ille legitimus Hesiodi filiolus,

πρῶτον ἕνη, τετράς τε, καὶ ἑβδόμη, ἱερὸν ἦμαρ,

in ejus Operibus, 770. Hunc vero versus antecedit,

ἅιδε γὰρ ἡμέραι εἰσὶ Διὸς παρὰ μητιόεντος·

post istum qui sequitur, rationem pandit, cur septimus mensis dies, ἑβδόμη, sit ἱερὸν ἦμαρ,

τῇ γὰρ Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ·

Sacer itaque dies erat septimus mensis Apollini, quem hoc die Latona pepererat. Sic tertius mensis dies sacer erat Minervæ, quia nata ferebatur hoc die; quartus ob eamdem rationem Mercurio et Herculi; sextus Dianæ, quam sexto die Thargelionis 114
mensis enixam Latonam perhibebant Delii, sicut sequenti die

[d] *More scribendi*] Πεφόβημαι semper adhibetur præsentis significatione; alia etiam nonnulla; quæ propterea junguntur, ut hic a Philone, verbis aliis, forma sui temporis scriptis: Aristoph. Nub. 293, αὐτὰς τετρεμαίνω καὶ πεφόβημαι· v. 1131. Δέδοικα καὶ πέφρικα καὶ βδελύττομαι· conf. Thomas M. in Ἐδεδοίκειν· Arist. Pace v. 334, Ἥδομαι γὰρ καὶ γέγηθα, ut Diphili parasitus ap. Athen. VI. p. 236 c. Γέγηθα καὶ χαίρω· Hermias Irris. p. 217, 8, ἀθάνατός εἰμι καὶ γέγηθα·—θνητὸς, καὶ δακρύω· hic scribere quoque potuerat δεδάκρυκα· ut Philostratus p. 684 b. Eusebius Stobæi p. 58, 37. divites malos vulgo τιμῶσι τε καὶ τεθωϋμάκασι.

septimo fratrem Apollinem. Sextus ille Thargelionis dies quam multis præterea rebus in Attico fuerit kalendario, sic liceat dixisse, notabilis, liquet ex Æliani V. H. II. c 25. De Apolline et Platone mensis istius die VI. natis, Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ, testis est Apollodorus in Chronicis apud Laërt. III. 2. Quæ illic honorifica Platoni præcedunt, comparet mihi quis ad ista, quibus ut vitiosis abstinuere viri docti, Plutarchi Sympos. V. III. 1. p. 717 d. τοὺς Ἀπόλλωνι τὴν Πλάτωνος τέκνωσιν ἀνατιθέντας οὐκ ἂν οἶμαί τινα φάναι καταισχύνειν τὸν θεὸν, ἐπὶ μείζονα πάθη καὶ νοσήματα τοῦτον ἡμῖν διὰ Σωκράτους ἰατρὸν, ὥσπερ ἑτέρου Χείρωνος, ἀπειργασμένον· interpres: *tanquam alterius Chironis opera.* Sed in his certe requiritur præpositio, ὥσπερ [e] ἑτέρου διὰ Χείρωνος· intelligit enim Apollinis filium Æsculapium, edoctum a Chirone medicinam corporis, ut animi morborum, (quos tamen Chiron etiam sanabat, ut recte judicat Maximus Tyr. XXXIV. 1.) Platonem fecerat medicum Socrates, et hujus opera medicorum deus Apollo: hæc est procul dubio mens Plutarchi: Atticis εἴργασμαι significat sæpe *feci:* Plutarcho *factus est* εἰργασμένος· quem idcirco scripsisse arbitror, ἐπὶ μείζονα πάθη—τούτου ἡμῖν διὰ Σωκράτους ἰατροῦ, (nempe Πλάτωνος) ὥσπερ ἑτέρου διὰ Χείρωνος, ἀπειργασμένου· tuendis vulgatis alia etiam machina forsan admovebitur. Complectitur liber octavus Convivalium Disputationum Plutarchi quæstiones inter amicos agitatas ἐν τοῖς
115 Πλάτωνος γενεθλίοις· quem diem in ejus honorem hilares celebrabant Platonici: vid. Porphyr. apud Euseb. Præp. Ev. X. p. 464 a. 467 ult. Quæ paulo ante posui, proxima præcedunt p. 717 c. Hoc ipso die mensis istius septimo, quem festum Θαργηλίων Athenienses, Cyrenæi Καρνείων nomine celebrabant, natum Cyrenis Carneadem, Athenis Platonem: καὶ τὸν θεὸν, inquit

[e] Ἑτέρου διὰ Χείρωνος] Chironis primarius discipulus, Apollinis habebatur filius, Æsculapius, inter cognomines primus: tres enim enumerantur a Cicerone: Plato de Rep. III. p. 408 b. οἱ τραγῳδοποιοὶ καὶ Πίνδαρος Ἀπόλλωνος φασὶν Ἀσκληπιὸν εἶναι· dubitat Plato, cui non poterat in mentem venire quid de ipsius matre posteri essent narraturi: Pindari locum designat Plato Πυθ. III. 117; Euripides Alc. v. 3, quo suum ipse filium testatur Apollo: his scienter usi sunt Clem. Alex. Protrept. p. 25, 26. a quo sumserunt Cyrill. c. Jul. VI. p. 201, aliique. Dei an filius esset, nemo dubitabat Epidauri; de matre controversiam fuisse liquet ex Pausan. II. p. 171.—Quod de Coronide dicebatur, amatore Deo non contenta, sequutus est Ovidius Metam. II. ubi Phœbus v. 629, *natum flammis uteroque parentis Eripuit; geminique tulit Chironis in antrum.* In hoc antro sanctissimo a justo sene formati juvenes ad varias artes virtutisque cultum novem enumerantur a Philostrato in Heroicis c. ix. unus et viginti initio Cynegetici Xenophontis: inter illos a Philostrato memoratos primum obtinet locum Æsculapius; secundum in Xenophonteis, si sunt ista Xenophontis. Illos aliunde plerosque noveram eruditos a Chirone; sed Xenophonteos ignorabam plerosque Chironi datos in disciplinam, Nestorem certe, Amphiaraum, Meleagrum, Hippolytum, Ulyssem, Diomedem, Antilochum, Æneam. De Æsculapio Xenophon p. 568, 16, μειζόνων ἔτυχεν, ἀνιστάναι μὲν τεθνεῶτας, νοσοῦντας δὲ ἰᾶσθαι· διὰ δὲ ταῦτα, θεὸς ὢν (L. ὡς,) παρ' ἀνθρώποις ἀείμνηστον κλέος ἔχει.

ad convivas Florus, ὡς ταύτῃ γενόμενον ὑμεῖς, οἱ προφῆται καὶ οἱ ἱερεῖς, Ἑβδομαγένην καλεῖτε· meo quidem judicio vitiosum illud est: contra Jo. Meursius his usus in Græcia Fer. v. Ἑβδόμη· et in Denar. Pythag. c. ix. p. 82. illinc Proclo, recte scribenti, Ἑβδομαγέταν ἐκάλουν τὸν θεόν· restituendum censuit Ἑβδομαγένην· sic scribit et P. Castellanus Syntagm. de Festis Gr. in Θαργήλια· saltem scribi tum debuerat Ἑβδομαγενῆ· sed ad talia non attendebat Meursius; quocum consensisse videtur Æg. Menagius in Diogen. III. 2. Nihil Seldenus decernit lib. iii. c. 17. p. 394. aut Stanleius, Meursium citasse contentus, in Æschyli Sept. c. Theb. v. 806, quo Τὰς ἑβδόμας ὁ σεμνὸς Ἑβδομαγέτας Ἄναξ Ἀπόλλων εἵλετ'· quibus recte fuit usus Ill. Ez. Spanhem. in Callim. H. in Del v. 251. Hoc sine dubio legitimum nomen Ἑβδομαγέτας· alterum (ἑβδομαγένην) vitiosum est: Plutarchus Sympos. IX. 3. p. 738 d. ἡ ἐννεὰς ταῖς Μούσαις· ἡ δὲ ἑβδομὰς τῷ Μουσηγέτῃ προσκεκλήρωται· eodem tom. ii. p. 391 f. ἡ ἱερὰ τοῦ Ἀπόλλωνος Ἑβδομὰς ἀναλώσει τὴν ἡμέραν πρότερον, ἢ λόγῳ τὰς δυνάμεις αὐτῆς ἁπάσας ἐπεξελθεῖν· ex ejusdem p. 292 e. discimus, Delphis Busii sibi mensis dicti diem quoque septimum habitum Dei natalem. Natalem diem nec memorat Callimachus in Apollinis Hymno, neque in Delum; septenarii tamen numeri memor in Del. v. 251, quo cycni, dum deum mater eniteretur, ἐκυκλώσαντο canentes Ἑβδομάκις περὶ Δῆλον· v. 253.

Ἔνθεν ὁ παῖς τοσσάσδε λύρῃ ἐνεδήσατο χορδὰς
ὕστερον, ὁσσάκι κύκνοι ἐπ' ὠδίνεσσιν ἄεισαν·
ὄγδοον οὐκ ἔτ' ἄεισαν· ὁ δ' ἔκθορεν·

Die hoc Apollini natali, festo Thargeliorum, Athenis puerorum nobilium chorum saltasse circa templum Apollinis Delii, cui honos habebatur, vestibusque saltantes pueros indutos fuisse variegatis, qualibus erant actores in theatro, mihi quidem li- 116
quere videtur ex Theophrasti[f] περὶ μέθης fragmento, quod digito

[f] Theophrasti verba, quibus ut mendosis abstinuit etiam Eustathius in Il. υ'. p. 1280, 25, sic mihi videntur redintegranda: πυνθάνομαι δ' ἔγωγε καὶ Εὐριπίδην τὸν ποιητὴν οἰνοχοεῖν Ἀθήνησι τοῖς ὀρχησταῖς καλουμένοις· ὠρχοῦντο δ' οὗτοι περὶ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος νεὼν τοῦ Δηλίου, τῶν πρώτων ὄντες Ἀθηναίων, καὶ κατεδύοντο ἱμάτια τῶν Θηραϊκῶν· ὁ δὲ Ἀπόλλων οὗτός ἐστιν, ᾧ τὰ Θαργήλια ἄγουσι· καὶ διασώζεται Φλυῆσιν ἐν τῷ δαφνηφορείῳ γραφὴ περὶ τούτων· in his τῶν πρώτων ὄντες Ἀθηναίων sunt *primarum familiarum filii.* — Κατεδύοντο ἱμάτια· ut καταδῦναι — εἵματα, Moschi Eid. IV. 102. — Ἱμάτια τῶν Θηραϊκῶν Casaubonum aliosque sæpius exercuerunt: τῶν Θεωρικῶν legit Ez. Spanhemius, et hanc suam conjecturam, quam vocat *certissimam*, multis docte exornat in Callim. H. in Del. v. 314. Pace Spanhemii et Casauboni vulgatam vocem sinceram arbitror. Ad ista Hesychii, Θήραιον, πέπλον, τὸ ποικίλον, (τὸ ποικίλον, Διονύσου χιτὼν Βακχικὸς dicitur a Polluce VII. 47.) οἱ Ἀττικοί· δοκεῖ δὲ ἀπὸ Θήρας τῆς νήσου προσηγορεῦσθαι, G. Sopingius citat ex Athenæo verba legitque τῶν Θηραίων· citat et aptissima Pollucis IV. 118. Θήραιον, τὸ Διονυσιακὸν, nempe ἱμάτιον· infra VII. 48. legitur Θηραῖον ἱμάτιον, ἢ ἀπὸ τῆς νήσου *sic dictum*, ἢ etc. et §. 77, Θηραῖόν τι ποικίλον· ut ibid. τὶ καὶ Κρητικὸν, quo rex sacrificulus utebatur Athenis. Jam vero cum instar simi-

tantum attigit Meursius, quippe mendis obsitum, apud Athen. X. p. 424 f. Cum et aliunde constet, pueros Athenis hunc diem Thargeliorum hilares exegisse, dubito utrum huc præter Luciani locum tom. iii. p. 174, ὥσπερ οἱ παῖδες ἐν ταῖς ἑβδόμαις, κἀκεῖνος—ἔπαιζε καὶ διεγέλα, alia quoque referri debeant, quæ Meursius dedit in Gr. Fer. v. Ἑβδόμη· an vero cujusvis mensis diem septimum Athenis pueri quodammodo juvenesque velut festum coluerint. Cujusque mensis diem septimum Apollini sacrum præter novilunium disertis verbis testatur in Aristoph. Plutum v. 1126, scriptor Scholii, ἑκάστου μηνὸς ἡ νουμηνία καὶ ἡ Ἑβδόμη ἀφιέρωτο τῷ Ἀπόλλωνι· quod Scholion ex Cod. Leid. vulgavit Hemsterh. p. 425. atque ista quoque mens fuit Hesiodi in istis:

πρῶτον ἕνη, τετράς τε, καὶ ἑβδόμη, ἱερὸν ἦμαρ·

qui versus nimis multa dicendi mihi materiam præbuit.

XXXVIII. *Exhibentur ficti, uno excepto, versus ab Aristobulo sub nominibus Hesiodi, Homeri, Lini, in quibus explicandis frustra se torquet Seldenus.*

Demus itaque Aristobulo non dierum quemque septimum, sed mensis cujusque septimum velut diem sacrum agnitum ab Hesiodo, quia Deliis, Apollinem isthoc mensis die natum narrantibus, fidem habuit Hesiodus. Jam vero qui hoc illum ἐκ τῶν ἡμετέρων βιβλίων μετειληφέναι summo jure negasset, neque dicere debuisset, aut illum, nedum reliquos, diem quemque septimum ἱερὰν dixisse, quem hoc honore dignum e libris sacris didicissent:—sed hic, ne lector necesse habeat apud Eusebium et Clementem fictos requirere versus, continua ponam quæ Aristobuli dedit Eusebius: post ista, quæ jam examinata sunt,

Διασαφεῖ δὲ καὶ Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος, μετειληφότες ἐκ τῶν ἡμε-
3 τέρων βιβλίων, ἱερὰν εἶναι, Ἡσίοδος μὲν οὕτως [g],

lium, teste quoque Stephano Byz. in Θήρα, Θηραϊκὸς æque fuerit in usu ac Θηραῖος· ut Ἀχαϊκὸς, Ἀρχαϊκὸς, etc. cur non licuit Theophrasto ἱμάτια τῶν Θηραϊκῶν, *varii coloris vestes*, vocare Dionysiacas? ἐσθῆτα Διονυσιακὴν memorat Philodemus apud Athen. X. p. 445 b. τραγικὰς στολὰς καὶ ποικίλας, Timæus, ibid. XII. p. 523 b. τὴν ἐπὶ τῆς σκηνῆς στολὴν, p. 535 d. etc.—Pro φύλησιν emendabat Casaub. Φυλῇσιν· malui Φλυῇσιν· Stephan. Byz. in Φλυεῖς hoc quoque præbet: Isæi Ciron possidebat ἀγρὸν Φλυῇσιν p. 72, 38. τὸ Φλυῇσι τελεστήριον *picturis* γραφαῖς exornatum memorat ex Plutarcho Meurs. de Pop. Att. in Φλύα· ex hoc Demo censebatur Euripides, qui puerorum choro Οἶνον ἐῳνοχόει.

[g] Est in his apud Clementem p. 713. et Clementina describentem Eusebium p. 677, exigua quædam scripturæ varietas, hic tamen, ubi res pendet a minimis, non negligenda. Versu

3. Ἡσίοδος μὲν οὕτως] Apud Clem. Ἡσίοδος μὲν (Euseb. μὲν οὖν οὕτω rectius) οὕτως περὶ αὐτῆς (τῆς Ἑβδόμης ἱερᾶς) λέγει·
5. Καὶ πάλιν λέγει] Clem. καὶ πάλιν· et Eus.
6. Ἑβδομάτῃ] Ex Clem. scripsi pro Ἑβδομάτη·
7. Ὅμηρος δὲ οὕτω λέγει] Clem. Ὅμηρος δὲ—Euseb. καὶ Ὅμηρος·

Πρῶτον ἔνη, τετράς τε, καὶ Ἑβδόμη, ἱερὸν ἦμαρ, 118

hæc continua sequuntur apud Eusebium p. 667, 668,

καὶ πάλιν λέγει,

Ἑβδομάτῃ δ' αὖθις λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

Ὅμηρος δὲ οὕτω λέγει,

Ἑβδομάτη δ' ἤπειτα κατήλυθεν, ἱερὸν ἦμαρ.

[καὶ,

Ἑβδόμη ἦν ἱερή·]

καὶ πάλιν,

Ἕβδομον ἦμαρ ἔην, καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα.

καὶ,

Ἑβδομάτῃ δ' ἠοῖ λίπομεν ῥόον ἐξ Ἀχέροντος.

Τοῦτο δὴ σημαίνων, ὡς, ἀπὸ τῆς κατὰ ψυχὴν λήθης καὶ κακίας, ἐν τῷ κατ' ἀλήθειαν ἑβδόμῳ λόγῳ καταλιμπάνεται τὰ προειρημένα, καὶ γνῶσιν ἀληθείας λαμβάνομεν, καθὼς προείρηται·
Λῖνος δέ φησιν οὕτως,

Ἑβδομάτῃ δ' ἠοῖ τετελεσμένα πάντα τέτυκται·

καὶ πάλιν,

Ἑβδόμη εἰν ἀγαθοῖσι, καὶ ἑβδόμη ἐστὶ γενέθλη.

[καὶ]

Ἑβδόμη ἐν πρώτοις, καὶ ἑβδόμη ἐστὶ τελείη.

8. Ἑβδομάτη] Apud Clem. Ἑβδομάτῃ.

9. [καὶ Ἑβδόμη ἦν ἱερή.] Ex Clem. et Euseb. restitui, quæ, minime negligenda, videbantur ex Aristobuleis Eusebii p. 667. excidisse: καὶ repetitum facile librarium in describendo fefellit.—v. 13. pro καὶ, Clem. et Eus. καὶ αὖθις.

14. Ἑβδομάτῃ δ' ἠοῖ.] Ex Clem. recepi pro Ἑβδομάτῃ δή οἱ· quod dat tamen etiam Clementina describens Eusebius R. Stephani et Vigeri.

15–20] Omissa sunt apud Clem. tanquam quæ nihil ad rem facerent.

20. Λῖνος δὲ (δὴ ed. R. Steph.) φησὶν οὕτως] Est hic satis insignis, neque a librariis orta, varietas: legitur apud Clem. et Euseb. p. 677, Ναὶ μὴν καὶ Καλλίμαχος ὁ ποιητὴς γράφει.

21. Ἑβδομάτῃ δ' ἠοῖ] Ex Clem. recepi, pro Ἑβδομάτῃ δή οἱ· alia dat Euseb. ex Clem.

Ibid. Τετελεσμένα πάντα τέτυκται] Clem. καὶ οἱ τετύκοντο ἅπαντα·

Ex Clem. dat Eusebius: Ἑβδομάτη δὲ ἔην, καὶ οἱ ἐτέτυκτο ἅπαντα. quæ lectio placebat Frid. Sylburgio: qualem versum editio Clementis exhibet, probavit R. Bentlei. in Callim. Fragm. CXLV. præsertim τετύκοντο. Mihi scripsisse videtur Aristobulus: Ἑβδομάτῃ δ' ἠοῖ τετελεσμένα πάντα τέτυκτο non τέτυκται. *Septimo vero die perfecta omnia erant.* In talibus—ται - τε - το sæpe permutata sunt.

23. Ἑβδόμη εἰν ἀγαθοῖς] Suavius aures accidit Ἑβδόμη εἰν ἀγαθοῖσι· quæ Callimacho tribuuntur apud Clementem, Euseb. et a R. Bentlei.—v. 24. omissum in Aristobuleis Eusebii καὶ ex Clem. restitui et Eusebii Clementinis—in quibus est sequente v. τελεία.

27. Ἑπτὰ δὲ πάντα τέτυκται] Hic τέτυκτο Clemens exhibet et Euseb. p. 678 a. receptum a Bentleio, qui sic ista Latine convertit: *septem autem omnia facta sunt in cœlo stellato In orbitis apparentia, annis volventibus.* Corrigendum enim versum censet ultimum: Ἐν κύκλοισι φανέντα, περιπλομένων ἐνιαυτῶν.

καὶ,

> Ἑπτὰ δὲ πάντα τέτυκται ἐν οὐρανῷ ἀστερόεντι
> ἐν κύκλοισι φανέντ' ἐπιτελλόμενοις ἐνιαυτοῖς.

His subdit Eusebius τὰ μὲν Ἀριστοβούλου τοιαῦτα.

In his diversas aliquot lectiones adnotare ne Seldenus quidem neglexit de Jure N. et G. juxta Hebr. III. c. 16. ubi primum ista ponit Græca, tum a se Latina facta. Cap. seq. 17. fatetur id
119 voluisse Aristobulum Judæum, "Hesiodum et Homerum innuere "diem septimum sacrum fuisse, velut ex sacris literis edoctos, "atque sabbatum—ipsum ea in re primario respexisse. Sed "nec minus, ait, est manifestum, aut insigniter hallucinatum "fuisse eum, aut id, quod res est, ultro plane dissimulasse; si "nempe diem septimum in dierum periodis recurrentem inde, "velut festum, cultum—Gentilibus fuisse, vellet probari." Qui tantum temporis in Judæorum recentiorum scriptis perdiderat, eo Seldenus pervenire non potuit, ut antiquiorem Philone Judæum, hominem sane doctissimum, fraudis in his commissæ haberet suspectum, cujus illum manifestum tenemus.—Deinceps primum Hesiodi versum recte Seldenus explicat; tum reliquos persequitur, quos negat quidquam ad rem facere præter unicum Homeri, quo dies septima dicatur ἱερὸν ἦμαρ.—Quæ videbatur in Lini vel Callimachi versibus obesse sententiæ suæ, difficultatem ingenioso commento minuit Seldenus. Contendit, versus istos non diei septimæ sed septenarii tantum numeri spectare dignitatem; τὴν ἑβδόμην perperam apud Clementem accipi de *die septimo*, cum numerus illic sit septenarius intelligendus. Clementinorum interpolatoris, ad ea quæ scribebat non satis attendentis, errore, sibi tamen non animadverso, Seldenus abutitur: eam in rem supra non pauca dicta sunt ad Clementinis inserta p. 713, 11. etc. Quæritur hic, quid voluerit Aristobulus: demonstrare voluit, ut Hebræis sabbatum, sic Græcis istis poëtis τὴν ἑβδόμην ἱερὰν εἶναι· hic certe dies est septimus intelligendus, non numerus septenarius, ἑπτὰς, et vulgo dictus Ἑβδομάς·—numerus septenarius dicaturne etiam alicubi ἑβδόμη, nihil facit ad Aristobulum: sed ne hoc quidem verum arbitror: ἡ Ἑβδομὰς, numerus septenarius, vel septem dierum periodus, Judæis quidem Hellenistis de dierum septimo sibi sacro nonnunquam usurpatur; sed qui *pro numero septenario* posuerit τὴν Ἑβδόμην mihi quidem veterum nemo, ne Judæus quidem, innotuit. Auctoritate Thomæ, scribentis Ἑβδόμη— καὶ ἅπας ὁ ἑπτὰ ἀριθμὸς, hoc crediderunt viri docti: grammaticorum talium auctoritas est exigua sine teste loquentium:—atqui testem in eam rem Thomas excitat gravissimum, Æschylum:—quin imo testem suæ his in rebus antiquis imperitiæ: nam in istis Æschyli Sept. c. Theb. v. 127.

> Ἑπτὰ δ' ἀγήνορες πρέποντες στρατοῦ
> δορυσσόοις σαγαῖς, πύλαις ἑβδόμαις
> προσίσταντι, πάλῳ λαχόντες·

septem duces non stabant ad *septem portas*, sed adstabant *porta-
rum septimæ*, forsan in vicino Jovis altissimi templo κλήρῳ λα-
χόντες, *sortiti*, quam quisque de septem portis sibi haberet tuen- 120
dam; nondum ad suam quemque ducum stationem missos liquet
ex v. 290. Infra v. 637, post sex duces recensitos hostiles, qui
suam sibi quisque portam Thebarum expugnare conarentur,

> Τὸν ἕβδομον δὴ τόνδ' ἐφ' ἑβδόμαις πύλαις
> λέξω.

Polynices septimam portam aggrederetur: an et ille septem portas simul? An Adrastus in Euripidis Phœnissis? nam Phœn. v. 41.

> Ταῖς δ' ἑβδόμαις Ἄδραστος ἐν πύλαισιν ἦν.

A minutissimis rebus accurate observatis multa pendere hoc in genere literarum, illud quoque sit documento.

XXXIX. *Fraus in istis versibus fingendis demonstratur, quorum unus est Homericus, nisi quod* Τέτρατον ἦμαρ *in* Ἕβδομον ἦμαρ *mutaverit Aristobulus.*

Præterquam in ultimo loco, in singulis, quos habet Aristobulus, versibus fit non septenarii numeri in genere, sed diei septimi mentio. In Homericorum, si Musis placet, primo Ἑβδομάτη dicitur ἱερὸν ἦμαρ· in hemistichio sequente Ἑβδόμη ἦν ἱερή, *septima dies erat sacra*. In versibus, quos dicit Lini, quomodo tandem ista

> Ἑβδόμη εἰν ἀγαθοῖσι, καὶ ἑβδόμη ἐστὶ γενέθλη·

καὶ,

> Ἑβδόμη ἐν πρώτοισι καὶ ἑβδόμη ἐστὶ τελείη·

reddi Latine potuerunt a Seldeno c. 16.? *Septenarius bonus est;*
septenarius primus, atque postremus etiam, seu perfectus ac absolutus
est septenarius. Quæ pleraque ne sensum quidem admittunt 121

h Urbis Thebarum portas de septem quinque designant iisdem prope nominibus Æschylus, Euripides, Statius, Pausanias, Apollodorus, has nempe, Prœtidas, Electras, Neïtas, Ogygias (has Ὄγκας Ἀθάνας vocat. Æschyl. Theb. v. 492) Homoloïdas. Reliquas duas Βορραίας πύλας vocat Æschylus et Ἑβδόμας πύλας v. 533, et 637. Illas versus Boream spectantes, Κρηναίας dixerunt Eurip. Phœn. v. 1130, Pausanias, p. 727 f. Apollodor. III. p. 154, ubi pro τὰς Ὀγκαΐδας codd. MSS. Ὀχνηΐδας præbent: legerim Νηΐτας· nam habet et Ὠγυγίας· Æschyli memor sciolus nomen vitiasse videtur. Quas Ἑβδόμας πύλας Æschylus et Euripides, Hypsistas dixerunt Statius Theb. VIII. 356, Apollodorus p. 154, 3. Pausanias IX. p. 728, 1, qui πρὸς ταῖς Ὑψίσταις fuisse scribit Jovis templum ἐπίκλησιν Ὑψίστου· hujus miror non recordatum Bochartum, dum tractabat Hesychianum Ἐλιεὺς, Ζεὺς ἐν Θήβαις· aut Sanchuniathonis Ἐλιοῦν, עליון aut Plautini Pœnuli *alonim valonuth, deos deasque*. Deum enim Cadmus more Palæstino suæ gentis colere potuit appellatione τοῦ Ὑψίστου, cujus fuisse dicitur sacerdos Salemi regulus Melchisedecus.

tolerabilem. Quanto melius mentem expressit Judæi Franc. Vigerus!

> Omine læta dies est septima, septima rerum
> Ortus, et eximias inter perfecta coruscat.

Judæi quidem Græce paulo doctiores admirari debuerunt in Aristobuli libro lectos versus, hunc velut Homeri:

> Ἕβδομον ἦμαρ ἔην, καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα·

istum velut antiquioris Lini:

> Ἑβδομάτῃ δ' ἠοῖ τετελεσμένα πάντα τέτυκτο·

> Septimus dies erat, et huic omnia erant perfecta:
> Septima autem die omnia ei parata erant:

ut hæc reddidit in Callimacheis Bentleius, perperam etiam reddita Latine a Seldeno. Judæus Græciensis lector ne dubitare quidem potuit, quin hæc esset sententia de creationis historia Moysis transsumta: et ne nos quidem ea de re dubitamus. Quantumvis autem vix futurum arbitrer, qui non his lectis versus istos ab Aristobulo confictos esse mecum sit agniturus, alia tamen adjiciam nonnulla. Primum Homereos qui dicuntur mihi sumam exigendos. Nego de versibus istis ullum in Homeri poëmatis reperiri, aut ab Homero scribi potuisse: recurrit aliquoties in Homeri poëmatis versus,

> Ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ·

quæcunque maximam adferunt mortalibus commoditatem, illa omnia ἱερὰ *sacra* vocat Homerus: ἀλφίτου ἱεροῦ ἀκτὴν, *farinam, mola fractam*, Il. λ'. 630. quibus frumentum cernitur a paleis, ἱερὰς—ἀλωὰς, Il. ε'. 499. recte Eustath. διὰ τὸ ζωοποιὸν τῶν ἐκεῖθεν τρεφομένων, in Il. λ'. p. 815, 11. noctis caliginem κνέφας ἱερὸν Il. λ'. 194. *amabile solis lumen*, ἱερὸν ἦμαρ· sed nusquam certus dies, nedum septimus, ab Homero dicitur ἱερὸν ἦμαρ· debuerat saltem probabilia finxisse et Homero congrua: κατήλυθεν, de die veniente positum, Homericum certe non est: ne alius quidem veterum dixisset τρίτη, vel τετάρτη, vel ἑβδόμη κατήλυθεν· de tem-
122 pore certo, quod instabat, usurpabant ἐπῄει vel ἐπῆλθε· rarius simplex ἥκει. Suavissimi, fateor, sunt numeri hujus versus:

> Ἕβδομον ἦμαρ ἔην, καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα.

quem voluit falsarius intellectum, quo sensu scriptum legerat in lege sua, Genes. ii. 2. συνετέλεσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ τὰ ἔργα αὐτοῦ—καὶ κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ· non poterit ista sententia versu elegantiori exprimi. Quid mirum? est prope Homericus. Hic fraudis Judæum tenemus manifestum: Homeri voce τέτρατον in Ἕβδομον mutata, versum poëtæ Judæus ad institutum suum accommodavit ex Od. ε'. 262. ubi Ulyssi, postquam in Calypsus insula navem sibi compegerat,

Τέτρατον ἦμαρ ἔην, καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα·

Quartus dies erat, quo ipsi perfecta erant omnia.

Versus qui sequitur, Τῷ δ' ἄρα πέμπτῳ πέμπ' ἀπὸ νήσου δῖα Καλυψὼ, quæque notat in istum quartum diem Eustathius p. 222, 37. super lectione recepta nullum relinquere debuerant Barnesio dubium, qui, Clementis hic et Eusebii memor, *piam*, quam vocat, *fraudem* tamen subesse suspicabatur: mihi fraus Aristobuli hic odio videtur dignissima, qua diu studiose quæsitum Homeri versum sciens sic adulteravit, ut dicere Homerus videretur, quod ex libris illum sacris transtulisse mentiebatur. Si lectus Aristobuli liber fuit ab eruditis Alexandrinis, quibus erant Homeri versus in numerato, quibus convitiis Judæi fraudem ab illis exagitatam censebimus? Aliorum quoque fraudes, quas *pias* vocant, causæ, quam susceperant defendendam, plurimum nocuerunt apud illos, qui rei veritatem ab humanis commentis sejungere non poterant, quales, ut sunt hodie, semper fuerunt, etiam de rebus aliis sincere judicantes. Talem fraudem qui vel semel admisit, is fidem amittit, etiamsi verum dicat. Hoc dictum sit de versuum secundo, quem, in Hesiodi qui supersunt poëmatis non obvium, nihil est causæ, cur Hesiodeum crederemus, tametsi satis sit sonorus. Sumsit enim ex Homeri Il. α'. 605. — λαμπρὸν φάος ἠελίοιο. Poscebat institutum Aristobuli primam vocem Ἑβδομάτῃ· adjecta vox αὖθις facile versum inplevit sensu vacuum; quid enim mirum, si sol septimo dierum æque luceat ac reliquis. Illud autem Ἑβδομάτῃ ex his paucis Aristobuleis quatuor versus inchoat: in reliquis quatuor Ἑβδόμη et Ἕβδομον [ἦμαρ] sex vici- 123
bus leguntur repetita. Sed hunc mihi vide Homeri, si Musis placet, versum:

Ἑβδομάτῃ δ' ἠοῖ λίπομεν ῥόον ἐξ Ἀχέροντος·

quem eleganter explicet Judæus ἀλληγορικῶς· supra dixerat, diem septimum Judæis sacrum esse instar signi τοῦ λόγου, *rationis,* qua septima facultate sapientiam nobis paramus. Acheron est *vitiositas*; hanc derelinquimus aurora septima, id est, die septimo, ratione affectus moderante. Hic quidem εἰς τὰ μυχία τῆς Ὁμηρικῆς σοφίας καταβέβηκεν, ut loquebantur allegorici sensus in Homeri fabulis venatores; horum multa legi mirifica, nihil magis absurdum hac explicatione versus, quem Judæus homo, velut Homeri versum, ipsemet fabricaverat: λίπομεν ῥόον ἐξ Ἀ. nove dictum pro ἐξελίπομεν ῥόον· legerat apud Homerum Il. μ'. 1. ποταμοῖο λίπεν ῥόον· nusquam λίπεν vel λίπομεν ῥόον ἐκ ποταμοῖο. Ἑβδομάτῃ δ' ἠοῖ de *die septimo* posuit satis Ὁμηρικῶς· nam postquam Ἕνδεκα δ' ἤματα dixisset Il. φ'. 45. dicitur v. 155. Ἠὼς δ' ἐνδεκάτη. Alibi quoque λέγει ἠῶ καὶ ὅλην τὴν ἡμέραν, Porphyr. Quæst. Hom. c. xii. Sed quos tandem numero plures adeo felices finxerit, ut potuerint λιπεῖν ῥόον ἐξ Ἀχέροντος? semel enim cum Pyriphlegethonte Cocytoque ab Homero memoratus Acheron Od. κ'. 513. erat, opinor, irremeabilis. Hæ nugæ me

nimis diu detinere videbuntur: sed hic constitueram fraudem detegere, ut eam etiam nondum exercitati, his lectis, agnoscerent, atque ad similes excitarentur, quum maturuissent, utiliter detegendas. Quinque versus postremos velut Lini, cui tribuuntur in Aristobuleis Eusebii, H. Stephanus exhibuit in Poësi sua Philosophica p. 112, 113, velut Callimachi, cui dantur in Clementinis, in Clementis etiam Eusebianis, dedit illis locum Bentleius inter poëmatum incertorum Callimachi Fragmenta, N. CXLV. Qui dubitabat de his utrius essent, vir eximius, Jo. Aug. Ernestus, nunc, ut auguror, mecum decernet neutrius esse, et ne a Gentilibus quidem confictos, qui Lino versus supposuere, sed ab eodem, qui velut Homericos fraudulenter condidit vicinos. Ejus Homereis,

Ἑβδομάτῃ δ' ἠοῖ —

et

Ἕβδομον ἦμαρ ἔην, καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα,

horum Lini primus, sive scribas,

124 Ἑβδομάτη δὲ ἔην, καὶ οἱ τετύκοντο ἅπαντα·

seu

Ἑβδομάτῃ δ' ἠοῖ τετελεσμένα πάντα τέτυκτο.

adeo similis est, ut unius cerebri Judaici hi mihi gemini videantur *simillima proles*. Scribi certe non potuerunt nisi ab homine in Judaica schola erudito. De quinque versibus ultimos duo, qui nihil admodum faciunt ad rem, et satis ipsi Bentleio visi sunt tenebricosi, per me quidem licet ut quis alicubi putet ab Aristobulo lectos, dum mihi liceat ne hic quidem mendaci fidem adhibere, versus ineptos et spurios atque ab eodem patre factos existimanti. De duobus mediis non aliter judico; quantumvis horum similes fatear et in Orphicis reperiri, sed similiter ab otiosis hominibus male confictos; et his tamen magis etiam probabiles. Quam ista sunt indigna poëta veteri, Ἑβδόμη εἰν ἀγαθοῖς· et Ἑβδόμη ἐν πρώτοισι; an idem ista significant, an diversa? Numerus septenarius, ὁ ἑπτὰ ἀριθμὸς, sive ἡ ἑπτὰς vel ἑβδομὰς, a Pythagoreis dicebatur ἀριθμὸς τέλειος· sed ἡ ἑβδόμη, *septima dierum*, nec a Lino τελείη dici poterat, neque ab Homero, neque adeo a recentioribus dicta fuit Platonicis, diem tamen Platoni natalem mensis septimum libenter laudantibus:—ἑβδόμη ἐστὶ τελείη Judaïcum est, et Aristobuli dogma. Sed quid sibi voluit istis Aristobulus Lino similiter affictis

καὶ ἑβδόμη ἐστὶ γενέθλη;

dicere saltem debuisset personatus iste Linus, cujus dies esset septima γενέθλη, *ortus*, Dei, an hominis? Neutrius, opinor, dixerit; sed dicere voluit dierum septimum esse lucis originem, atque universi diem natalem: sic supra dixerat τὴν ἑβδόμην ἡμέραν Φωτὸς γένεσιν· Philo ter quaterve τοῦ κόσμου γενέθλιον [ἣν ἑορτάζει μὲν οὐρανὸς, ἑορτάζει δὲ γῆ] p. 684 d. 1178 a. 1180 c. atque ita etiam scripserat p. 20 c.

XL. *Sub Lini nomine fingi versus ab Aristobulo potuerunt Alexandriæ, non sub nomine Callimachi, qui unus certe legisse videtur libros sacros Græce versos.*

Id unum nunc dicendum restat, cur Lini nomen posuisse censeam Aristobulum non Callimachi, quod alibi tamen memini depravatum in Καλλῖνος et alia. Philadelphi ætate claruerat 125
Callimachus, cujus erant Aristobuli ævo atque in aula Philometoris Alexandriæ notissima poëmata. Non hujus itaque, sed cujus scripta nusquam inveniebantur, Lini nomen fraudibus erat Judæi commodum. Ex omnibus autem aliis poëtis unus mihi Callimachus videtur, ipsius ætate Græce conversos, libros evolvisse nostros sacros, hinc etiam transumsisse nonnulla, quin septimum quoque diem mundo natalem laudare potuisse, numeri certe septenarii laudator H. in Del. v. 251. et seqq. Hephæstion hunc dat versum Callimachi p. 50:

